www.e-rara.ch

# Examinis perpetui in annales Caes. Baronii Cardinalis, centuria I.-[III.] ...

**Otte, Johann Heinrich**

**Tiguri, 1676**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-10564

Examinis perptui in annales Caes. Baronii cardinalis, centuria II.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

# EXAMINIS PERPETUI
*IN*
# ANNALES
## CÆS. BARONII
## CARDINALIS,
## CENTURIA II.

*Quâ deſcribuntur*

Viri Apoſtolici, Evangelii curſus, Eccleſiarum vel fundatio, vel ſucceſſio, perſequutiones, hæreſes, Concilia, Doctorum monumenta, & ſi quæ alia.

***Unâ cum Indicibus neceſſariis.***

Compoſita à


JOH. HENRICO OTTIO,

Hiſtor. Eccleſiaſt. Profeſſore.






*TIGURI,*

Typis & Sumptibus Davidis Geſſneri.

M DC LXXXVI.

*Viris admodum Reverendis, Excellentiſſimis, Celeberrimis, Doctiſſimis:*

D. JOH. CASPARO VVASERO, Eccleſiæ Tigurinæ Antiſtiti.

D. JOH. RODOLPHO HOSPINIANO, Collegii Tigurini Præpoſito.

D. CONRADO BURKHARDO, Eccleſiæ ad Spiritum S. Paſtori, ac pro tempore Scholarchæ.

D. CASPARO SUIZERO, Græcæ & Hebr. Linguæ Profeſſori.

D. JOH. HENRICO LAVATERO, Med. Doct. & Phyſices Profeſſori.

D. JOH. HENRICO HEIDEGGERO, S. Theol. Doct. & Nov. Teſt. Profeſſori.

D. JOHANNI LAVATERO, Philoſophiæ Profeſſori.

D. JACOBO MYLLERO, Archidiacono.

D. JOHANNI MYLLERO, Vet. Teſt. Profeſſori.

D. JOHANNI HULDRICO, in Templo Abbatiſſano Paſtori.

D. PETRO FUESLINO, in Petrina Eccleſia Paſtori.

D. HULDRICO BULODIO, Archidiacono.

*Quàm officioſiſſimè offert & dedicat*

JOH. HENRICUS OTTIUS.

Mitiſſimi atque humillimi Servatoris noſtri boni diſcipuli de prælatura inter ſe diſceptantes (Matth. 18, 1.) quaſi in re ardua & adhuc dubia Dominum ſuum ceu Judicem adeuntes rogant: *Quiſnam maximus eſt in regno cœlorum?* Quæſtio ſanè ominoſa & mundani faſtûs plena, quâ non modò regnum terrenum ſpirabant, ſperabántque, ſed de primatu etiam rixabantur. Unde Chriſtus non modò directè illis non reſpondit, ſed pueruli exemplo propoſito à tanto typho graviter illos dehortatus. Adeò autem innatum eſt homini iſthoc arrogantiæ vitium, ut non modò olim Phariſæos etiam, & quidem ſub humilitatis ſpecie, tranſverſos egerit, ſed ſub N.T. viros quoque cætera non malos titillaverit, ſic quidem ut multi veterum & recentiorum, opinione poteſtatis ſuæ & dignitatis decepti, nimium ſibi ſumpſerint & tribuerint. Si omnes Spiritûs S. loculos, quos de venturo Antichriſto nobis reliquit, excutiamus, clarè deprehendemus, de externo ejus regno, & quidem ampliſſimo, de faſtu & pompa, de invaſione, defectione, & vi coactiva tractare. Unde pro Monarchia Papali aſſerenda Pſeudo-Anacletus Decretalii III. *Licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe id ipſum voluerunt, ut reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis.* Ecquid aliud reliquæ tam ſuppoſitæ, quàm genuinæ decretales, Paparúmque gnathones crepant, & ad extremum tædium inculcant? Quemadmodum autem præter magnum illum & ſingularem Antichriſtum, multi alii ſunt, fuerunt & erunt ἀντικείμενοι, ita multos hic præcurſores atque præludia habuit. In exordio Novi Fœderis Eccleſia ſub cruce degens perſecutionúmque turbinibus perpetuis agitata de prælatione ac præeminentia non ſolicita fuit, veram fraternitatem atque communionem colentes de titulis grandibus non laborabant Sancti Viri, ſed inter ſe æqualitatem & unanimitatem fovebant, & mutuas operas in domo Dei conferebant. Poſtquam verò bona quidem & pia intentione à ſucceſſoribus diſtigui cœpti à Presbyteris Epiſcopi

piſcopi, poſtquam Sedes Sedibus, Eccleſiæ Eccleſiis, perſonæ perſonis antelatæ fuerunt, paulatim altius aſſurgere faſtus & præeminentia ſingulari Cacodæmonis aſtu cœpit, usque quò in hierarchiam, Monarchiam, in tyrannidem & violentiam abivere, ac ipſus Antichriſtus natus & manifeſtatus, ita ut nunc remotis impedimentis ſolus obtineat is, qui obtinet. Inde nata valdéque hoc die agitata quæſtio apud Latinos de Sedium plantatione, propagatione, ſucceſſione, de earundem antiquitate, poteſtate, excellentia, privilegiis. Hinc primatias illarum & jurisdictiones commendare maximo niſu, & hoc ipſo argumento unam alteri anteferre, hanc illi ſubjicere, pro hac tanquam pro aris & focis pugnare, imò non rarò anathemate ferire, litémve ferro decidere ſtudent. Verùm à dignitate & exaltatione urbium politica & ſeculari, Sedes Eccleſiaſticas ſuam accepiſſe præeminentiam, nec quidem prioribus ſeculis, ſexcenta monumenta, Imperatorum & Principum privilegia, ipſa Concilia & Patrum decreta te docent. Unde non divini, ſed humani eſſe juris ejusmodi dignitates rectè concludas & firmiter credas. Ordinem, quem quævis etiam familia requirit, dum reſpexerunt, Chriſtiani Imperatores & B. Patres, hierarchiæ viam aperuerunt. Tam eſt mortalibus altè inſita antiquitatis opinio & æſtimatio, ut ipſi olim Pagani, tum quod ad gentium, tum quod ad religionis originem, acriter inter ſe contenderint, indéque certaminis palmam decernere voluerint. Planè non alii hodie Latini, dum fundatores Eccleſiarum ſuarum, earúmque ſucceſſionem interruptam indeſinenter jactitant, vetuſtatem Sedium ſuarum, jura & privilegia neſcio quæ oſtentant, atque omne in his præſidium quærunt, maximè autem Caput Eccleſiaſtici hujus Imperii Roma, unde & dictaturam ſibi adſcribit ac plenum imperium in Eccleſias omnes cœteras.

Verùm ita obtendendo minimè faciunt ſatis nobis, quandoquidem 1. incerti ſunt utplurimum fundatores, ac ſi vel maximè certi eſſent, nullas tamen ejuſmodi præeminentias inſtituerunt: quin in univerſum mundum exire Apoſtoli juſſi, ubique Eccleſias fundârunt & plantârunt, iiſdémque privilegiis inſtruxerunt. 2. nec datur certa, continua & interrupta ſucceſſio, maximè in Romana Sede, id quod primi Epiſcopi Romani, ac ſequuta etiam dira ſchiſmata docent. 3. etiamſi daretur, ſucceſſio tamen ſucceſſio in loco non concludit, ſed Apoſtolicæ continuatio doctrinæ. 4. ſæpe errores antiqui ſunt, & conſuetudo perverſa.

5. Jura

5. Jura & privilegia omnibus Eccleſiis à Chriſto æqualia data. 6. Fundamentum veritatis omnis firmiſſimum, certiſſimum & antiquiſſimum eſt SS. Scriptura, ſeu teſtimonium Spiritûs S. in Scriptura loquentis, nóſque tum de regimine, tum de ordine Eccleſiaſtico præceptis & exemplis abundè inſtruentis.

In ea incidimus tempora, ubi homines non ampliùs hæſitabundi cum Apoſtolis quærunt, quiſnam maximus ſit in regno cœlorum, ſed ipſo facto Maximum, Ter-Maximum, Summum, Principem, Caput & Dominum conſtituunt & venerantur, qui dictare, præſcribere, & tractare faſces pro lubitu queat. At novum hoc certè, & Chriſti inſtitutioni, & Eccleſiæ libertati adverſum: unde duo nonniſi Miniſtrorum Eccleſiaſticorum genera ſacer nobis oſtendit Codex. Doctores nempe & Diaconos. Nullos ergo Prælatos reperias, dominium nullum, multò minùs univerſale ſeu vicarium Chriſti, vel Petri Caput. Et ſi vel maximè daremus, Papam, quà eſt Epiſcopus Romanus, Caput eſſe Eccleſiæ, non alio ſenſu, quàm Romanæ, id eſt, particularis, dici ſic poſſet. Verùm multa hoc modo forent capita in mundo, nempe quivis in ſuo Epiſcopatu. Abſit enim, ut nobis Romanum i.q. Catholicum. Sublato Vet. Teſt. typo ſolus & unus ſupereſt Chriſtus, cujus vicarii Apoſtoli, horum autem ſucceſſores omnes fideles Verbi præcones, quorum tum functio, tum jurisdictio æqualis. Nempe 1. ſpiritualia ſunt Paſtorum arma, non carnalia; tota eſt ſpiritualis poteſtas, eadem quæ Verbi, Chriſti, Apoſtolorum, in volentes, ſuadendo, non cogendo. 2. Ordinis poteſtas, ab hominibus inſtituta in Eccleſia, ubi ſynodi, conventus ſeu presbyteria convocantur, reguntur, canones & leges Eccleſiaſticæ conſcribuntur, diſciplina exercetur, hæreſes & errores examinantur, Eccleſiis conſulitur &c. quæ quidem poteſtas apud totam reſidet Eccleſiam, adeóque illi Miniſtri, præſides ſeu Capita nonniſi totius Eccleſiæ delegati ſunt. Ut ergo ii non ſumus, qui ἀναρχίαν in Eccleſiam invehunt, vel qui omnem ὑπεροχὴν & προστασίαν tollunt, ita viciſſim divino jure æquales eſſe omnes, ordinis tamen gratiâ, ætatis, promotionis, officii, miniſterii, meritorum denique & zeli reſpectu diſpares eſſe aſſeveramus, ita tamen ut nulli in alterum dominium permittatur.

Atque hi ipſi illi penicilli ſunt, quibus particularis Tigurina noſtra Eccleſia depingi, & ab infinitis criminationibus, quibus impeti-

tur ab adverſariis, vindicari poteſt. Nullum jus ſingulare, antiquiatem nullam, nullam præeminentiam Tigurina prætendit Eccleſia, nec gloriatur de ſucceſſione, quanquam Thebaicæ legionis reliquias, ut & Magni Caroli tempora, tanti Regis & Imperatoris fundationes, donationes, diplomata producere in medium eáque oſtentare poſſet; gloriatur tamen nec immerito, de immenſa illa Benigni Numinis gratiâ, quâ ope Zuinglii noſtri, lucem ſerenam Evangelii ſui inferre urbi & agro placuit: ob ſalutarem nempe & glorioſam Reformationem atque repurgationem à ſpiſſis erroribus & intolerabilibus oneribus triumphamus & lætamur, quâ non ἐθελοθρησκεία confićta, non novitates adinventæ & obtruſæ, ſed vetus, prima, & originaria Apoſtolicæ Eccleſiæ forma & facies, ope pientiſſimi Magiſtratûs, reſtituta, ſuperflua reſecta, depravata correcta fuerunt, adeóque priſtinæ imagini abſterſus pulvis, fuco ſublato antiquus color redditus. Ne verò quis, prout fieri omnino ſolet, ex procacitate aliqua, ex zelo intempeſtivo, vel petulanti lubidine atque pruritu tantum ſuſceptum negocium objiciat, Cynoſuram & amuſſim V. Dei, ideam item primitivæ Eccleſiæ illi opponimus. Num non Corinthiacam Eccleſiam & Galaticam B. Apoſtolus jam ſuo ævo emendavit & reformavit? Annon eædem, ſi admitterent modò, hodie reformandæ, imò de novo plantandæ eſſent?

Neminem præterit, quàm hoſtiliter adhucnum invadatur ab adverſariis bonus Zuinglius noſter, quæ crimina in ipſum inferantur, quot & quantis devoveatur diris, quæ ſpicula in pios ejus manes jaciantur. Nec ipſe modò, ſed & univerſa Tigurina Eccleſia, uterque ſtatus cum populo, nec majores modò, ſed etiam præſentes illorum ſucceſſores, ob ſeceſſionem peſſimè audiunt, *perduelles* nempe, *ſchiſmatici*, *hæretici*, *præjudicati* ſeu *prædamnati*, lucíſque uſura indigni, nec ſcripto, nec voce amplius audiendi. Vel unus ex ſexcentis teſtis ſit Florimundus Remundus è Gallis Burdegalenſis, Regius Conſiliarius, qui ita fabulosè dicam, an mendaciter de Zuinglii ortu, progreſſu, vocatione, doctrina, occaſu part. 2. c. 8. & part. 3. c. 6. atque alibi refert, ut tædeat & pudeat vel leviter gnarum hominis vel ſupinæ ignorantiæ, vel leviſſimæ & projectæ audaciæ. Cauſam vis? Imponere ignaris & ſimplicibus, blandiri ſuis, maximè Clementi IIX. non velificare veritati voluit. Et tamen translator Germanus, non minor gnatho, nec conſcientioſior, illuſtre, verax & neceſſarium opus nominat. At certè ita nihil lucrantur,

tur,perdunt plurima,deſperatam cauſam inſigniter produnt,non ad palinodiam, ſed ad commiſerationem & riſum nos commovent. Non dixiſſe,non evomuiſſe,ſed probâſſe ſufficiat. At gratiæ ſint aliis Gallis, qui veritatis vi adacti conſcientiæ inſtinctu & veracium teſtium nube convicti,Zuinglii, & totius Eccleſiæ noſtræ,cumprimis Ampliſſimi Senatûs atque Miniſterii defenſionem in ſe ſuſcipiunt. Non gratum,non ſuave nobis divortium fuit,nec jucunda diſſenſio,unde multa incommoda,afflictiones,odia,inimicitiæ,hoſtilitates. At exire neceſſitas compulit, mandatum Dei juſſit, ratio ſuaſit, ſalus coëgit. Quare argumentis & ponderibus è Verbo Dei deſumptis convincendi priùs, quàm reprehendendi,uti olim Zuinglius à Fabro poſtulavit. (a) *Ieſus mihi pro archivis eſt*,inquit Ignatius. (b) *In indagatione veritatis nobis S. Scriptura judex eſto*, ait Clem. Alex. (c) Et rectè Baronius (d) *Iura veritatis ſunt ampliora omni antiquitate,quippe quæ nulla plurimorum ſeculorum valeant præſcriptione lædi , nec innumera teſtium multitudine obrui atque labefactari.* Cauſa itaque mali quærenda , examinanda atque removenda, antequam jure defectionis incuſari queamus. Nec tam exivimus, quàm inauditi ejecti & rejecti ſumus: neque etiam rebus δὶς διὰ πασῶν differentibus iis præbere aures potuimus, qui ſyncretiſmum ſuadebant, qui *Interim* proponebant; vel accedere illis, qui *Neutrales*, adeóque tepidi eſſe volebant.

Nec eſt ut exprobrent Zuinglio noſtro defectum vocationis, quandoquidem à proprio Epiſcopo miſſionem ad prædicandum Evangelium, deinceps ab Eccleſia Tigurina & ab Ampliſſ. Senatu legitimam vocationem,iterum ab ordinario Epiſcopo,adeóque à Papa Rom. adprobationem accepit. Quid mali itaque is commiſit,dum illud ipſum docuit, ad quod à Deo & hominibus vocatus? Dei Apoſtolus fuit Zuinglius, hunc ita que reſpexit: Deo juravit, unde eidem obſecundavit, neque fieri ſervus & mancipium hominum voluit,ſed officio ſuo ritè defungi. Doceant nos, quis olim miſerit Felicem, Regulam, Exuperantium: alióſque plurimos alibi. Num verò vanum propterea fuit ipſorum Evangelium? Confer Act.8.1. Neque verò nos in Zuinglio hæremus: quis enim Paulus? Quis Apollo? (e) Et tamen quid obſtat quò minus Zuinglio vera monenti, Verbum Dei ſincerum & infucatum annun-

*a) T.2.p.613. (b) Epiſt.ad Philadelph (c) Strom.l.7. (d) ad an.109.§.51. (e) 1.Cor.3.5. cap.1.12.*

annunciantí, aures demus? Licet autem ſolus in principio fuerit,mox tamen adſtipulatores & ſequaces,maximè ordinis ſui collegas reliquos habuit, & ita quidem promptos, ut ſponte & בשכם אחד apud Ampliſſ. Magiſtratum pro tollendis erroribrs atque ſuperſtitionibus craſſis intercesſerint. Tantum verò abeſt ut lucrum aliquod vel commodum, dignitatémve quæſierint, ut jurisdictionem nimiam, quæ Verbi Dei Miniſtris non convenit, apud eundem ultrò depoſuerint. Neque inſimulandus hoc loco Ampl. & pientiſſ. Magiſtratus venit, prout fieri vulgò ab adverſariis ſolet, quaſi Eccleſiaſtica bona abalienaverit & diripuerit, quandoquidem eadem in ſacros uſus convertit, ad extruenda & reſtituenda templa, ad aperiendas ſcholas, ad vocandos & alendos doctos & pios Verbi præcones, ut & artium, linguarum, ac Theologiæ cumpr. doctores, ad ſublevandos egenos. Verumenimverò ii nos non ſumus, qui in Zuinglii verba aut dicta juremus, ſicut nec in ullius alius mortalis vocem aut doctrinam, ſed in unius Legislatoris Dei vivi Verbum & Teſtamentum, quod una nobis, clara, ſufficiens regula atque cynoſura. Pondera potiùs rerum, cauſas & occaſiones reformandi hi tanti Zelotæ & Catholici Viri piè conſiderent, quàm crimen Reformationi intentent: Videſis Lucæ 11. v. 52. Tot apologiæ noſtræ, tot ſupplicationes, tot gravamina loquuntur. E` modio tollant impedimenta, & mox reconciliabimur. At non terminos, non ullam ſophiſticam curamus, ſed rem, ſed pondus. Eos verbo non dignamur, qui Zuinglii factum & interitum objectant, eóque denigrare illius doctrinam intendunt. Ecquid enim de Prophetis, de Apoſtolis, de primis Rom. Epiſcopis, de martyrum tot myriadibus, maximè de Chriſto Capite concludent & judicabunt?

Verùm ſatis tandem de his, quanquam plurima adhuc non minoris momenti reſtarent: ad Vos tandem Tigurinæ noſtræ Eccleſiæ φωςῆρες, lumina & columina accedo, cauſam dicturus, quur Vos ſecundi hujuſce ſeculi patronos & tutores aſciſcam, quare defenſionem operis à Vobis implorem. Clam Vobis non eſt, quin optimi teſtes eſtis, ſtentorea voce, ad raucedinem uſque & tædium objici nobis ab adverſariis *Antiquitatem*, atque utinam canonicam & verè Apoſtolicam illi intelligerent! Diſpiciendum itaque probè putârunt pientiſſimi Præceſſores Veſtri, quidnam antiquitas illa ſibi velit, quid loquatur, intus quid lateat. Ut ergo orbi oſtenderent, non novatores ſe, ne-

que

neque veteratores eſſe,ſed ſinceræ veritatis amantiſſimos,proinde non illi modò veterum monumenta ſtudioſiſſimè excuſſerunt , ſed Vobis etiam ſuis ſucceſſoribus eadem evolvenda commendârunt , unde factum , ut non ſolùm Vos Eccleſiaſticarum Antiquitatum exactiſſimi ſcrutatores ac perveſtigatores ſitis, veritatiſque conſtantiſſimi propugnatores,ſed conſtitueritis etiam,ut ſemper aliquis prima illa antiquitatis tempora publicè profiteretur, & Auditoribus Scholæ noſtræ enuclearet. Quare poſtquam pridem hanc mihi lampada commiſeritis, æquum & omnino neceſſarium duxi,ut Vos ſecundi hujus N.Teſt. ſeculi,quod ea monumenta, doctores, dogmata, ritus & mores ob oculos ponit,quæ hiſtoriam & doctrinam Chriſti & Apoſtolorum proximè exceperunt, patronos & hyperaſpiſtas mihi conciliarem, eóque magis, quòd eadem jam benevolâ cenſurâ Veſtrâ comitati eſtis, nullus dubitans, quin ſolito more Veſtro & humanitate iſthoc oneris in Vos ſuſcepturi ſitis: quod ut fiat, eâ quâ par eſt reverentiâ & ſummiſſione à Vobis vehementem in modum flagito & contendo.

Quod ſupereſt,à Deo intimarum miſerationum Patre,imis ſuſpiriis ſupplex peto , ut quemadmodum hactenus Eccleſiam Rémque Publicam inter tot ſyrtes,difficultatum & diſcriminum fluctus,præter & contra ſpem & meritum,ſtupente orbe,ringente hoſte,gratiosè conſervavit,naviculam Chriſto duce rexit,prudentes atque vigilantes nobis remiges conceſſit; ita Vobis digniſſimis atque fideliſſimis Majorum ſucceſſoribus,in Eccleſiæ Scholæque ſalutem atque ſolatium,almi Spiritûs ſui favonio & virtute adeſſe, ſanctis & piis laboribus Veſtris ex alto benedicere,in officio νηφαλίȣς,in vita κατηρτισμένȣς ϗ ἀμέμπτȣς, in doctrina συμφώνȣς ϗ κολλωμένȣς εἰς τὸ ἓν πνεῦμα,in charitate,fraternitate, & totius Eccleſiaſtici corporis conglutinatione συμψύχȣς ϗ συσσώμȣς conſervare,háncque Eccleſiæ felicitatem ad ſeros poſteros propagare,ad adventum uſque Domini noſtri Jeſu Chriſii perennem facere,Vóſque tandem fidos ſervos cum ovibus Veſtris ad æterna intromittere gaudia velit.

Venerabilium Dignitatum
Veſtrarum

*Devotiſſimus & obſervantiſſimus cultor*
JOH. HENRICUS OTTO.

)( )( Brevis

# Brevis delineatio Reformationis Tigurinæ ad benevolum Lectorem.

*VT omnis ſcrupulus ex animis hominum eripiatur, ac cavillandi criminandíque occaſio malevolis adimatur, operæ precium fuerit aliquantum excurrere in Huldrici Zuinglii Reformatoris noſtri hiſtoriam. Natus eſt autem honeſtis parentibus in Toggio anno 1487. ipſis Cal. Januariis, inde à prima juventute Baſileam, Bernam, Viennam Auſtriæ, Tubingam ad ſtudia miſſus, unde redux Baſileam magno cum applauſu gradum Magiſterii ſuſcepit. Anno 1506. non minori cum admiratione primam concionem ad populum habuit, inde ad annum usque 1516. Glaronenſi Eccleſiæ laudabiliter præfuit. Einſidlam vocatus paruit, ſpe ductus commodum & opportunum ſibi fore locum lucri faciendi Chriſto eos etiam, qui B. Virginis viſendæ gratiâ eò convolarent quotidie. Ibi loci an. 1517. diſputavit cum Matthæo Cardinale & Epiſcopo Sedunenſi de traditionibus humanis, & ceremoniarum nimio onere atque apparatu, hortatúsque omnes in auctoritate & poteſtate poſitos, ut meliùs tum Eccleſiæ, tum propriæ ſaluti conſulerent. Interea an. 1519. à Tigurinis legitimam vocationem acceptans ipſis Calendis Jan. à S. Matthæo orſus primum ſermonem habuit, ubi totam ſalutem & redemtionem hominis in uno ſolo Jeſu Chriſto oſtendit, non ſine magno populi concurſu, & omnium ordinum lætitia. Interea temporis Tigurum advolavit Franciſcanus Monachus, Mediolano oriundus, Samſon nomine, à Papa miſſus ad indulgentias offerendas. Publicè is prædicavit aperuiſſe Papam fontem gratiæ, ex quo manent in Helvetiam plenæ indulgentiæ in omnes illos, qui tantam gratiam numeratâ pecuniâ rediment: in eos etiam extendebat dictas indulgentias, qui torquentur in purgatorio, imò & in futura peccata, quæ quis patrare cogitet. Huic ergo opponens ſe Zuinglius concreditas oves ſuas fidelis paſtor monuit caveant ſibi ab hoc lupo, docuítque remiſſionem & abſolutionem à peccatis non auro, non argento, ſed ſola in Chriſtum fide acquiri. Ipſum autem Zuinglium Hugo Conſtantienſis Epiſcopus per Vicarium ſuum Doct. Joh. Fabrum ſcripto confirmavit, ut quod cœpit, fortiter & conſtanter perſequatur, ſe illi non defuturum promittens.*

*Ne quid igitur inconſideratè, intempeſtivè, & ex proprio cerebro hac in parte gereretur, Ampliſſ. Senatus Tigurinus Synodum in 29. Jan. anni 1523. indixit, quò magnus Clericorum numerus, unà cum aliis ex agro & locis vicinis confluxit. Comparuit ſimiliter nomine Conſtantienſis Epiſcopi Doctor Joh. Faber. LXVII. autem articulis Zuinglius ſuam doctrinam ventilandam Synodo propoſuit. Omnes & ſingulos Conſul publicè hortatus, ut quisque, cui Zuinglii prædicatio & doctrina minùs placeret, eámque ex Verbo Dei erroris convincere poſſet, liberè, tutò & absque omni periculo proponat, ſicuti acta prælo excuſa docent. Prætendentem Epiſcopi Vicarium, iſthoc religionis negocium non huc, ſed ad Generale*

nerale

*nerale Concilium decidendum ſpectare, hoc ſcuto Zuinglius retudit, quocunque deferatur res, tamen nonniſi ex S.Scriptura V. & N. Teſtamenti decidendam & definiendam. Quòd ſi Faber præſtare hoc poſſit contra propoſitos articulos, paratum ſe eſſe ad recantandum: tergiverſatus autem Faber ad Univerſitatem aliquam provocat, & ad ſcriptum, quod parare in animo habeat, id quod tamen haut unquam præſtitit. Præter hunc in tota Synodo ne unus quidem aderat, qui articulos Zuinglii refutare ſuſtinebat. Finita itaque Synodo concluſum fuit à Pientiſſ. Magiſtratu, ut pergat Zuinglius prædicare SS. Evangelium, & veram atque divinam Scripturam enarrare, prout hactenus fecerit: imò in urbe & agro deinceps nihil prædicandum aliud, quàm quod ex S.Evangelio & reliqua Scriptura Canonica probari queat. Inde tanta lætitiâ gaudióque perfuſa ubique plebs, ut optare inceperit, omnia quæ Verbo Dei contraria, aboleri.*

*Verùm Prudentiſſ. Senatus feſtinationem plenioris Reformationis abhorrens, aliam Synodum per integrum triduum, nempe 26.27.28. Oct. anni 1523. celebrandam indixit, ad eámque Epiſcopos Conſtantienſem, Curienſem & Baſileenſem, illámque Univerſitatem, ut & XII. Cantonum Confœderatos invitavit. Neminem autem miſerunt Epiſcopi, pauci inſuper comparuere Cantones. Numeroſior tamen erat hæc Synodus priori, quidpe cui circiter 600. ſacerdotes, aliíque docti & celebres viri aderant. Maximè verò tunc de Imaginibus & de Miſſa decertatum, obtentumque, Imagines abolendas, neque Miſſam hodierno die celebrari, prout Chriſtus S.Cœnam inſtituit.*

*Nunc itaque tempus inſtare ratus Summus Magiſtratus ut officio ſuo defungatur, eaque aboleat, quæ pugnare contra Verbum Dei didicerit. Quare præcepit clericis omnibus, deinceps Proceſſiones nullas fieri debere, neque hoſtiam in Proceſſionibus circumferendam, aut populo adorandam in Templo proponendam. Inſuper ex utroque ordine certi quidam fuere delegati, qui ex præcipuis urbis Templis loculos tollant, in quibus reliquias S.Martyrum latere dictabant, ubi tamen in multis nihil tale repertum; eas verò reliquias, quæ aderant honeſtè ſepeliverunt. Adhæc organorum pulſatio ſublata, ut & campanarum in funeribus, & ingruentibus tempeſtatibus: interdicta ſimul palmarum, ſalis, aquæ, ceræ benedictio, nec minus extrema unctio.*

*Die 26. Jan. an. 1524. omnes Cantones, Tigurino excepto, Lucernæ convenientes decernunt, nihil immutandum in fide, quæ durârit ultra 1400. annos, neque novæ fidei, neque Zuinglii mentionem ullam faciendam vel in hoſpitiis, vel in conviviis. Ab hoc tempore diffidentia inter Helvetios gliſcere cœpit, unde per Legatos dehortati nos à propoſito, veterem Religionem commendantes, promittentésque, gravamina ſi quæ vel de Papa, vel de Clero haberemus, unà nobiſcum ſe emendare velle. Ad ſingula verò Ampl. Senatus Tigurinus d. 21. Martii graviter & ſufficienter reſpondit, quorum ſumma: Rogare nos vehementem in modum, ſi ullo modo deprehendant hanc doctrinam Verbo Dei contrariam eſſe,*

*ut intra duos menſes errores oſtendant, eousque Confœderatorum, Epiſcoporum & Baſileenſis Academiæ reſponſum ſe expectaturos negociúmque dilaturos eſſe.*

*Nullo interea temporis accepto reſponſo Ampliſſ. Magiſtratus Tigurinus primos Eccleſiæ Miniſtros, & ex ſingulis tribubus Senatorem, ut & ædilem urbis ablegavit una cum fabris, qui clauſis januis, ſine omni tumultu, depoſuerunt imagines. Agrum quod ſpectat, omnes communitates præſentibus præfectis rogatæ quid ſentiant: poſtquam igitur communi ferè voce reſpondere, credere ſe cultum imaginum prohibitum eſſe à Deo, exemplo Magiſtratûs ſui eaſdem removere menſe Junio 1524.*

*Reſtabat adhuc Miſſa, cui tamen quotidie multum decedebat, libertas autem cuique fuerat relicta. Quia enim maxima cultûs divini pars in ea ponebatur è re non duxit Senatus, ſi illa aboleretur priusquam vulgus de S. Cœnæ inſtitutione & legitimo uſu ſufficienter edoctus eſſet. Interjectis diebus menſe Julio allatum Conſtantienſis Epiſcopi reſponſum, quod volebat & Miſſam & imagines retinendas eſſe. Eidem die 18. Aug. contrarium ex S. Scriptura oſtenſum. Poſtquam itaque Tigurini plures menſes fruſtrà reſponſum expectâſſent, quinque Eccleſiaſtici viri 11. Apr. coram Senatu ducentumvirorum ſe ſiſtentes, firmis argumentis ſuaſerunt mundo primævam S. Euchariſtiæ celebrationem reſtitui, adorationémque hoſtiæ tolli. Hinc orta diſputatio in ipſo Senatu inter Eccleſiaſticos & Archigrammatæum circa vocabulum EST, in propoſitione HOC EST CORPUS MEUM. Decretum ergo & concluſum ſequenti die 12. Apr. Celebrandam deinceps S. Cœnam eodem modo & ratione, quam inſtituit Chriſtus, & uſurpârunt Apoſtoli: abrogatam Miſſam ne quidem craſtinâ amplius dicendam. Permiſſum autem infirmis, ut alibi locorum eandem frequentent. Ob hoc itaque tripudiabant plerique cives: alios verò perplexos reddebant Monachi & ſacrifici in concionibus & confeſſionibus, qui ab his liberati magna conſcientiæ tranquillitate ultrò die 13. 14. & 16. Apr. ad modum dictum communicabant.*

*Ex his itaque diſcas 1. lentè reformatum. 2. ad mutandam religionem neminem coactum. 3. in Reformatione nihil novi introductum, ſed omnium antiquiſſimum reſtitutum fuiſſe.*

*Quos Senatus Tigurinus ad diſputandum invitaverit: vide oper. Zuinglii T. 2 p. 591. b. in reſponſione ad Antigraphum Ioh. Fabri. Quomodo cœpta Reformatio: ib. p. 607. ubi de diſputatione prima: p. 608. diſputatio altera. Senatûs Tigur. laus in hoc negocio: p. 631. b. Miſſæ abrogatio poſt auditas ſententias, decreta, cui populi acceſſerunt vota: p. 249. confer p. 618. ſeq. Tigurina Eccleſia hæreſes perſequitur: p. 585. b. Veteris fidei ſtudioſa: p. 590. b. malignè temeritatis accuſatur: p. 613. a. Senatus ſcholas erexit & ſeminaria, atque aliàs bona Eccleſiaſtica piè diſpoſuit & impendit: Bulling. de Epiſc. p. 73 Sacerdos Regi obediat, & tamen uterque alteri manum porrigat: ib. p. 71. Fusè de Reformatione Tigur. Bulling. in hiſt. de rebus Helvet. M. S. T. 3. item tract. adverſus Cochleum. Hoſpinian. hiſtor. Sacrament. parte altera: à p. 22. Confer Scultetum, Sleidanum, Ioh. Latum hiſt. p. 546. & 540. Adde Claudium atque Pajonum Gallos de Præjudicatis, alios. Adeóque exire neceſſariò tenebamur: Larroq. de Eccleſia: p. 138. factúmque abſque ſchiſmate.*

# ECCLESIASTICORUM ANNALIUM
## *NOVI TESTAMENTI*
# CENTURIA II.

## JESU CHRISTI *Annus* 101.
## TRAJANI *Imperatoris Annus* 2.

§.1.) QUemadmodum Mercuriales ſtatuæ viam iter facientibus monſtrant, eóſque quodammodo dirigunt, ſic temporum periodi, quas epochas, numeros, ætates, & aliis variis nominibus appellitant, in utraque hiſtoria ſacra & profana hoc munere funguntur. Intellexit hoc Varro, quia tria temporum intervalla facit. 1. Ab hominum principio, uſque ad Cataclyſmum priorem, quod propter ignorantiam ſeu rerum obſcuritatem ἄδηλον, incertum, obſcurum. 2. A cataclyſmo priore uſque ad olympiadem primam, μυθικὸν dictum, quia fabuloſa multa referuntur. 3. A prima olympiade uſque ad nos, quod nominant Hiſtoricum, quia res in eo geſtæ veris hiſtoriis continentur. Plato in Timæo ſecundùm præcipuas tres animæ in microcoſmo facultates. 1. In ἡγεμονικὸν, ubi excelluit ſapientia, artes inventæ, gubernatio adhuc paterna fuit, plenum juſtitiæ, authoritatis & prudentiæ. Inde ἡγεμονικὴ, recta ratio & voluntas illi rationi obtemperans q. d. mentem ſeu intellectum, ſive rectam

An. 101. rationem talem, quæ illam, ut & appetitum atque locomativam gubernat. 2. In θυμικὸν, ubi fuit fortitudo in bellis, & imperia conſtituta ſunt, à Nimrodo uſque ad Julium Cæſarem. 3. In θυμιτικὸν, ubi ſenectus hominum languida ac voluptatibus dedita. Sic Bramines Indorum Philoſophi etiam hodierni, in quatuor partes tempora diſtinguunt: 1. vocant Critaigom. 2. Treitagom. 3. Dvvaparugon. 4. Kaligom. (a) Planè ſicut olim poëtæ, juxta quatuor anni tempora. 1. In auream ætatem, quæ ver, ubi Saturnus ſeu Noë dominatus, quæ ſeculi ſpatio duravit, à diluvio uſq; ad Phaleg, quo tempore orbis nondum erat diviſus. 2. In argenteam, quæ æſtas, quâ agros colebant homines, domos extruebant: quo tempore turris Babylonica ædificari cœpta. 3. In aheneam, quæ autumnus, quâ Nimrodus emerſit. 4. In ferream, quæ hyems, in quo nos quoque vivimus. Ad eundem ferè modum olim Deus Nabuchodonoſoro ſtatuam per ſomnium oſtendit, cujus caput erat aureum, pectus una cum brachiis argenteum: venter & femora ex ære; crura ferrea, pars autem fictilis, quâ quidem nihil aliud, quàm quatuor Monarchiarum ſibi invicem ſuccedentium facta & fata revelare voluit.

Vid. an. 110. §. 5. & an. 167 §. 15. §. 2.) Eodem planè modò ſi Eccleſiæ, inpr. N. T. de quo nos agimus, ſtatum reſpicias, maximum occurret diſcrimen, tum quod ad antiquitatem, tum quod ad puritatem. Virgo erat primum ſeculum & tempus verè Apoſtolicum atque aureum, uſque ad exceſſum duodecim Chriſti Apoſtolorum. Unde Niceph. (b) *B. Apoſtoli ſimplici in docendo oratione uſi, ſtupendis miraculorum factis orbem terræ ſibi ſubdidere, cœleſti vi atque virtute & ſpiritûs demonſtrationibus omnia efficientes. Qui verò eis ſucceſsére aliquantò illis inferiores, virtutem eorum aſſecuti non ſunt: propè tamen vitæ ſplendore ad eos acceſſere, non ita ſimplicem, ut Magiſtri eorum, orationem conſectantes.* Nec alius Euſebius, qui (c) ex Hegeſippo teſtatur, Eccleſiam manſiſſe virginem uſq; ad exceſſum Johannis Apoſtoli, quam nulli hæretici contaminare potuerint, deinde verò in eam, ceu in deſertam, vacuam domum errores irruiſſe. Ubi non ſenſus, quòd nullis omnino erroribus ac hæreſibus conſpurcata fuerit: vid. 2. Cor. 12. 20. Gal. 3. 1. 1. Joh. 2. 18. 19. Sed quia ſuperſtitibus adhuc Apoſtolis Eccleſia non tot, támque variis ψευδοδιδασκαλίαις corrupta fuerit. Etſi enim Eccleſia non uno eodémque tempore vitiata fuit & depravata, lentè tamen & paulatim id accidit, præter hæreticos enim errores varii pullulârunt, traditiones & ſuperſtitiones, Gentiliſmum & Judaiſmum redolentes, accreverunt, & jam hos, jam illos infecerunt. Quòd ſi mox ab Apoſtolorum exceſſu varii ſuboriri potuerunt errores, quid poſtremis demum ſeculis factum putes? Quotusquiſque verò hæreticus eſt, qui Apoſtolos, eorum monumenta ac traditiones non prætexat? Non igitur facilè credendum cuique ſpiritui. Interim quantum Apoſtolis, viris Θεοπνεύστοις, quantum antiquitati tribuendum liquidò hinc patet. Corrupta autem deinceps Eccleſia 1. in ritibus 2. in

Vid. an. 120. §. 3.

(a) *Rogeri Gentil. Aſiat. p. 285.* (b) *l. 4. c. 1.* (c) *hiſt. l. 3. c. λβ. in Lat. c. 26. al. 32.*

in cultu 3. in dogmatibus. 1. Peccatum in ſimplicitatem: corrupta regiminis forma, unde enata tandem hierarchia: diſcrimen ortum Clericorum, origo Monachorum &c. 2. Ligna, lapides, cineres, reliquiæ, altaria &c. culta. 3. Invocati Sancti, Maria, Sacramenta corrupta &c. vid. Humfrey de Lynd. Eq. Angl. dans la voye eſgaree p. 276. An. 101.

§. 3.) Porrò ut telam ordiamur noſtram, præſentem annum Cardinalis noſter nonum fuiſſe Clementis P. vult: Coſſ. autem Soſium Senecionem, & A. Cornelium Palmam. Horum faſces Calviſius ad an. 99. collocat, ac Senecionis alterum conſulatum fuiſſe dicit. Evangeliſtæ & Apoſtoli *Johannis* natalis apud Epheſum accidit, anno ætatis 98. juxta Bedam: 99. Uſuardo: 106. Cedreno: 93. Spondano: Anno circiter 92. Blondello, Trajani tertio, ſecundùm Pareum ex Sophronio. *Obitus Iohannis Apoſtoli.* Eundem à Trajano in exilium miſſum, poſt Trajani mortem Epheſum reverſum annos 120. vixiſſe Dorotheus fingit. Hippolytus Thebanus in ſyntagmate Chronico, vult Johannem paſſioni Dom. ſuperſtitem fuiſſe annos 90. & Mariam Chriſtum peperiſſe anno æt. XVI. ac poſt paſſionem Dom. vixiſſe annos XI. in univerſum annos LXI. Lambec. B. T. 4. p. 150. ipſe Lambecius tamen T. 3. p. 267. obiiſſe Johannem anno Chriſti 99. vult. De ejus actis nomine Prochori divulgatis, vid. ib. p. 129. ejus M. S. quæ in Biblioth. Vindib. p. 245. Rectiùs Euſebius (*d*) *Eccleſia*, inquit, *quæ eſt apud Epheſum à Paulo quidem fundata, à Johanne verò ædificata, qui permanſit in ea, uſque ad tempora Trajani*: vid. Hier. Iſid. alios. De eodem paſſionale Rom. ad 27. Dec. *Ad Trajani tempora perſeverans, totius Aſiæ fundavit rexítque Eccleſias, confectus ſenio, ſexageſimo octavo poſt paſſionem Domini anno mortuus, juxta eandem urbem ſepultus eſt.* Confer Hoſpin. ad dictam diem. Ejus octava d. 3. Jan. celebris: cujus abitum Græci 6. Kal. oct. recolunt. Igitur Johannes in vivis hactenus vicina Epheſo loca perluſtrat, Epiſcopos conſtituit, nec Romam eos mittit ut ordinationem, aut confirmationem accipiant: (*e*) Sic Polycarpum primum ordinat Smyrnæorum Epiſcopum, Ignatio, Irenæo, Euſebio atteſtantibus. *Primi Smyrn. Eccleſiæ doctores.* Aſt Clemens (*f*) Ariſtonem primum fuiſſe, ejúſque ſucceſſorem Strateam, iſtum autem tertium Epiſcopum ſecutum alterum Ariſtonem. Et Suidas in voce Polycarpus, Bucolum primum fuiſſe Smyrnenſis Eccleſiæ Epiſcopum. Ergo ſanè plures uno tempore extitere. Neque omnes Epiſcopi à Petro ordinati: imò ne ſoli quidem Apoſtoli ordinaverunt: Act. 14. Tit. 1. Commendat Baronius (*g*) Chryſoſtomi (*h*) dictum, ubi de Johanne ait, quòd poſt mortem tanquam vivus Epheſum curet. At non intelligit Chryſoſtomus patrocinium Johannis, ſed ſcripta quæ reliquit; quo modo Apoſtoli & Evangeliſtæ adhuc hodie nos curant. Diſſertationem edidit in locum Joh. 20. v. 22. ſive an Johannes in orbe ſit ſuperſtes, Mitternachtus 8. Nauemburgi: 1665. confer Aug. tr.



(*d*) *l. 3. c. 17. ex Irenæi l. 3. adv. hæreſ. c. 3.* (*e*) *vid. Euſ. l. 3. c. 23.* (*f*) *conſtit. Apoſt. l. 7. c. 47.* (*g*) *in notis ad Martyrol. R. ad d. 27. Dec.* (*h*) *homil. in laudem XII. Apoſt.*

An.101. 124. in Joh. Caſalius (*i*) pro imagg. Sanctorum aſſerendis ex Abdia (*k*) ait inde proceſſiſſe ut effigiarentur Beati capitibus radiatis inſtar ſolis, quia apparuerit magna quædam lux circa caput Johannis Evangeliſtæ verſus finem vitæ. Reſp. Eo ipſo quòd Abdiam teſtem falſiſſimum adducit, penuriam argumentorum prodit. Apage ergo cum hoc impoſtore. Ecquî non potiùs coronas addunt, quas Beatis adſcribunt S. Literæ? Acta de ſepultura ejus, de vita illius ut & reditu cum Elia & Enoch: (*l*) item de tunica tempore Gregorii P. Romam allata (*m*) quoniam fabuloſa & apochrypha, meritò hîc negligimus. Rectè ipſe Annaliſta hoc doctrinæ medium novitatis arguit, errorémque vocat: *§. 3. 4.* & ad an. *604. §. 5.* an. *853. §. 61.* an. *867. §. 78.* & alibi. Non tantùm verò Aſiaticæ Sedi infixum ſediſſe, ſed in remotis etiam locis prædicâſſe, in Parthia & India ipſe Baronius (*n*) non negat. Eundem martyrium Romæ ſubiiſſe, imò nonnulli ibidem etiam Apoſtolum egiſſe, ex Tertull. l. de præſc. c. 36. ajunt (*o*) Idem Tertull. l. 3. adv. Marcionem ait: *Habemus & Johannis Eccleſias* (en non ſolam Rom. Epiſcoporum ſucceſſionem urget) *Nam ordo Epiſcoporum ad originem recenſus in Johannem ſtabit authorem.* Proinde rectè noſtri dicunt: Si Petrus ullo ſucceſſore opus habuiſſet, potiùs Johannem hunc Apoſtolum, quàm Linum, vel alium electurum fuiſſe. Imò quis non videt judicium Johannis præponendum fuiſſe judicio mille Linorum, & mille Clementium? Quòd ſi verò ita, tum penes Papam non erit ſumma deciſio. Ita ſanè Cajetanus (*p*) ait, quòd ſententia Johannis prævaluiſſet ſententiæ Clementis, & ſententiam Clementis fuiſſe ſubornatam ſententiæ Johannis. Id verò ſi verum ſit, tum Eccleſiæ Caput Clemens non fuit. Nec valet Cajetani diſtinctio, Johannem tenuiſſe locum Scripturæ, ut ejus Evangelium hodie; quia finalis deciſio fidei Papalis, ut illi volunt, eundem locum obtinet h. perinde libera eſt ab errore, ac Scriptura ipſa. Imò quo loco Latini S. Scripturam habent? Cœterò licet Johannes naturali morte deceſſerit, tamen, aliorum exemplo, Martyribus, vel ſanè Confeſſoribus meritò adſcribitur, propter fervens oleum, cui confeſſionis causâ impoſitus fuerat. Johanni quæ ſuppoſita vid. Lambec. B. T. 3. p. 245. & T. 4. p. 236.

*Martinus Viennenſ. Epiſc.*

§. 4.) Huc Baronius (*q*) ex Adone *Martinum*, tertium Viennenſem Epiſcopum, Creſcentis & Zachariæ ſucceſſorem, & Apoſtolorum diſcipulum collocat, cujus memoriam ad 1. Julii agitant. Ut autem vulgò in omnibus, etiam primariis ſedibus fieri ſolet, ita & hoc loco annum Sedis certum Gallia Chriſtiana (*r*) aſſignare non poteſt.

*i) de vet. rit. c. 2. (k) de hiſt. Apoſt. l. 5. (l) Spond. §. 2. 3. (m) Bar. ad Martyrol. R. (n) in Martyrol. (o) vid. Arnold. dans la grandeur de l'Egl. R. l. 1. c. 9. (p) l. de poteſt. Pap. & Concil. c. 9. (q) in Martyrol. (r) T. 1. p. 792.*

# JESU CHRISTI *Annus* 102.
# TRAJANI *Imperatoris Annus* 3.

§. 1.) Coſſ. Trajanus Aug. & Fronto, uterque tertiùm: quos Calviſius ad an. 100. numerat. *Clemens* natione Romanus, Epiſcopus Romæ, cùm 9. annis docendo curam adhibuiſſet, miniſterio ſuo & officio *Evareſto* concredito, tertio hujus Imp. anno diem ſuum obiit- ut ait Euſ. (*a*) Chronologia Saxon. ad an. 92. ejus mortem conlocat. Lambecius (*b*) ad an. 100. Eundem Clementem tertium poſt Petrum Pontificatum tenuiſſe, in perſecutione Trajani in Cherſoneſum relegatum, & alligatâ ad collum ejus anchorâ in mare præcipitatum fuiſſe Martyrologium vult Romanum. Calviſius: Clemens in exilium actus dicitur d. 23. Nov. ponto merſus & ſuffocatus. Damaſus eum martyrio coronatum ſimpliciter dicit, ac in Græcia ſepultum. Eum in exilio in mari Pontico ab Aufidiano præſide, ex Imp. juſſu, propter propagatum ab ipſo Evangelium, ſubmerſum, nec in vita tantùm, ſed in morte multa accidiſſe miracula Spondanus (*c*) ex Metaphr. Gregorio Turon. & Nicephoro narrat, quarum tamen rerum teſtes longè locupletiores requirimus. (*d*) De obitu ita referunt Legendæ: *Cùm iter ad mare cœpiſſet, populus voce magna clamabat, Domine Jeſu ſalva eum; & Clemens cum lachrimis dicebat: Suſcipe Pater ſpiritum meum.* Adeoque ſolius nominis divini invocatione deceſſit. Corpus ejus ſub Nicolao I. qui ſedere cœpit anno 858. Romam translatum, & in Eccleſia, quæ in ejus nomine antea fuerat extructa, reconditum eſſe, Martyrol. Rom. ait. Ad nonum autem ſeculum hîc non attendimus. Eum annos 9. ſediſſe, Carranza, Starav. ajunt: annos 9. m. 2. d. 10. Platina. annos 9. m. 4. d. 26. Coſterus.

§. 2.) In Petrinæ Sedis ſucceſſione mirum quantum inter ſe diſcordent auctores. Primus Papa Rom. hic Clemens eſt judicio Alberti Stadenſis: alii ſecundum illi locum aſſignant, ſicuti Carranza: tertium alii, alii quartum; & ſic alios, utpote Linum, Cletum, Anacletum nonnulli præmittunt, alii poſtponunt, unde Carranza totus ἀμπεπλεγμένος in re tam perplexa lectoris arbitrio judicium permittit. Ego rectè inde concludi poſſe dixerim, olim presbyteri ſeu ſacerdotis, & Epiſcopi nomina eadem, adeoque plures Epiſcopos eodem tempore, ibidémque loci fuiſſe, ita tamen ut vel ſenior quiſq; in fratrum collegio præſederit, vel ambulatorium munus illud fuerit. Pontificale dicit, ceſsâſſe Epiſcopatum Clementis dies 21. At tam brevi dierum ſpatio, Cherſoneſo Romam de ejus obitu certum deferri nuncium, ſucceſſo- *Romanæ Sedis ſucceſſio.*

 rémque

(*a*) *l. 3. c. 28. conf. Ruf. c. 34. Niceph. c. 25. l. 3.* (*b*) *T. 4. p. 255.* (*c*) *§. 2. item ad an. 100. § 4.* (*d*) *vid. Hoſpin. de Templ. p. 364. Caſal. c. 66. p. 267. inpr Iac. de Voragine.*

An. 102. rémque eligi potuiſſe ipſe Baronius (*e*) jure negat; unde menſes 4. d. 10. conſtituit. Interea ubinam militantis Eccleſiæ Viſibile Caput? Vel quiſnam locum illius ſupplevit? quæ Romæ ſub hac perſecutione Chriſtianorum fuerit conditio, & an de Papa eligendo haberi comitia potuerint, colligere haut eſt difficile.

§. 3) Fecit, inquit Pontificale, ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros 10. diaconos 2. Epiſcopos per diverſa loca 15. Num verò Univerſalis hic dicendus, qui intra novennium integrum plures non ordinavit? Romanæ ergo, non autem Univerſalis Eccleſiæ Epiſcopus rectè Euſebio atque cœteris vocatur. Notabis inſuper, tot ordines ſacros tunc temporis nondum fuiſſe. Ita non pro illo colendo, ſed in memoriam ejus Romæ extructam Eccleſiam Hieronymus (*f*) atteſtatur. Imò quis inter hos fluctus extructam Eccleſiam credat? Quævis tunc temporis loca, ubi conventus ſacri agebantur, Eccleſias dictas, etiamſi deeſſent Templorum ſtructuræ, deinceps videbimus, vel ſanè per anticipationem ſic vocata. Variæ Conſtitutiones & decreta huic affinguntur Clementi I. *Ne laicus presbyterium ingredi præſumat, quando Miſſa celebratur* (*g*) Quaſi verò Templa habuerint, eáque diſtincta, ut nunc ſunt. Eſt autem presbyterium, ubi presbyteri ſeu Clerici ſubſiſtunt i. q. hodie chorus: in V. T. ſanctum Sanctorum. Cauſam hujus inſtituti Hoſpin. de Templ. 87. promit. Ex hac ipſa autem onomatologia probamus Presbyterum & Epiſcopum eoſdem fuiſſe, quia non excluditur à presbyterio Epiſcopus. 2. *Precibus divinis conſecrandas Eccleſias.* (*h*) Item *Miſſas celebrandas nonniſi in locis ſacratis.* (*i*) At cum tot millibus exul Clemens ubi celebravit? 3. Ex epiſtola ejus ad Jacobum, quam fictam eſſe lubens Bellarminus agnoſcit, illi adſcribitur, de conſecr. d. 1. c. altaris, *Veſtimenta ſacra, & vaſa vetuſtate conſumpta incendenda, & cineres in loca occulta projiciendos.* & cap. ſeq. *Mortuos non obvolvendos veſtimentis altaris.* Unde veſtes ſacerdotales illum quoque inter alios inſtituiſſe prætendunt. Inde Bona (*k*) ex Honorii Gemma animæ c. 89. Apoſtolos & eorum ſucceſſores in quotidianis veſtibus Miſſas celebrâſſe, ſed Clementem tradente Petro Apoſtolo, uſum ſacrarum veſtium ex lege (Moſis) ſumpſiſſe; & Stephanum P. in ſacris veſtibus Miſſas celebrari conſtituiſſe. At meritò Bona aſyſtata hæc vocat, & cum Joſepho Vicecomite profanis Apoſtolos uſos veſtibus, argumento inter alia, ab inopia illorum deſumto probat. Num ergo ditior, aut ſanctior Clemens, vel felicior? Quartum Clementis decretum: *Ne Clericus à Laico in jus vocetur:* quod etiam Alex. I. Fabiano & Julio I. adſcribitur. Quaſi mera halcyonia jam fuiſſent ſummáque libertas, ut de Clericorum & Laicorum adpellatione nil dicam.

*Decreta Clementis.*

§. 4.)

*e*) §. 24. *Spond.* §. 10. (*f*) *de Script. Eccl.* (*g*) *de conſecr. d. 2. c. Sacerdotum.* (*h*) *de conſecr. d. 1. c. Eccleſias.* (*i*) *ib. hic ergo.* (*k*) *Liturg. l. 1. c. 5. §. 2.*

An. 102.

*Confirmationis Sacr.* *Vid.* §. 24. & 29.

§.4.) Quinta ejus conſtitutio *Confirmationem puerorum continet*; at ſaltem à quibuſdam illi tribui Staravolſcius agnoſcit, & quidem ut Presbyteri (hodie nonniſi ab Epiſcopis fit) pueris ſtatim poſt baptiſma manus imponant. Ergo continua fuit actio, & potiùs ceremonia baptiſmi ſeu precatio vel votum pro baptizato. Ita pòſt S. Cœna ſic etiam dicta, quæ lotis præbita: (*l*) Confirmatio ergo ad baptiſmum refertur, ejúſque quaſi appendix eſt: (*m*) Jam pridem manus baptizatis, eæque ſolæ impoſitæ: Act. 8.17. Hic ritus Melchiadi quoque tribuitur: de conſecr. d.5. c. Spiritus S. Eam Urbanum I. commendâſſe dicit Starav. (*n*) quia omnes fideles per manûs impoſitionem Epiſcoporum Spiritum S. poſt baptiſmum accipere debeant, ut pleni Chriſtiani inveniantur. Inde volunt Confirmationem perficere gratiam baptiſmi & dare Spiritum S. Hodie itaque non nuda eſt manuum impoſitio, nec cum baptiſmo ſtatim peragitur, nec à baptiſta Presbytero, ut olim, ubi nec opus operatum fuerat, nec abſolutæ neceſſitatis: nunc illam digniorem baptiſmate æſtimant, ſicuti apud Grat. de conſecr. videre eſt, item in Concilii Trid. Seſſ. VII. quæ quidem incantatio apud Gentes olim in uſu, quemadmodum Perſius Satyra 2. oſtendit, & ex Nundinæ Deæ officio manifeſtum. (*o*) Sextum Clem. decretum, quo *ſingulare cœmiterium martyribus conſtituit, ſeu potiùs VII. urbis regiones diviſit VII. Notariis, ſingula ſingulis attribuens, qui martyrum geſta conſcriberent*: de quo vide quæ ad an. 98. diximus. 7. *Semel tantùm in anno ordinem dandum.* 8. *Epiſcopum non à paucioribus, quàm à tribus ordinandum.* Quæ ſanè omnia tam ſunt ἄκαιρα & inania, ut ſemet abundè refutent, & nonniſi ſponte cæcutientes adſtipulatores habeant.

*Clementis ſcripta.*

§.5.) De Clemente ſic Pontificale: *Multos libros zelo fidei & religionis Chriſtianæ ſcripſit. Fecit duas Epiſtolas, quæ Canonicæ nominantur.* Ergo reliquæ tales non erunt? Atque unam nonniſi ſcil. ad Corinthios, ei adſcribit Euſebius (*p*) quam Romanæ Eccleſiæ nomine exaravit. Latinorum aliqui hujus Clementis ſcripta recipiunt, alii rotundo ore rejiciunt, alii callidè corrupta eſſe prætendunt, quò ſcil. illis pro commodo ſuo vel uti, vel eadem repudiare queant. Sic Baronius, Bellarminus, ac plerique cœteri Clementis ſcripta uſurpant & reprobant, pro commodo & lubitu. Hinc Tirinus, adductis Bellarmino & Poſſevino teſtibus, ita de illis: Epiſtolæ ejus ad Corinthios & ad Jacobum fratrem Domini, X. libri Recognitionum, & IIX. Conſtitutionum Apoſtolicarum multis in locis depravata. At edicant hi Critici, ubi depravata, ubi integra? ubi contra nos, ubi pro illis? Cenſuram in Clementis ſcripta apud Robertum Cocum, Abrahamum Sultetum, Oſiandrum, inpr. apud Joh. Dallæum in Pſeudepigraphis videbis. Græci Liturgia Clementis, ut & Jacobi atque Baſilii utuntur, quarum tamen ſtylus evincit,

*l*] *Zimmerm. in Tertull.* §. 128. *p.* 318. *f. ſeq.* [*m*] *vid. Dallæ. de cultu Lat. l.* 2. *c.* 2. *p.* 100. *f. Confer Verg. de rer. inv. l.* 4. *c.* 3. *Hoſpin. de feſt. Chriſt. p.* 68. *Zimmerm.* § 212 *p.* 407. [*n*] *p.* 16. [*o*] *vide Sueur ad an.* 269. [*p*] *l.* 3. *c.* 12. *collat. cum c.* 32.

An.102. cit,eas longè ſeriùs,poſt ætatem virorum Apoſtolicorum fuiſſe concinnatas. Hanc Clementis Liturgiam in libro Conſtitutionum contineri & Apoſtolis dictantibus deſcriptam vult Bar.*§*.23. Bellar. de Script. Eccl. & alii,qui eam legitimam eſſe putant, ſed auctam à ſucceſſoribus. Alii tamen,inquit Bona (*q*) non infimi ſubſelli ſcriptores ſunt,qui negant Clementem Conſtitutionum Apoſt. auctorem eſſe. Imò XII. Apoſtolorum nomine non unam, ſed duas extare Liturgias apud Orientales ſcribit; Abraham Ecchellenſis. Illam denique Apoſtolicam Liturgiam alii exiſtimant,quam Dionyſius ille Areop. deſcribit c.3. Eccl. Hier. At multi hæc Dionyſii ſcripta rejiciunt, inquit citatus Bona (*r*) & tamen à quibuſcunque tandem conſcriptæ hæ Liturgiæ,illuſtres in illis ſententiæ pro nobis occurrunt. Sic Symbolum ejuſdem Clementis, quò expoſitio Symboli Apoſtolici,aliud longè quàm hodiernorum Romaniſtarum Cathechiſmi & Confeſſinnes. Παρέγγραπτα eſſe hujus Clementis ſcripta ex ſingulorum enucleatione liquidum fiet, ac licet genuina eſſent, ſcripta tamen Patrum fidem non merentur,niſi quatenus cum divino & unico Canone conſentiunt: horúmque graves ſæpe errores,ipſis Romanenſibus hodie ſæpe contrarii, iſthoc etiam comprobant.

*Decretales Epiſtolæ.* *§.6.)* Occaſione Decretalium Clementis monendus heîc lector,nos, ne reciprocare totiens ſerram eandem,ac repetita iterare cogamur,in genere hoc loco de *Paparum Decretalibus* agendum cenſere. Ante omnia huc ſpectat,quod Joh. Lampadius (*s*) nobis reliquit: *Cum prima Centuria,* inquit, *neque Synodos Eccleſiaſticas, præter Apoſtolicas, neque Patres nobis ſuppeditet, ſed martyres: quapropter repudiamus Canones & Epiſtolas Pontificum Rom. quæ ceu Conſtitutiones Synodicæ, iſto ſeculo concluſæ, nobis obtruduntur &c.* Et: (*t*) *Statuimus totum primum Tomum hiſtoriæ Eccleſiaſt. quâ Cæſar Baronius Legendas Sanctorum primi ſeculi excuſare conatur, ſcatere omnigenis fallaciis.* Has Pontificum Decretales ſeparatim edidit Joh. Sicardus, ſed pauciores, quàm in Tomis Conciliorum, in quibus Augiæ ſtabulum occurrit. Harum defenſionem temerè quinque libris ſcriptis ſuſcipit Franc. Turrianus Jeſuita, de quo Joh. Rainoldus Anglus (*u*) ita ſentit: *Nullum credo opus unquam eſſe ſcriptum, quod potuerit Jeſuiticæ impudentiæ inſignius eſſe & luculentius documentum.* Eaſdem propugnat Collector Conciliorum T.1. à pag.77. edit. Pariſ. Bellarminus, licèt ægerrimè, errores aliquos in eas irrepſiſſe fatetur, nec audet eas indubitatas affirmare (*x*) Baronius vulpeculam agens,his armis Eccleſiam Rom. non indigere (*y*) ſcribit. Et in margine: *Non innitendum Apocryphis.* Ad annum verò 865. T.10. ſuſpectæ ſunt ipſi hæ merces in Gallias primùm ex Hiſpania allatæ. Idem in Martyrologio ad 16.Oct. acerbè invehitur in Iſidorum Mercatorem, quem ait has Decretales collegiſſe, vel potiùs effinxiſſe: eas vocat paleas,technam & impoſturam. Cuſanus dudum

q) *Liturg. l.1.c* 8.§4. (*r*) §.5. (*s*) *de Concil. part.1. p.5.* (*t*) *p. ſeq.* (*u*) *T.1. Apocr. p.*1348: [*x*] *l.2. de R. Pont. c.*14. [*y*] §.7. *Sp.* §.3.

dum eas rejecit (z) ergo in ore trium Cardinalium teſtium ſtabit hoc verbum. Imò alius accedat, Perronius nim. magnus Sedis R. hyperaſpiſtes (*a*) qui ſanguinis ſui jacturam pati cupit, ut nunquam Decretales iſtæ Epiſtolæ impreſſæ fuiſſent. Quî ergo ubique illarum teſtimonia & authoritas ab adverſariis, pro aſſerendis decretis, ritibus, dogmatibus, Sedis R. poteſtate & antiquitate, nobis objiciuntur: quos inter vel unum Caſalium de Veterum ritibus Romæ anno 1647. excuſum pro exemplo cape. Ita quidquid dicat Annaliſta noſter, ſæpius tamen pro his Decretalibus in arenam deſcendit. Vide Caſaub. in Bar. proleg. pag. 57. An. 102.

§. 7.) De iiſdem Decretalibus Marca Archiep. (*b*) *Non eandem apud Gallos vim obtinuerunt Decretales Epiſtolæ, quæ antiquorum Pontificum, Clementis, Anacleti, & cæterorum nomine usque ad Siricium circumferuntur, quas Iſidori collectio eſt complexa: de quibus inter Nicol. I. & Hincmarum non levis controverſia mota eſt. Longè autem luculentius auctoritatem illis adimit l. 3. c. 5. à §. 1. Antiquo Juri, inquit, univerſalis Eccleſiæ aſſenſu roborato, ſucceſſit JUS NOVUM, quod ab anno 836. publicari cœpit; & adnitente Nicolao I. & cæteris Rom. Pontificibus paulatim uſu invaluit per Occidentis provincias: Jus illud comprehenſum eſt collectione Iſidori, quæ ex Clementis, Evariſti, & antiquorum Pontificum Epiſtolis, qui tempora Siricii præceſſerunt, & è Canonibus tam antiquis, quàm Gallicanis & Hiſpanicis compacta eſt. Epiſtolæ illæ apud eruditos viros gravi ſuſpicione laborant; tum ob verborum ſordes à ſecundi ſeculi, quo datæ dicuntur, elegantia & nitore alienas; tum ob ſtyli ſimilitudinem, & eundem ſcribendi characterem, qui in omnibus epiſtolis occurrit; ita ut ab uno auctore conſcriptæ eſſe videantur. Accedit uſus frequentiſſimus Vulgatæ Scripturarum Verſionis; unde fit, ut poſt Hieronymi ætatem effictas eſſe neceſſe ſit. Deinde & Hieronymo, qui Scriptorum Eccleſ. Catalogum contexuit, & Innocentio, Leoni, cæteriſque Pontificibus, quorum Germanæ Epiſtolæ ad nos pervenerunt, omnino fuerunt incognitæ. Turrianus his ſimilibúſque argumentis à Magdeburgenſibus prolatis ſatisfacere conatur, edito in eam rem volumine. Sed fortaſſe ceſſiſſet Dionyſii Exigui teſtimonio; qui cùm veterum Pontificum Epiſtolas jam ab* 1100. *annis cum ſumma diligentia colligeret, à Siricio initium ſuæ compilationis facit. Neque extant hæ Epiſtolæ in veteri Codice M. S. Eccleſiæ Urgellenſis, quo Iſidori collectio continetur:* eam autem à Riculpho Epiſcopo Moguntino ex Hiſpania primùm allatam & Gallis communicatam ibidem probat. Sic cap. ſeq. docet, quàm vehementer ſe Epiſcopi Gallicani Nicolao Papæ oppoſuerint, Decretales haſce obtrudere volenti, & quomodo tandem anno 992. illæ receptæ fuerint. Pergit l. 7. c. 20. §. 1. *Certum eſt & omnino indubitatum, ex ſententia omnium virorum eruditorum, ac Baronii quoque & Bellarmini Cardinalium, in univerſum omnes illas Epiſtolas Ponti-*



z) *Concord. Cathol. l. 3. c. 2. Rivet. Crit. S. l. 1. c. 8.* (*a*) *in poſthumis p. 39. in pr. p. 88.* (*b*) *de Concordia Sac. & Imp. l. 1. c. 9. §. 4. ſ.*

An. 102. *ficum, quæ tempora Siricii & Innocentii antecedunt, fabricatas fuiſſe ab Iſidoro: quod colligitur non ſolùm ex barbarie ſermonis, aut inſcientia antiquitatis, ſed etiam ex magno diſcrimine, quod intercedit inter diſciplinam veteris Eccleſiæ, quæ in his Epiſtolis continetur &c. Ac tametſi Leo & Gelaſius frequenter laudent Epiſtolas prædeceſſorum ſuorum, nullam Iſidorianarum mentionem faciunt &c.* En ergo Papalis juris miſerrima fundamenta! Non minus pulchrè & rotundè Bona: (c) *Baronius, Vicecomes, Scortia, Durantus, atque alii recentiores, ut probent Miſſæ nomen Apoſtolicæ ætatis eſſe, & Chriſtianæ Religioni coævum, ex Romanis Pontificibus primi & ſecundi ſeculi, teſtimonia nullius roboris coacervant: dudum enim ab eruditis obſervatum eſt illorum epiſtolas decretales usque ad Siricium ſuppoſititias eſſe, à quodam Hiſpano ſub nomine Iſidori, ſub finem ſeptimi ſeculi pia fraude confictas &c.*

§.8.) Plura adverſariorum teſtimonia tum in fictas haſce Decretales, tum in Iſidorum Mercatorem, ut & in Turrianũ commentatorem apud Pſeudo-Iſidorum Blondelli, inpr. p.7. prolegomenon, & à p.112. videbis. Præcipuè verò ex noſtris oculos illis configunt Cocus in Cenſura Patrum (d) Rivetus Crit. S. hincinde, utpote de Clementis l.1.c.8. Pet. Molinæ. in Novit. Pap. l.3. c.4. ſeq. Ravv in Papatu denudato p.11. Witak. de Pontif. q.4. c.2. Vulſon aux libertez des Egl. Gallic. l.3.c.2. Chamier T.2. l.13.c.21.§.3. Catal. Teſt. Verit. l.2. à p.93. edit. Genev. & à p.74. edit. in 4. Dallæus in Pſeudepig. lib.3.c.7. & de cultu Lat. l.4.c.16. Arnd. antiq. l. Decretales. Uſſerius quæſt. de ſucceſſ. p.60. ſeq. aliíque ſexcenti, quorum hæc ferè ſumma. 1. Tamdiu non contemptæ & ignotæ jacuiſſent hæ epiſtolæ, neque Eccleſia tantum neglexiſſet theſaurum. Inde laudatus Dallæus ſic de Iſidoro cenſet: Ejus nemo paulò eruditior imperitiam ſumma cum impudentia conjunctam neſcit. Ut enim fidem citius mereretur & auctoritatem Hiſpalenſis Iſidori nomen præfixit, qui vixit anno 636. cùm harum Epiſtolarum auctor an.800. non ſuperet, ut qui inſeruit ſuæ collectioni Epiſtolas Gregorii II. & III. & Zachariæ P. Neque ab an. 636. ad 700. ullus in Hiſpalenſi Cathedra Iſidorus ſedit Epiſcopus. Veri ſimilius hunc conſarcinatorem fuiſſe Germano-Francum, vel Franco-Gallum. 2. Petrus Crabbe, Conciliorum editor, in admonitione ad Lectorem, ante Decretales Liberii, dicit, exemplarium intolerabilem nimiámque differentiam ac depravationem eſſe. 3. Omnes hæ epiſtolæ ex uno ovo natæ & editæ, veriſimiliter à Monacho maleferiato, qui nullam argumenti varietatem novit, in illa fortè diſſenſione & contentione, quæ Græcos inter & Latinos fuit, unde impoſtor nonniſi exaltationem Rom. Sedis ubíque quærit & ad nauſeam inculcat. Certè Bonifacii Moguntini Epiſtolam ad Ethibaldum Regem, de qua Bar. ad 741. §.20. datam interpolavit. Cui accedit, quòd Moguntini omnium primi hanc farraginem in medium protulerunt, & per orbem totum diſperſerunt, ut

c) *l.c. d. 1. c.3. §.1.* (d) *p.39. ad 41. item p.76. ad 82.*

ut eam ab hoc fonte ad hominum famam profluxiſſe conſtet. Unde Blondellus concludit, Benedictum Diaconum Moguntinum primum fuiſſe, qui haſce Epiſtolas in partes divideret, variis modis exornaret, Lothario & fratribus anno 839. ad regnum evocatis dedicaret, ſeq; adeò vel auctorem earum proderet, vel ad incudem à ſe revocatas fuiſſe teſtaretur. 4. Antiqui harum epiſtolarum non meminerunt, ne ij quidem, qui fuerunt diligentiſſimi antiquorum monumentorum ſcrutatores & perveſtigatores, quales Euſebius, Hieron. Gennadius, Damaſus, adeoque ne ipſi quidem Epiſcopi Romani, cùm eſſet illis de Dignitate contentio cum Epiſcopis Africanis. Ita Gratianus multa decreta aliis Epiſcopis tribuit, & quæ his adſcribit, ea non habentur in eorum Epiſtolis. 5. Harum argumentum minimè congruit cum temporibus illis, quibus ſcriptæ eſſe dicuntur: nihil enim habetur de perſecutionibus, periculis, ſuppliciis, martyriis, ſed de iis tantùm, quæ ad pacem pertinent & tranquillitatem Eccleſiæ, de Regno Eccleſiæ Rom. de Clericorum ordinatione, de ſacerdotibus non accuſandis aut lædendis, de appellatione ad Sedem Apoſtolicam &c. nihil habent de hæreticis, aut Ethnicis &c. 6. Stylus eſt putidus, barbarus, ſordidus, ſqualidus, rudis, indoctus, & multis in locis ne Latinus quidem, ſæpe planè non cohærens. At alii longè viri fuere Epiſcopi Romani. 7. Falſa habent plurima: ſic Clemens ad Jacobum ſcribit de morte Petri, & tamen Jacobus ante Petrum pridem mortuus eſt. 8. Hi Pontifices aut Scripturas non intellexerunt, aut abſurdè admodum interpretati ſunt, inde plures contradictiones habent & errores. 9. Idem ex ritibus conſtat non ſtatim receptis, ex ceremoniis, vaſis ſacris, habitu Clericorum, ornatu templorum &c. ex Archiepaſcopi, Patriarchæ, Metropolitæ nomenclatione; ſic Zepher. Epiſt. 2. dicit: Epiſcopos ad judicia vocari eſſe contra Apoſtolorum inſtituta, & præcepta Imperatorum &c. Ita ſolum Miſſæ nomen fraudem detegit. 10. Harum compilator non LXX. neque veteri Italica, ſed Vulgata Hieronymi verſione utitur: ſic ex auctoribus, qui longè poſt ſeculum tertium vixerunt, phraſes, formulas, & totas ſententias corradit, prout Blondellus in ſuo Pſeudo-Iſidoro oſtendit: ita in conſulatibus Romanis graviter aberrat, prout Baronius diffiteri nequit & notat. 11. Univerſalis titulum Gregorius M. nondum agnovit, qui tamen in Epiſtolis hiſce occurrit, & Oecumeniſmus ex profeſſo ac frequenter tractatur. An. 102.

§. 9.) Scrupulum penitus omnem eximit Papa Leo IV. pui Epiſtola 4. circa an. 850. Britanniæ Epiſcopis ſcribit, & Gratianus diſt. 20. Juri inſeruit: *De libellis*, inquit, *& commentariis aliorum non convenit aliquos judicare: & S. Conciliorum canones relinquere: vel decretalium regulas, quæ habentur apud nos, ſimul cum canonibus, quibus in omnibus Eccleſiaſticis utimur judiciis i. e. Apoſtolorum, Nicenorum &c. & cum illis regulæ præſulum Romanorum Sylveſtri, Cyricii, Innocentii, Ozimi, Celeſtini* &c. Ita ergo rationem prædictarum Epiſtolarum non habet. At verò decennio pòſt Nicol. I. præſulibus Galliæ

An. 120. has Epiſtolas recipere nolentibus, ſuámque libertatem aſſerentibus, in aliam longè ſententiam ſcribit: d. 19. c. Si Romanorum. Ita ergo ſenſim, inpr. Ivonis & Gratiani operâ, falſa pro veris conceſſis obtinuerunt, & Canonicis Scripturis annumerata: eadem diſt. c. in Canonicis. Et d. 20. c. Decretalia. Plura in hanc rem apud Juſtellum in Cod. Eccleſiæ Univ. T. 1. præf. p. 22.

§. 10.) Quò verò hiſce Decretalibus colliment, divinatu minimè difficile, ſcil. ut primatum & Papale dominium inde ab initio obtinuiſſe probent. Unde ipſa etiam poſtrema Conciliorum Regia editio Pariſienſis eas præmittere voluit, & ad harum imitationem ſequentes Papæ ſimiles Decretales emiſerunt. His ergo fulcris, quæ mendacia veriſſimè dixeris, ſtant Papatûs primordia. At nulli Pontifices hoc teſtantur, antequam inciperent tyrannicè primatum affectare. In omnibus genuinis primorum Epiſcoporum Rom. Epiſtolis alium titulum non ſumunt, quàm *Epiſcopus urbis Romæ*. Sic Clemens Epiſtolâ ad Corinthios nullam ſibi auctoritatem ſumit. Ita nonniſi *Romanæ urbis Epiſcopos* Hieronymus eoſdem in Catalogo vocat, ubi contrà ad aliorum locorum Epiſcopos ſcribens, illos *Papas nominat*. Peſſimè itaque hinc Paparum diffuſam & illimitatam auctoritatem ex illis probare Rouſſelius (*e*) conatur, ac inſuper addit: *Si quis conferat primorum Sedis Rom. Pontificum decreta, cum ſanctionibus Synodorum ſive Provincialium, ſive Generalium, quæ deinde ſequutæ ſunt, animadvertet has illis convenientes eſſe velut promulgantes Epiſcopi ſuis in provinciis, quod Eccleſiæ Principes ſtatuerant: ut in civili Politia muneris eſt prætorum, præfectorum, & magiſtratuum provincialium, edicta Imperatorum & Regum in ſuis tribunalibus publicare.* Nimirum hac ratione nonniſi mancipia, ſervum & brutum pecus, præcones & apparitores erunt quicunque viri Eccleſiaſtici, imò etiam Conciliorum decreta ac ſtatuta nonniſi Papæ vox erit atque voluntas. Pergit (*f*) *Iſtæ autem Epiſtolæ fidem faciunt, quanti juris tum fuerit juriſdictio Rom. Pontificis. Quandoquidem de appellationibus, cauſis & negociis Eccleſiaſticis edicta fecerunt. Neque verò minoris momenti eſſe debent, quòd quaſi in ſua cauſa loquuti ſunt &c.* Extrema igitur quæque aggreſſi Papalis Monarchiæ fabri, nihílque non auſi, unde Marca (*g*) *In collectione Capitulorum Hadriani interdum nonnihil additur antiquis canonibus, interdum verò detrahuntur verba magni momenti, prout conducere viſum eſt ad extollendam Romani Pontificis autoritatem.* In eundem ſenſum Gratianus d. 19. c. Romanorum, ex Nicolao P. ad Epiſcopos Galliæ: &c. ſeq. ex Agathone: *Sic omnes ſanctiones Apoſtolicæ Sedis accipiendæ ſunt, tanquam ipſius divina voce Petri firmatæ.* Iterum canonis ſequentis argumentum: *Tolerandum eſt jugum, quod à S. Sede imponitur, licet intolerabile videatur.* Confer ſeqq. hinc gloſſa ad c. 9. q. 3. c. Nemo judicabit primam Sedem: *Si totus mundus ſententiaret in aliquo negocio contra Papam, videtur, quòd ſententiæ Papæ ſtandum eſſet.* Quæ ſanè omnia nonniſi vivæ & expreſſæ Antichriſti

(*e*) *de Juriſd. Pont. l. 1. c. 3. § 2. ſeq.* (*f*) §. 3. (*g*) *l. 7. c. 20. §4.*

chriſti notæ cenſeri poſſunt. Circa Damaſi & Siricii tempora nonnullas Decretales reperimus: inde profectum in deterius, donec tandem in omnes partes tyrannis graſſaretur. Nec ſolis tamen Romanis id accidit. Nam & Græci nonnihil tentârunt hujuſmodi, ut videre eſt in Corpore Juris Græco-Romani: quanquam longè modeſtiùs. Adhæc tam Conſtitutiones, quàm Diſpenſationes nullæ fuerunt univerſales, ſed in ſuis tantùm Eccleſiis ſeu territoriis, vel Provinciis, ſive etiam Regionibus. Abominamur proinde, quæ d. 19. c. ſi Romanorum. ʃ. quibus, in hæc verba: *Quoniam ſi V. & N. T. ſunt recipienda, non quòd Codici canonum ex toto habeantur annexa, ſed quòd de his recipiendis S. Papæ Innocentii prolata eſſe videatur ſententia: reſtat nimirum quòd Decretales Rom. Pontificum Epiſtolæ recipiendæ.* Et d. c. In canonicis: *Inter Canonicas Scripturas Decretales Epiſtolæ connumerantur.* An. 102.

ʃ. 11.) Nunc tandem in ſpecie ad Clementem, ejúſque ſcripta nos vertimus. Is συνεργὸς Pauli: Philipp. 4. 3. vocatur: Διάκονος Petro adhibitus in plantanda Eccleſia: *(h)* Apoſtolus *(i)* Vir Apoſtolicus, imò penè Apoſtolus. *(k)* De ſcriptis ipſius Bellarminum de Script. Eccl. item Gerhardum, alios conſule. Multa ipſius titulo ſuppoſita eſſe, utpote diſputationem Petri & Apionis &c. Spondanus *(l)* agnoſcit, alia item germana, ceu Conſtitutiones Apoſtolorum, tum ab hæreticis, tum à Græcis corrupta eſſe. Sic ab Ebionæis & Eunomianis depravatos ait libros Circuitionum, ſeu Periodorum Petri, quæ ab aliis itinerarium Petri, ac rurſum Recognitiones Clementis, & hiſtorias ejuſdem; ut meritò libri illi à Patribus inveniantur proſcripti. Certè Gelaſius c. Sancta Romana. d. 15. itinerarium iſthoc non corruptum eſſe dicit, ſed damnat ſimpliciter. Huc ergo ſpectat, quod Witakerus Papiſtis objicit: Hanc reſpodendi rationem (quâ acta & ſcripta falſata obtendunt) eſſe valde periculoſam: cavendum enim, ne ſi ſic reſpondeatur, evertant omnia, & naufragium faciant atque jacturam omnium mercium Pontificiarum. Eadem ſcripta Clementis enervant ex Cuſano Cocus: *(m)* Lipſtorp. *(n)* Hornius *(o)* Illyricus *(p)* Chemn. *(q)* ubi inter cœtera: *Librorũ Clementis nulla certa eſt authoritas, multa enim ſcripta ejus nomine ſparſa fuiſſe Euſeb. teſtatur: & Ruffinus queritur, illis multa adulterina inſerta.* Ecquid ergo nobis ex Clementis remanebit monumentis? Quid de his Pontificale ſuprà ʃ. 5. intelleximus. Spondamus de Epiſtolis illius ambigere, & tamen provocare ad Turrianum videtur, qui quinq; nobis exhibet. In eundem ſenſum Bar. *(r)* *Cujus fidei ſint, inquit, ac firmitatis quinque illæ Epiſtolæ, in his non laboro.* Aſt illarum auctoritate Latini non rarò errores ſuos propugnare conantur, & ex illis multa de verbo ad verbum in decretis Pontificum excerpta ſunt. *(s)* De hoc Staravolſc.

Clementis ſcripta.



*h) Ignat. ad Trall. (i) à Clem. Alex. Strom l. 4. (k) Hammond de Epiſc. diſſert. 4. c. 3. §. 22. plura de Clem. ib. diſſert. 5. c. 6. 7. 8. (l) §. 4. (m) p 80. (n) in infor. Mon. Pap. p. 26. (o) hiſt. Eccl. l. 2. c. 1. (p) in Catal. T. 1. à p. 55. (q) in Conc. Trid p. 782. (r) §. 6. de Dem l. 3. c. 2. §. 2. (s) vid. Pet. Mart. contra Iardin. part. 4. obj. 1. Forer. T. 2. p. 84.*

An. 102. ravolſc. (t) *Multa ſcripſit Clemens & accuratè & ſalutariter, quibus Chriſtianam religionem illuſtravit:* ac poſt libros Conſtitutionum, quinque ejus Decretales recenſet, quem Carranza ſequitur.

*Clementis prior ad Iac. Epiſt.* §. 12.) Duæ priores Clementis epiſtolæ ad Jacobum fratrem Domini Hieroſolymam perhibentur ſcriptæ. Harum priorem pro errorum ſuorum aſſertione Papiſtici doctores haud raro citant, uti Cocus oſtendit, quam tamen de ponte dejicit, ut & Rivetus Crit. S. l. 1. c. 8. Blondell. ind Pſeudo-Iſ. proleg. c. 13. & c. 17. & in ipſo tract. à p. 1. ad 60. Oſiand. cent. 1. epit. hiſt. Eccl. l. 3. c. 4. Ipſe Bellarminus de Script. Eccl. ut & Joh. de Turrecrem. Summ. de Eccl. l. 2. c. 101. adverſus eos, qui ex illa epiſtola authoritatem Concilii ſupra Papam aſtruebant, & Pontificem deponi poſſe, etiam circa hæreſeos crimen, affirmabant ſequi ex verbis Petri ad Clementem: *Si mundanis curis occupatus &c. ex eo fiet, ut tu, tanquam qui non docueris quæ ad ſalutem hominum pertinent, deponaris.* Hunc Poſſevinus, & Monachus Kalteiſen, pluréſque alii ſequuntur, quos inter Perronius. (u) Rectè de eadem Illyr. (x) *Tota fermè epiſtola papiſtica abominatio, præcipuè autem jus ſucceſſionis fundatur* &c. Et Mareſius (y) *Illam epiſtolam ſaltem ex parte ſatis antiquam eſſe vel inde liquet, quod Ruffinus eam ex Græco in Latinum tranſtuliſſe profiteatur. Meritò autem dixi, quod ad priorem partem, nam illam Blondellus in Pſeudo Iſidoro & Turriano vapulantibus, putat eundem habere authorem cum Recognitionibus, imò & cum Conſtitutionibus Clementis, quin ſuſpicatur etiam haut immeritò, illum vel Palæſtinum, vel Phœnicem fuiſſe, circa an. Chriſti* 180 *vel* 200*. quòd Hieroſolymitanam Sedem omnibus aliis præferat. Sed idem Blondellus poſteriorem Epiſtolæ partem, quæ ab illis verbis incipit. Sed & nunc exponit: demonſtrat eſſe argumentum Iſidori Mercatoris &c.*

§. 13.) Sanè ſub falſo titulo Papas R. ſe Clementis h. e. Univerſalis Eccleſiæ Epiſcopos vocare, ex ipſa Epiſtolæ in ſcriptione patet, quæ talis: *Clemens Jacobo Fratri Domini, Epiſcopo Epiſcoporum, regenti Hebræorum S. Eccleſiam, quæ eſt Jeroſolymis, ſed & omnes Eccleſias, quæ ubique Dei providentiâ fundatæ ſunt.* Ergo Clemens Jacobum ſuperiorem ſuum agnoſcit, & tam Romanæ, quàm aliarum Eccleſiarum Rectorem. Epiſcopum Epiſcoporum, & omnium Eccleſiarum Rectorem, Papalis ſolius dignitatis & apicis titulum hodie eſſe contendunt. *Notum tibi facio:)* Nimirum hoc impoſtor agit, ut Monarcham Petrum faciat, & tum vera, tum falſa in unum Petrum conferat. *Præſentem* (Petrus) *vitam finivit)* quomodo verò Clemens Jacobo huic Petri mortem ſignificare potuit, cùm Jacobum diu ante Petrum occubuiſſe certiſſimè conſtet. *Ipſi* (Clementi) *trado à Domino mihi traditam poteſtatem ligandi & ſolvendi, ut de omnibus quibuſcunque decreverit in terris, hoc decretum ſit & in cœlis.)* Scil. ſanè una hæc agitur fabula. Quaſi cœteri Apoſtoli, horúmque ſucceſſores non eandem acceperint poteſtatem. Quare verò Clementi quartum, vel tertium à Petro locum in Cathedra aſſignant?

§. 14.)

t) *in Concil. p.* 12. (u) *in poſth. p.* 311. (x) *in Catalogo T.* 1. *p.* 484. (y) *in anecd.*

*§.* 14.) *Ego* ( Clemens ) *procidens ad pedes ejus, rogabam, excuſans* An. 102.
*me &c.*) Componant hæc cum eo, quòd Clementem poſt mortem Petri ceſſiſſe Lino & Cleto dicunt. Aſt Pontificale Damaſi: *Clemens ex præcepto Petri ſuſcepit Eccleſiæ Pontificatum gubernandum* &c. addit: *ideo Linus & Cletus ante eum conſcribuntur, qui ab ipſo Principe Apoſtolorum ad miniſterium ſacerdotale exhibendum ſunt Epiſcopi ordinati.* Ergo plures Romæ fuerunt Epiſcopi. Hinc Joh. III. & Leo II. Petrum adjutores acciviſſe Linum & Cletum, non tamen Pontificii poteſtatem, aut ſolvendi, vel ligandi normam eis tradidiſſe, ſed Clementi ſucceſſori ſuo, qui Sedem Apoſt. poſt eum, & poteſtatem Pontificalem tenere promeruit: Linum & Cletum exteriora miniſtrâſſe, nec quidquam ex Pontificali miniſterio poteſtatéve egiſſe, Petrum verò orationi inſtitiſſe. His Marianus Scotus ſubdit: *Clemens ergo primus poſt Petrum Romanam Eccleſiam tenuit, vel cum eo Linus & Cletus, ſicut cum Petro fuerunt, iterum: S. ergo Clemens non tantùm ſucceſſor B. Petri fuit, ſed etiam vivente Jacobo, novem annis ante paſſionem Petri Romanam Cathedram tenuit, juxta ſcripturas, & deinde poſt Petrum XXI. id eſt, XII. cum Cleto, vel cum Lino, & IX. annis poſt eos, uſque dum in exilium miſſus eſt.* Sic Tertull. de præſcr. Clementem à Petro ordinatum ait. Staravolſc. Clemens primus ſucceſſor D. Petri. *Hæc Cathedra* ( Romana, ex Petri ſententia ) *eum, qui cupit eam & audacter expetit, non requirit* &c.) Quot ergo indigni ſucceſſores ac Simoniaci!

Petrus ad Clementem: *Te quidem oportet irreprehenſibilem vivere, & ſummo ſtudio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias: ne fidejuſſor exiſtas: ne advocatus litium fias: neve in ulla alia occupatione prorſus invenîares mundialis negocij occaſione perplexus. Neque enim judicem aut cognitorem ſecularium negociorum hodie te ordinare vult Chriſtus* &c. vid. Gratian. c. 11. q. 1. c. Te quidem. Ergo pauperculus non fuit Clemens, ſi fidejuſſor fieri, neque in obſcuro latuit loco, ſi advocatum agere potuerit. Certè ex his verbis in criminalibus & civilibus cauſis Eccleſiaſtici, & ipſi etiam Pontifices à Magiſtratu ſeculari judicari poſſunt & debent. Ergo in civilibus cauſis non Laici Clericis, ſed Clerici Laicis parebant, contrà quàm ſentit Rufus adverſus Carol. Molinæum (z) Non itaque Papa olim Dominus vel in ſacris, vel in profanis, ſed miniſter & ſervus, quandoquidem ſi mundialibus curis occuparetur, nec Eccleſiæ Verbum Dei docendo prodeſſet, deponi poterat:

*§.* 15.) Petrus ad presbyteros talem dirigit ſermonem: *Ante omnia ut pudicitiæ ſtudentes, adoleſcentes nuptijs jungant, quò calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant* &c. Atqui impudicitia hodie matrimonio Clericorum præfertur. Idem: *Si qui ex fratribus negocia habent inter ſe, apud cognitores ſeculi non judicentur, ſed apud presbyteros Eccleſiæ, quicquid illud eſt dirimatur, & omni modo obediant ſtatutis eorum.* En Presbyterii veteris ideam! eorum ſcil. qui aliàs ἡγούμενοι, ἐπίσκοποι, πρεσβύτερον &c. dicti.

Poſt

z) p. 599. *Molinæ. ſenatuſc. Franc. p.* 117. *ſeq.*

An. 102. Poſt ſermonem ad Presbyteros & Diaconos, de Primatibus ſeu Patriarchis, Archiepiſcopis &c. agit. At verò hactenus Presbyter idem quod Epiſcopus, & viciſſim: nec ulli ejuſmodi gradus majores primis ſeculis erant auditi. *Vos per veſtras diœceſes* (ita Petrus ad Clementem) *Epiſcopos ſacrate & mittite, quia nos ad aliàs partes (quod Dominus juſſit) agere curabimus. Aliquos verò ad Gallias Hiſpaniáſque mittemus, & quoſdam ad Germaniam & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus &c.* En perfectum atque ſummum Monarcham Petrum, quando nimirum ferarum inſtar, ad necem abripiebantur Chriſtiani. Neque tamen pudet horum Ruffum contra Car. Molinæum.

Ib. *In illis civitatibus in quibus olim apud Ethnicos Archiflamines eorum atque primi Legis doctores erant, Epiſcoporum Primates poni, vel Patriarchas, B: Petrus præcepit*: &c. *In ſingulis verò reliquis civitatibus, ſingulos & non binos, vel ternos, aut plures Epiſcopos.* Conf. Leon. II. Ep. 3. Burchard. l. 1. c. 125. inpr. Grat. d. 80. c. 1. Jam ergo abolitus tempore Neronis gentiliſſimus, cum omnibus ſacerdotiis, majoribus & minoribus dignitatibus, omniáque ad Petri nutum & arbitrium diſponebantur, ac ſumma ab ipſo officia diſtribuebantur: Rufus p. 146. conf. de Dom. l. 3. c. 2. §. 2. & c. 10. §. 17. Arnd. antiq. l. Epiſcopi: §. 59. & 101. Nec alia Epiſcoporum, item Primatum & Patriarcharum ratio cum judiciis, ad quæ volentibus appellare concedit ibidem Petrus: At verò diu demum poſt Apoſtolos juxta politicas dignitates inſtitutæ ſunt primitus dignitates Eccleſiaſticæ, hinc Romanæ Sedi primus locus ordinis nimirum, ceſſit.

Ib. *Epiſcopi vicem Apoſtolorum gerunt, reliquorum diſcipulorum vicem tenent presbyteri.* Quo ergo loco Papa habebitur, inferiores item & ſuperiores ordines?

Ib. de foro competenti, ut & legitimo accuſatore agit & reo, Sacerdotibus omnes Laicos ſubjicit.

*Altera Clementis ad Iac. Epiſt.* §. 16.) In altera Epiſtola Clemens Jacobum de ratione S. Cœnæ, quaſi harum rerum rudem inſtruit, ac presbyteri, Diaconi & hypodiaconi officia circa hæc ſignificat. Eam habes T. 1. Conc. edit. Crabbi p. 288. & T. 1. edit. Pariſ. p. 105. quam ad incudem revocat Blondel. in PſeudIſ. præf. p. 62. & in tract. p. 60. ad 72. Cocus à p. 46. Dallæ. de cultu Lat. l. 6. c. 1. f. Eandem repudiat Bellarminus de ſcript Eccl.

Clemens Apoſtolorum Patrem appellat Petrum, contra ſtylum N. T. & ipſius Petri.

Ib. Signa S. Cœnæ externa, communio corporis Domini vocantur, item fragmenta & holocauſta, quorum tanta in altari copia offerenda, quanta populo ſufficiat. *Quòd ſi remanſerint*, inquit, *in craſtinum non reſerventur, ſed cum timore & tremore Clericorum diligentiâ conſumantur* &c. Contra aſſervationem, incluſionem & ſepoſitionem Sacramenti ſtatuit hæc Clemens. *vid.* §. 30.

i. q.

i. q. de conſecr. diſt. 2. c. tribus gradibus. Tales reliquiæ olim in Eccleſia Hieroſ. comburebantur: Heſych. in Levit. l. 2. c. 8. Conſtantinopoli Scholaſticis dabantur: Evagr. hiſt. l. 4. c. 35. de Gallicano more. vid. Concil. II. Matiſc. anni 585. c. 6. de Hiſpanico Concil. Tolet. XVI. anni 693. can. 6. conſtit. Clem. l. 8. c. 31. (*a*) Contrarium ſtatuit Concil. Quarinatenſe, de quo diſt. 2. de conſecr. (*b*) Idem contra privatam communionem facit. (*c*) Eodem loci jejunium poſt communionem præcipit. (*d*) An. 102.

Ib. Altare & reliqua templi plus quàm Moſaicè ornat, ut ſtupidus ſit, qui illo tempore talia haberi & obſervari potuiſſe ſomniat. Vult ut res ſacræ, utpote altaris palla, cathedra, candelabrum, velum, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur: cineres earum baptiſterio inſerantur &c. item ut ſacræ veſtes ne laventur extra ſacrarium, nec niſi à perſonis ſacris, nec niſi è vaſis ſacris &c. Et talia quidem allegantur in jure Can. de Conſecr. d. 1. c. 40. nemo palla: item à Caſalio de rit. vet. c. 35. p. 152. & c. 34. p. 146. ſ. ſeq. adducto loco Numer. 4. 11. De iiſdem Polydorus agens tandem ſubjicit: *Atque hæc ferè omnia ex decreto Clementis accepta ferunt, quæ undecunque manârint* (en certus non eſt) *magis omnino Hebraica, quàm Apoſtolica inſtituta referunt. Quædam quoque alia ſunt, ad uſum Sacerdotum, myſticè ab inſequentibus quæſita* &c.

Ib. Majora in templo miniſteria illi, qui in conjugio vivit, interdicit. Atqui ne in ipſo Concilio Niceno hoc obtinuiſſe novimus.

Ib. Eccleſias per congrua & utilia facile loca &c. in ſingulis ſacerdotes poni oportet &c. vid. c. 16. q. 7. Eccleſias per. & d. 1. de conſecr. c. 7. Caſalius c. 33. p. 135. Etiam velut non ambigendum narrat Nicephorus Calliſtus hiſt. Eccl. l. 3. c. 18. ubi martyrium paſſus Clemens, ibi templum fuiſſe divinitus excitatum. Vide Selden. de Synedr. l. 3. c. 15. p. 322. Atque templa Chriſtiani nulla tum adhuc habebant, adeóque nec dedicari poterant: (*e*) dedicationes quin etiam nonniſi precibus fiebant.

§. 17.) Tertia Clementis Epiſt. de officio ſacerdotis & clericorum, omnibus Epiſcopis, presbyteris, Diaconis, & reliquis Clericis, ac cunctis principibus majoribus, omnibus generaliter fidelibus &c.) Nimirum tam ſplendida jam Eccleſiæ facies erat, tot jam Eccleſiaſtici ordines & orthodoxi Principes. Illam vide T. 1. Concil. p. 229. edit. Venet. & p. 112. edit. Pariſ. Hanc jure enervant & eliminant Blondel. in Pſeudoiſ. præf. p. 62. & in tract. à p. 72. Cocus p. 47. ſeq. *III. Clementis Epiſtola.*

Ib. *Dominus noſter mittens vos* (Epiſcopos) *vice ſua, loco Apoſtolorum, ad prædicandum &c.* Er. non Petrus miſit.

c Ib.

*a*) *Adi Larroque de S. C. part. 1. c. 15. p. 299. & c. 16. p. 305. Cham. T. 4. l. 7. c. 9. §. 15. & c. 10. §. 29. 31. Chemnit. Conc. Trid. 285. ſeq. Confer conſtit. Clem. l. 2. c. 28. & l. 8. c. 31.* (*b*) *plura vid. Novit. Molinæ. l. 3. c. 5. p. 306. & 308.* (*c*) *Larroque l. c. cap. 11. p. 232.* (*d*) *Dallæ. de cultu Lat. l. 6. c. 1. p. 728.* (*e*) *Hoſpin. de Templ. 444. & 447.*

An. 102. Ib. *Aaron chriſmate compoſitionis perunctus, princeps populi fuit: & tanquam Rex, primitias & tributum per capita accepit à populo, & judicandi populum ſorte ſuſcepta, de mundis immundiſque judicabat &c. quòd ſi temporalis gratia ab hominibus compoſita, tantum potuit* &c. Nihil profectò ſani, nihil Chriſtiani: nihil Laicis, quos vocant, juris libertatiſve reliqui.

Ib. *Baptizandus Sacerdoti nomen det, eum audiat, frequenter jejunet, ſemet in omnibus probet, ut tribus menſibus jam conſummatis, in die feſto poſſit baptizari.* Nihil hîc Apoſtolici. Oleo baptizatos inungi jubet, & quidem uno cum baptiſmo actu, nullius chriſmatis mentionem faciens. (*f*) Unde Bellarminus de Bapt. c. 27. §. Secunda eſt, & Vicecomes de Bapt. l. 5. c. 3. p. 671. rejecta collegarum ſententia, ad Sylveſtrum baptiſmalem chriſmationem referunt.

Ib. *Homines per pietatem poſſunt eſſe impaſſibiles*) nota immobilitatem Stoicam. Atqui tales nec Prophetæ, nec Apoſtoli, nec martyres reliqui, nec ipſe Chriſtus fuerat.

Ib. *Liberi ſumus arbitrii. Nam ſi hoc eſſet, ut videntes ea (quæ prædicata ſunt) jam non haberent in poteſtate aliud facere, quàm audierant: vis eſſet quædam naturæ, per quam liberum non eſſet ad aliam migrare ſententiam.*) Non Paulinus, ſed Pelagianus eſt perſonatus hîc Papa.

Ib. *Cunctis fidelibus & ſummopere omnibus presbyteris & Diaconis, & reliquis Clericis attendendum eſt, ut nihil abſque proprÿ Epiſcopi licentia agant:* 16. q. 1. cunctis fidelibus. & can. Apoſt. 38. Scil. etiam fideles ſeu Laici ſubjecti eſſe Epiſcopo, & nihil agere abſque illius licentia debent.

Ib. *Quicunque obediunt Epiſcopis ſuis videntur aliquid gratiæ conferre Deo.* impiè.

Ib. *Virtutes in hominibus* ponit abſque fide.

*IV. Clem. Epiſtola.* §. 18.) Epiſtola IV. diſcipulis ſuis Julio & Juliano, qui malorum hominum perſuaſionibus aliquatenus deviârunt, & gentibus inter quas habitabant. Eam habes T. 1. Concil. p. 296. edit. Venet. & p. 124. edit. Pariſ. Eandem confoderunt PſeudoIſ. præf. p. 62. & in tract. 87. ad 97. Cocus à p. 94.

*Per ferrum facta ſunt ſimulachra: ferrum verò per ignem confectum eſt, qui ignis aquâ extinguitur: aqua verò per ſpiritum movetur, ſpiritus à Deo initium habet.*) Ingenioſa omnia!

Ib. *Regeneratio ex aquis* (baptiſmi) *& Deo renato, fragilitas prioris nativitatis amputatur & ita demum pervenire poteritis ad ſalutem,*) Quid ergo Chriſti ſanguis?

*Clementis Ep. V.* §. 19.) Epiſt. V. de communi vita diſcipulis ſuis Hieroſolymas. Hanc vide T. 1. Conc. p. 298. ed. Ven. & p. 130. edit. Pariſ. Illam proſcribunt PſeudoIſ. præf. p. 62. in tract. à p. 97. item Cocus p. 50. Bellarminus de bonis

*f*) *Dallæ. de cultu Lat. l. 1. c. 12. p. 61. & 62.*

nis operibus l. 3. c. 11. ad objectionem de communione rerum omnium, poſtquam reſpondit, verba in bonam partem accipi poſſe, tandem ſubjicit. Non opus eſſe multum in ea re laborare, quia, inquit, Epiſtola non eſt Clementis, aut ab aliquo valde corrupta eſt & depravata; quem propterea ibidem fictitium Clementem adpellat. Ait Clemens vitam communem omnibus eſſe neceſſariam: &: Communem uſum eſſe omnium, quæ ſunt in hoc mundo, *in omnibus autem ſunt* (inquit) *ſine dubio et conjuges, & per iniquitatem factum eſſe, ut alius hoc ſuum eſſe diceret, alius aliud.* Gratianum non puduit allegare c. 12. q. 1. ſ. dilectiſſ. Et hanc communionem Clemens Apoſtolicam vocat, quæ tamen Platonicæ, non Chriſtianæ Reip. convenit: (g) imò verus Nicolaitarum error, unde Maſſonus l. 9. Chron. Nicolai hanc eſſe epiſtolam putat. Hoc dicto Libertas Gallica (h) Clericorum Collegia, communionem in victu, amictu &c. olim obtinuiſſe vult docere. (i) An. 102.

At quid hæc tanta ſphalmata viris doctis, primis Epiſcopis Rom. & B. Martyribus affingamus impoſtorum fraude decepti? Hîc ergo ſpecimen habeas, qua ratione cum cœterorum Decretalibus comparatum ſit. Porrò de genuina Clementis ad Corinthios Epiſtola ad an. 95. actum.

*Conſtitutiones Apoſt.*

ſ. 20.) Sequuntur Διαταγαὶ ſeu Διατάξεις h. e. Conſtitutiones Apoſtolicæ, à Clemente, ut quidem ajunt, collectæ. Illas commendat & ſummam proponit earundem Staravolſc. p. 12. De iiſdem Mareſius: (k) De octo Conſtitutionum libris meliùs aliqui ſentiunt, quàm de Recognitionibus: imò illi cenſentur eſſe in magna authoritate apud Abyſſinos, & Apoſtolicæ cenſeri authoritatis. Illas tamen eſſe quoque apocryphas, nec à Clemente, nec ab Apoſtolis editas, & multa continere falſa atque abſurda, docet Scultetus in Medulla Patrum l. 2. c. 5. Quarto demum ſeculo has Conſtitutiones ſcriptas ait Dallæus. (l) contra Vicecomitem & ſimiles, qui ut unctionem baptiſmalem aliáque ad Apoſtolicam originem referre queant, eas ut Apoſtolicas allegant. Fatetur Bellarminus (m) *in Eccleſia Latina nullum fere nomen habuiſſe haſce Conſtitutiones, idem ferè de iis judicium fieri debere ac de Recognitionibus:* plura quoque in ipſis ſubnotavit non boni commatis, uti quòd Philippum, qui Eunuchum Candacis baptizavit, ſtatuant fuiſſe Apoſtolum, quartas nuptias manifeſtam fornicationem appellent: Mariam Magdalenam negent Marthæ & Lazari ſororem: dicant ad cõmunionem ancillam recipiendam, quæ ſoli ſuo Domino ſe proſtituat, non eam, quæ pluribus faciat ſui corporis copiam. Nugatur Gaulterius dicens, unà cum Canonibus Apoſtolos condidiſſe Liturgiam, quæ extet in Clementis conſtitt. Nam præterea quòd haſce Conſtitutiones non bonæ notæ agnoſcunt plurimi eruditiores & candidiores



*(g) Plato l. 4. & 5. polit. (h) T. 1. p. 364. imò à p. 363. ad 365. f. (i) vid. de Dom. l. 9. c. 1. §. 6. & c. 7. §. 3. VVitak. de Pont. cont. 4. q. 4. & 6. Novit. l. 1. c. 36. & c. 49. & l. 2. c. 1. & l. 3. c. 5. & oper. T. 2. part 4 p. 51. Forer. T. 1. p. 549. T. 2. p. 104. ſeq. (k) in ἀνεκδ. (l) de ador. l. 3. c. 4. & de cultu Lat. l. 1. c. 10. f. & c. 16. p. 87. [m] de ſcript. Eccl.*

An.102. diores in ipſo papatu, ſi illa Liturgia ab ipſis Apoſtolis communi conſilio inſtituta fuiſſet, nulla ſubfuiſſet ratio, cur Petrus, Jacobus, Matthæus, Marcus ſpeciales illas Liturgias fabricarent, quas illis affingunt. Tum ſi hæc Liturgia, quæ extat apud Clementem ab ipſis Apoſtolis condita fuit, non poteſt non accuſari Eccleſia Rom. ſummæ levitatis, quòd illâ relicta, Canonem Miſſaticum, centonem inconditum, & ex diſſolutis ſcopis conflatum ei ſubſtituerit. Dum auctam à poſterioribus prætendunt adverſarii, ipſam cauſam ſuam produnt: vid. Jo. Quintinum in Zonaram de Conc. præf. p. 13. 14. & in fine oper. à p. 802. Caſaub. in Bar. proleg. p. 57. ad Baronii an. 32. §. 18. Bonam Lit. l. 1. c. 8. §. 5. Porrò Conſtitutiones quod attinet, eas Turrianus, Bovius & alii pro indubitatis obtrudunt: Poſſevinus, Petavius eas in medio relinquunt. De iiſdem apertè Perronius: (n) *Mille in illis res malæ reperiuntur.* Et: (o) *Inter omnes hodierni temporis ſcriptores peſſimè Turrianus de rebus judicat, unde Conſtitutiones Clem. defendit* &c. Sic Bona (p) *Non infimi ſubſellii ſcriptores ſunt, qui negant Clementem Apoſtolicarum Conſtitt. auctorem eſſe.* Epiphanii Conſtitutiones Apoſt. quas hær. 70. n. 10. citat, alias eſſe Petavium aſſerere fatetur: ipſe verò Bona præſentes quas tractamus, Conſtitutiones interpolatas putat. Confer eundem l. 3. c. 4. §. 4. De his vid. Bevereg. in Pandectas p. 5. T. 2. f. inter alia ex Dallæo: Conſtitutiones à Turriano editas longè alias eſſe & diverſas ab iis, quæ Epiphanii temporibus extabant &c. Idem inſuper in canonem 85. Apoſt. Clementi Alexandrino Conſtitutiones, & aliàs quidem, quàm modernas, utpote quæ corruptæ & interpolatæ ſint adſcribit.

§. 21.) Procemium Turriani in IIX. Conſtitt. libros prolixum vide T. 1. Conc. p. 38. ad 62. editionis Crabbi: ipſos libros p. 63. ad 148. In eoſdem commentaria Turriani cum ſummis: à p. 157. ad 276. Suis coloribus depinxerunt haſce διαταγὰς Cocus præf. p. 37. & in tract. p. 28. ad 36. ubi de inſignibus falſatoris mendaciis: Rivet. Crit. S. l. 1. c. 2. Item Pſeudoiſ. præf. p. 55. & de primatu p. 5. ut & de Epiſc. p. 525. Ex profeſſo autem doctiſſimè, ut ſingula, Joh. Dallæus in Pſeudepigraphis. Ravv. à p. 8. Chemnit. Conc. Trid. p. 782. Negat Canonicas eſſe ſeu Apoſtolicas Baronius anno 32. §. 17. ſeq. an. 34. § 83. an. 44. §. 42. an. 102. §. 9. Spond. an. 33. §. 13. & aliàs. Perronius ſectione ſuperiore jam citatus in Replica ad Regem Britanniæ, librum illum non eſſe talis fidei ait, ut poſſit in rebus religionis auctoritatem deciſivam obtinere, ſive initio ſuppoſitus ſub nomine Clementis, ſive per hæreticos poſtea corruptus fuerit. Et tamen Baronius, Bellar. & cœteri, pro ſui defenſione haud raró allegant: confer Spond. §. 4. At fruſtrà meritò tales nobis vendere merces tentant, inter alia etiam, quia ſi vel ad dogmata, vel ad ritus perventum, ipſi toto cœlo ab his differunt. (q) Epiphanius contra Audia-

(n) *in Poſth. p. 39.* (o) *p. 311.* (p) *Liturg. l. 1. c. 8. §. 4.* (q) *vid. Dallæ. de ador. l. 5. c. 7. §. 766.*

Audianos hær. 70. τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ eſſe dicit h. e. à multis ſeu plerisque illas haberi pro dubiis & incertis. Addit tamen, non eſſe reprobatas, quia omnis regularis ordo in illis habeatur, & nihil à fide adulteratum, neque à confeſſione, neque ab Eccleſiaſtica gubernatione & regula. Unde conſtat, non eſſe eaſdem conſtitutiones, quas Pontificii ediderunt, cùm in iis habeantur non pauca à fide adulterata & à confeſſione; plura ab Eccleſiaſtica gubernatione & regula; quod ne ipſi adverſarii negabunt. (r) Nihil ergo efficiunt, quando illas à Patribus allegari ajunt, ſi jam olim aliæ fuerunt, ſi interpolatæ; vel annon etiam ex apocryphis & profanis multa allegant? Clementis nomen non apponunt, niſi poſterioribus ſeculis. Citârunt aliquando veteres Conſtitutiones & Diſpoſitiones Apoſtolicas, ſed non ſcriptas, ut fatetur Baſilius l. de Spiritu S. c. 27. Latè ſæpe ſumitur ille terminus Apoſtolicum, prout hodie inpr. apud Latinos fit. Facilè etiam fieri potuit, ut non ex his Conſtitutionibus, quas non nominant, ſed aliunde ea teſtimonia accipiant. Ut verò in his fides adverſariorum manifeſta fieret, optandum aliquem variarum editionum collatione omnia in lucem producere. Certè Trullana, ſeu VI. Synodus, circa an. 690. can. 2. propter hæreticorum corruptiones, illas ad Eccleſiæ ædificationem & ſecuritatem, rejiciendas aut abjiciendas judicavit. (s) Euſebius & Hier. omnia Clementis ſcripta improbant, unica excepta Epiſtola. Ruffinus apertè fatetur, multa adulterina in iis contineri, quæ regula Eccleſiaſtica non recipiat. An. 102.

§. 22.) Verùm cujus ſint furfuris hæ Conſtitutiones, pauca ſaltem ex ſexcentis deguſtemus. Liber I. de Laicis agit. capite 6. fideles monet, ut ſedentes percurrant Legem, Reges, Prophetas, pſallant hymnos David, diligenter legant Evangelium. Et l. 4. c. 11. parentes hortatur, ut filios ſuos ab infantia erudiant ſacris literis, & divina Scripturâ inſtituant. Ita l. 2. c. 5. Epiſcopum hortatur, ut V. & N. T. ſeu Legem & Evangelium, ſive S. Scripturam diligenter populo legat & exponat.

Libro II. de Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis tractat, ubi ita cap. 2. *Talem oportet eſſe Epiſcopum, qui ſit unius vir uxoris, quæ quidem ſemel nupſerit. Bene ſuæ domui præſideat. Sic enim probandus eſt, cùm ordinationem capiens in Epiſcopatûs loco collocatur, ſi ſit honeſtus, fidelis, moderatus: ſi uxorem honeſtam HABEAT vel habuerit: ſi filios religiosè educatos &c. Et l. 6. c. 17. Epiſcopum, & Presbyterum ac Diaconum dicimus unius uxoris debere conſtitui, ſive vivant eorum uxores, ſive deceſſerint: non licere autem iis, ſi poſt ordinationem ſine uxore fuerint, ad nuptias tranſire: vel ſi uxores habeant, cum aliis conjungi, ſed contentos eſſe eâ, quam habentes ad ordinationem venerunt: miniſtros quoque Cantores, Lectores, Oſtiarios, unius uxoris viros eſſe jubemus. Si ante nuptias ad*



r) *vid. Dallæ. in Pſeudep. l. 1. c. 4. & l. 2. c. 15. num adulterata, an penitus ſuppoſita. Fusè Uſſerius in Ignat. part. 1. c. 7. toto ſeq. imò hæreſeos ſuſpectus harum interpolat. idem c. 15.*
(s) *Carranz. p. 622. edit. 1.*

An.102. *Clerum venerunt, concedimus eis, ut uxores ducere poſſint, ſiquidem hoc expetent, ne ſi peccaverint, pœna afficiantur. Statuimus autem nemini licere ex Clero amicam, vel ancillam, vel viduam, vel repudiatam ducere, ut etiam lex vetat.* Quòd ſi vel Apoſtolorum, vel Clementis fuerint hæ regulæ, quî fit, quòd toties & toties de Clericorum cœlibatu litigatum fuerit in Conciliis? Et quare hodie tantopere diſceſſum? Ergo Cantoribus, Lectoribus, Oſtiariis inſtructi fuerant Apoſtoli?

§. 23.) Lib. 2. c. 21. de judicio injuſto ita inter alia: *Juſtus à quopiam injuſtè occiſus, apud Deum erit in requie ſempiterna, ſimiliter eveniet ei, qui ab Epiſcopo ſine cauſa fuerit excommunicatus.* Fusè c. 11. q. 3. Ergo ut abſolutio, ita & excommunicatio injuſta eſt invalida apud Deum, quicquid apud homines. Putidè de his Rouſſelius (t) *Valent hæc apud homines, licet fortaſſe ſecus ſit apud Deum.* Imò ſanè certiſſimè ſecus eſt apud juſtiſſimum Deum, Quid ergo bruta nos fulmina moveant?

Lib. 2. 24. f. *Neque* (Epiſcopus) *abutatur rebus*) de diſpenſandis ab Epiſcopo bonis Eccleſ. plurimæ leges extant: vid. de Dom. l. 9. c. 7. §. 47. At quid hodie fiat apud Latinos nemini ignotum.

Lib. 2. 25. de decimis, primitiis & oblationibus. *Quæ causâ pauperum ſponte offeruntur, diſtribuat* (Epiſcopus) *decenter in pupillos, in viduas, in afflictos & calamitoſos, & in hoſpites egentes.* &c. Prædia olim ac ſimilia diviter in tales uſus oblata, at ubi horum diſpenſatio? de abuſu de Dom. l. 9. c. 4. §. 12. & c. 6. §. 22. Ib. *quæ ex decimis & primitiis ſecundum mandatum Dei dantur, Epiſcopus, ut Dei homo, conſumat.* An talia Clericis jure Eccleſiaſtico, vel civili debeantur, Alſted. de membr. Eccl. milit. c. 10. atque alios conſule. Sanè, ut ferè cœtera, ex Moſe Caſalius c. 71. probare hoc conatur.

Lib. 2. c. 28. *Presbyteri locum tenent Apoſtolorum Chriſti.* At Monarchicis Epiſcopi ſoli ſucceſſiſſe Apoſtolis putantur. Meritò hinc Presbyteros & Epiſcopos eoſdem eſſe noſtri ſtatuunt.

Ib. *Presbyteri tanquam conſiliarij ſunt Epiſcopi & Eccleſiæ corona; ſunt enim conſilium & ſenatus Eccleſiæ.* Hinc ſanè Presbyterium. At illi quo loco & cenſu hodie ſunt?

Ib. *Ad omnipotentem Deum accedere non licet, niſi per Chriſtum.* Er. non per Sanctos.

Lib. 2. c. 30. *Veſter Aaharon eſt Diaconus, Epiſcopus verò veſter Moyſes & Deus.* At aliud primitus Diaconi munus: Act. 6. Nulli tamen ſoli Monarchiæ dignitas à Clemente ullibi tribuitur.

Lib. 2. c. 31. *Omnis laicus ſine ſacerdote aliquid attentans, fruſtrà facit:* conf. l. 8. c. ult. Imò ſanè politicus ab Eccleſiaſtico ordine & munere diſtinctus eſſe debet.

Lib. 2. c. 36. Decem mandata Dei Clemens multifariam immutat, & pro

t) l. 8. c. 1. §. 17.

pro decimo recenſet, *Ne appareas coram Sacerdote vacuus.* Adeò ſcil. benevolus illis fuit. Sic c. 34. *Epiſcopum oportet ut patrem diligere, ut regem metuere, ut dominum honorare, offerendo ei in benedictionem veſtram fructus veſtros, & opera manuum veſtrarum tribuendo, inquam ut Sacerdoti Dei primitias veſtras, & decimas veſtras, primitias frumenti, vini, olei, pomorum, lanæ, & quicquid Dominus Deus vobis ſuppeditat.* Scil. ad Judaicæ reip. formam. An. 102.

Lib. 2. c. 41. exemplo recepti pœnitentis filii Luc. c. 15. probat, quemque pœnitentem manuum impoſitione ſuſcipiendum. At nihil de formula *Abſolvo te à peccatis tuis.*

Lib. 2. 57. & l. 8. c. 29. de erigendis Eccleſiis, earundem ſtructura, de Tabernaculo collocando, de ſeſſione Epiſcopi & Presbyterorum, de ſtatione Diaconorum, de aquæ oleíque benedictionibus abſente Epiſcopo permittendis presbytero, διαταγὰς pro arbitrio dictavit, at de Eccleſiarum conſecrationibus ne verbum quidem. (u) Ibidem preces ad unum Deum diriguntur.

§. 24.) Liber III. de viduis. Cap. 1. *Oportet non temerè facere profeſſionem: ſed cum conſilio & conſideratione; præſtat enim eam non vovere, quàm vovere & non ſervare.*

Lib. 3. c. 9. *Periculoſum eſt, imò præter legem, & impium, ſi mulieres baptizent.* (x) Ita cap. 10. laico ullum opus ſacerdotale facere prohibet.

Lib. 3. c. 15. de Diaconiſſarum miniſterio. vid. Epiph. hær. 79. (y) Atqui hodie evanuerunt iſthæc.

Lib. 3. c. 16. conf. l. 7. c. 42. & 44. de Confirmatione ſeu Chriſmate. Triplex hodie apud Latinos oleum ſeu unctio, duæ baptiſmales, prior ex oleo ante tinctionem, altera ex Chriſmate in vertice baptizati poſt tinctionem; tertia extra baptiſmum in eo Sacramento, quod Confirmationem vocant, quæ æquè ex Chriſmate, non minus ac baptiſmalis poſterior, ſed quæ in fronte & unius Epiſcopi, non autem Presbyteri manu fit. Quæ diſtinctio ideo obſervanda, ne confundantur, prout fieri vulgo ſolet. Sic Tertulliani ævo unctio erat in uſu, at in baptiſmo, ab ipſo baptiſta adminiſtrata: diu quidpe Chriſma, ſeu tertia ſpecies non extitit: imò ab Apoſtolis aqua nonniſi adhibita, neque aliud à Chriſto præceptum: Objicit Caſalius c. 37. p. 165. f. ex harum Conſtit. l. 7. c. 23. *Unges prius oleo ſancto, deinde baptizabis aqua, poſtremò ſignabis unguento chriſmatis.* Reſp. At omnia hæc ad unam baptiſmatis actionem pertinebant, ab eodem tinctore perficiendam: nec niſi figurativa erant, non autem peccata delebant ex opere operato, vel ex virtute aliqua interna & inſita: unde idem fictus Clemens ibidem: *ut ſit oleum unctionis participatio ſpiritus, aqua ſymbolum mortis, unguentum Chriſmatis ſigillum pactionum.* (z) Lib.

u) *Caſal. c. 34. p. 148. ſeq.* (x) *Forbeſ. Inſtruct. l. 10. c. 13. §. 26.* (y) *Iuſtell. T. 1. p. 94. & T. 2.* 1416 *f. Zimmerm. in Tertull. §. 73.* (z) *vid. Dallæ. de cultu Lat. l. 1. c. 11. & 12. & l. 2. c. 1. i. Ravv de Conc. à p. 340.*

An. 102. Lib 4. c. 2. *Vos Epiſcopi maturis conjugio date conjuges: &: ſi Virgo pupilla veniat ad ætatem maturam viro, eam fratri in matrimonium collocetis.* En Epiſcoporum officium! ( vid. Uſſer. in Ignat. Part. 1. p. 3. )

Lib. 4. c. 12. coll. cum l. 7. c. 17. Omnes ad obedientiam, & debita præſtanda officia Magiſtratibus hortatur: conf. Rom. 13. Neque enim tollit hæc Chriſtiana religio.

§. 25. ) Liber V. de Martyribus. cap. 12. & 16. 17. 18. Judaica, ſuperſtitioſa, & ipſis adverſariis non probata de jejuniis, quadrageſima & paſchate tradit. (*a*) Hinc ipſe Bovius in c. 18. *Nihil,* inquit, *adnotandum eſt, ſed id totum delendum, ut nothum ac novum.* Item: *tantum abeſt, ut ea, quæ in hoc capite legimus, Apoſtoli ſtatuerint, ut etiam contraria horum ab ipſis præcepta videantur.* Et: *Sed quid opus eſt aliunde argumenta petere? Ipſa conſtitutio ſe prodit, & tantùm non vocem emittens clamat ſe novam eſſe.* At mi Bovi ſi à materia ſeu rei novitate ita argumentari, indeque νοθείαν probare tibi liceat, prout planè concedimus, quid ni & nobis licebit? Et tamen Caſalius pro ritibus ſuis probandis c. 62. p. 250. allegare cap. 17. & 18. non veretur.

Cap. 12. diſtinguitur quadrageſimale jejunium à paſchali, de quo alibi. (*b*)

Cap. 13. dicit Chriſtum in S. Cœna tradidiſſe ſuis antitypa pretioſi corporis & ſanguinis ſui. Ergo ſigna illa externa non fuerunt ipſum Chriſti corpus & ſanguis. (*c*)

Cap. 17. de Xerophagia, poſtremis quadrageſimæ diebus indicta, ſex ſcil. diebus majoris hebdomadæ. Conc. Laod. can. 1. Et Balſamo ad Can. Apoſt. 69. non ſolùm in XL. ſed & feria IV. & VI ξηροφαγεῖν oportere notat. Fruſtrà pro delectu ciborum Latini hæc adducunt. 1. Quia fundamentum in Sacris non habent. 2. Res erat libera, unde vehementer variabat, nec ab univerſa Eccleſia recepta. 3. Nec ipſi Latini hunc morem retinent, unde olim à vino aliqui abſtinebant. Vide Aug. & Hier. ita Tert. l. 1. c. 1. contra Pſych. *Siccantes cibum ab omni carne & jurulentia, vividioribus pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus, vel bibamus, lavacri quoque abſtinentiam congruentem arido victui.* Idem docet Montaniſtas duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, exceptis ſcil. ſabbathis & Dominicis, obſervare.

Liber VI. de ſchiſmatibus & hæreſibus. cap. 2. *Quantò ſacerdotium regno præſtat, utpote pro anima certans, tantò graviores pœnas debet* &c. Ergo poteſtas Eccleſiæ propria tota eſt meréq; ſpiritualis. Ergo res ſeculares ſacerdotes & Epiſcopi ne tractent: vid. de conſecr. d. 2. ubi Clemens negat fas eſſe Epiſcopo gerere utrumque gladium &c. Unde rectè Aug. locum 1. Cor. 6. ad omnes fideles refert, ut ipſe Rouſſelius de Juriſd. l. 4. c. 2. §. 2. notat, quic-

*a*) *vid Novit. Molinæ l. 7. c. 7. p. 627. Chemnit. Conc. Trid. 781. ſeq. Rivet. Crit. S. l. 1. c. 2. p. 110. Vſſer. in Ignat. part. 1. c. 13. 14. Ravv. 458.* (*b*) *vid. Arnd. Ant, l. jejun.* § 33. (*c*) *vid. Larrog. de S. C. part. 2, c. 3. p. 358.*

quicquid pro foro Eccleſ. ex Conſtitutionibus Clementis §. 3. deblateret. An. 102.

§. 26.) Lib. 6. c. 14. Jacobus Hieroſ. Epiſcopus, filius Zebedæi, vivus fuiſſe fingitur, quando Apoſtoli & Presbyteri, cum fratribus, atque ipſo etiàm Paulo, Concilium Hieroſ. celebrârunt.

Ib. *Nos* (omnes Apoſtoli) *quibus Univerſalis Epiſcopatus creditus eſt & commiſſus, ſcripſimus vobis hanc Catholicam doctrinam ad vos confirmandos.* (d) Ergo omnes Apoſtoli univerſales erant Epiſcopi. i. q. Cypr. de ſimpl. Prælat. *Una eſt Eccleſia per totum mundum in multa membra diviſa.* item: *Epiſcopatus unus eſt: Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus &c. Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis inſolidum pars tenetur, ut Epiſcopatum unum individuúmque probemus.* Ergo etiam Apoſtolorum ſucceſſores Univerſales erunt, qui præter propriam Eccleſiam, Univerſalis etiam Eccleſiæ ſolicitudine conſtringuntur. Imò nec Clerici tantùm, ſed quivis etiam Chriſtiani pro Univerſæ Eccleſiæ ſalute orare Dominum jubentur. Conſtit. l. 8. c. 10. Inde itaque Romæ nihil ſingulare accedit. Ac licet principatum aliquem ei concederemus, non tamen poteſtatis ſeu dominii, ſed ordinis & dignitatis ratione id fieret, ſicut Plato & Ariſtoteles Principes Philoſophorum, Zachæus teloniorum dici ſolent. (e) Romanus Epiſcopus ſuos fines non ſecus atque alii, non verò liberam in omnes totius orbis Eccleſias jurisdictionem habuit: hinc Clemens loco jam allegato ita orare jubet: *Oremus pro omni Epiſcopatu totius orbis eorum, qui rectè tractant verbum tuæ veritatis, & pro Epiſcopo noſtro Jacobo* (præmittitur Romano) *& pro parœcijs ejus; item pro Epiſcopo noſtro Clemente, & pro parœciis ejus: item pro Epiſcopo noſtro Evodio, & pro parœciis ejus.* (f)

§. 27.) Lib. 6. c. 16. de libris falsò inſcriptis. *Ne libros quos impij, noſtri nominis inſcriptione munierunt, approbetis: neque enim nomina Apoſtolorum attendere debetis, ſed naturam rerum & ſententiam nunquam à recto deflexam.* Quidni ergo nobis etiam in librorum & ſententiarum probatione idem obſervemus?

Lib. 6. c. 23. *Pro ſacrificio cruento rationale & incruentum, ac illud myſticum ſacrificium corporis & ſanguinis Domini, quod in Symbolum mortis ejus celebratur.* Ita l. 5. c. 13. ſigna S. C. *Antitypa* vocantur. Ita aliàs Patres panem ſignum, figuram, imaginem, ſimilitudinem, memoriam, typum corporis Chriſti nominant. (g)

Lib. 6. c. 24. fingit impoſtor, Romanos renunciâſſe paganiſmo, ſeu idololatriæ, fideles Romanos tributarios habuiſſe Judæos, Imperatores Rom. Chriſtianos factos haut obſcurè docet.

Reliquiarum cultum auctoris tempore nullum fuiſſe, nec ſacrificium

d pro

(d) *vid. Mornæ. myſt. p. 20. Uſſer. in Ignat. part. 1. c. 16. p. 112. Vulſo l. 2. c. 1. §. 5. de Dom. l. 4. c. 9. §. 13.* (e) *vid. Blondel de pr. p. 4. ſeq. & 9. & 11.* (f) *vid. Cham. T. 2. l. 13. c. 20. §. 27. Libert. Eccl. Gall. T. 1. 317.* (g) *vid. Lampad. de Conc. part. 2. p. 159. Larroq. de S. C. part. 1. c. 8. p. 186.*

An. 102. pro mortuis ex l. 6. c. 30. & l. 8. c. 18. 19. & 47. adparet. Quanquam Caſalius c. 66. p. 269. ex c. 29. hæc adducit: *Pro fratribus noſtris, qui in Domino obierunt, & acceptabilem Euchariſtiam* (antitypon malè omittit Caſalius) *offerte in Eccleſiis & cœmeteriis veſtris, atque in exitu mortuorum pſallentes eos deducite.* At ubi templa tum temporis? quis cum cantu publicè deduci potuiſſe mortuos credat? Legebant in ejuſmodi funeribus S. libros, canebant pſalmos, Euchariſtiam etiam ſumebant in gratam recordationem defunctorum, non ut eos è purgatorio liberarent: unde pro martyribus hoc etiam fecerunt, quos Latini à purgatorio igni exemptos ſtatuunt.

§. 28.) Liber VII. de vita Chriſtiana & gratiarum actione, atque de Catecheſi ante baptiſmum. Cap. 3. *Ananias & Sapphira ſententiâ Petri Coapoſtoli noſtri interfecti ſunt.* Coapoſtolus, non caput dicitur Petrus. Inanis itaque eſt Bellarminus, quando ex c. 37. & 46. primatum Petro addicere vult.

Lib. 7. c. 25. *Oratio Dominica ter ſingulis diebus recitanda.* Ecquidni verò pluries? Fortè quia illam aliqui negligebant. Ita Tolet. IV. Conc. can. 9. eos redarguit, qui non quotidiè, ſed Dominica ſolùm die illam proferebant. Primas meritò jam olim inter orationes Chriſtianas tenuit Oratio Dominica & Symbolum Apoſtolicum: de quo Zimmerm. in Tertull. à §. 224. Nihil hîc Pſeudo Clemens de ſalutatione Angelica, quàm certè omittere non debuiſſet, ſi illa in uſu fuiſſet. Addit etiam orationis D. concluſionem, quam Latini hodie negligunt. Clariùs de horis precum l. 8. cap. 34. *Precationes facite mane, tertia hora, & nona, & veſpere, atque ad galli cantum.* (*h*) Caſalius c. 34. p. 148. vult Petrum Miſſale inſtituiſſe, ídque Clementi commendâſſe ex præſenti loco, & ex l. 8. c. 15. teſtémque Baronium in hunc an. & Spond. §. 9. allegat. At procul ab hoc abſunt hodie Romani. Sanè Greg. l. 7. ep. 44. *Orationem Dominicam idcirco mox poſt precem dicimus, quia mos Apoſtolorum fuit, ut ad ipſam ſolummodo orationem, oblationis hoſtiam conſecrarent.* (*i*) *Myſteria* vocantur ea ſigna, quæ participârunt fideles, loco all. l. 8. c. 15. conf. l. 7. c. 26. ubi: *Hæc nobis conſtituit, ut mortem ejus annunciaremus.* (*k*)

*vid.* §. 31.

Lib. 7. c. 26. Nonniſi baptizati communicabant; quòd ſi quis ex Catechumenis ignoranter ſuſcepiſſet Euchariſtiam, ſtatim inſtituebatur & baptizabatur.

Lib. 7. c. 33. de Antichriſto, qui dicitur deceptor orbis, inimicus veritatis, mendaciique defenſor.

Lib. 7. c. 41. de baptiſmi ritibus, qui ab Apoſtolico baptiſmo differunt: Dallæ. de cultu Lat. l. 1. c. 16.

Lib. 7. c. 48. *Gloria in excelſis:* &c. Hymnum Angelicum qui in miſſa apud

*h*) *vid. Arnd. apt. l. oratio:* §. 2. (*i*) *vid. Hornb. Summ. contr. p.* 797. (*k*) *Larroq. part.* 2. *c.* 7.

apud Lat. decantatur, ab Apoſtolis uſurpatum hinc volunt: alii verò Teleſphoro tribuunt. Reſp. Clemens hoc loco non reſpicit miſſam, ſed orationem matutinam: ſicuti c. 49. agit de veſpertina. Teleſphori autem Epiſtola, ut & Damaſus apocrypha ſunt. (*l*) An. 102

Lib. 7. c. 47. *de Epiſcopis, qui à nobis, dum viximus, ordinati ſunt, certiores vos facimus, hos eſſe, Jacobum Epiſcopum Hieroſ.* &c. Jacobum non fuiſſe Epiſcopum propriè dictum, alibi demonſtratum. Quidquid autem fuerit, à ſolo Petro non dicitur ordinatus.

Ib. *Evodius Epiſc. Antiochiæ à me Petro ordinatus, cui ſucceſſit Ignatius à Paulo ordinatus.* Ita quidem Turrianus reddit. At Evodius & Ignatius non ſucceſſivè, ſed ſimul uno eodémque tempore Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopatum adeptos fuiſſe, ne quidem ipſe Baronius inficiari poteſt. (*m*) Ergo plures eodem tempore uno in loco Epiſcopi. Ergo quàm Petrus, tam Paulus, & quidem in Patriarchali Sede, ordinavit. Porrò ait: *Anianum Alexandriæ Epiſcopum primum Marcus Evangeliſta ordinavit; huic ſucceſſit Abilius, à Luca Evangeliſta ordinatus; Linus Claudiæ filius Eccleſiæ Rom. Epiſcopus primus à Paulo ordinatus, poſt mortem verò Lini Clemens, quem ego Petrus ſecundum ordinavi: Timotheus Epheſi Epiſcopus à Paulo ordinatus, cui ſucceſſit Johannes à me ordinatus* &c. (*n*) Multa ſanè hoc capite contra hiſtoriarum veritatem. Ad Linum doctiſſ. Arnoldus Abbas (*o*) notat: *Si caput Eccleſiæ non fuiſſet Paulus, aliud caput eligere non potuiſſet. Etſi Clementis electio à Petro facta ſupremæ poteſtatis Petri indicium fuit, quidni & Pauli foret! Quinimo majorem Petro facere Paulum Clemens videri poſſet; ut qui Paulo primam Epiſcopi electionem tribuit; niſi Patres teſtarentur, Papæq; agnoſcerent, Romanos Epiſcopos utriuſque Pauli & Petri filios eſſe, & ipſe Clemens utrique poteſtatem hanc tribueret. Licet hic Evodius à Petro ordinatus dicatur, idem apud Ignatium Ep. ad Antiochenos, per Apoſtolos creatus & datus perhibetur.* Petrus apud Clementem non ſe, ſed Linum, primum Romanæ (non Univerſalis) Eccleſiæ Epiſcopum vocat. Imò utrique Apoſtolo jus vocandi Irenæus l. 3. c. 3. tribuit: *Fundantes & inſtruentes B. Apoſtoli Eccleſiam* (Rom.) *Lino Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt.* (*p*) Sic non minus uterque primum Alex. Epiſcopum creâſſe, eámque Eccleſiam Patriarchalem fundâſſe Nicol. I. Epiſt. 8. ad Michaelem Imp. teſtatur. At in tribus hiſce Sedibus, ex adverſariorum confeſſione omnis primatus conſiſtit. Sic in his Conſtitt. l. 8. c. 33. *Ego Paulus, & ego Petrus conſtituimus:* quod Turrianus pro inſigni prudentia ſua & auctoritate, belle reddit: *Ego Petrus & ego Paulus conſtituimus.* Nec meliùs in notis ſuum excuſat factum, dum ait: Clementem Petrum ſecundo loco poſuiſſe œconomicè, ad docendam modeſtiam. Ita ergo Clemens modeſtiæ Petri, non item Pauli conſuluit, nec Capiti ſuo honorem



*l*) *Dallæ. de cultu Lat. l. 9. c. 7.* (*m*) *an. 45. §. 14.* (*n*) *vid. Uſſer. l. c. p. 10.* (*o*) *de æqualit. Petri & Pauli l. 2. c. 1.* (*p*) *vid. Io. Nicolai de Antichr. à p. 222.*

An.102. norem decentem tribuit. Ita Turrianus & Petro & Clemente longè prudentior.

*§. 29.)* Liber IIX. de chriſmatibus, ordinationibus, & canonibus Eccleſiaſticis. cap. 2. *Epiſcopus imperitiâ, aut nequitia cumulatus, non eſt Epiſcopus, ſed falſo nomine gaudet, ut qui non à Deo, ſed ab hominibus conſtitutus.* Et poſt pauca: *Perſpicuum eſt igitur, falſo nomine præditos Epiſcopos atque presbyteros, divinam ultionem non declinaturos.* Iterum: *Illudque præterea addimus, Deum talibus hominibus gratiam auferre.)* Neque ergo Rom. Epiſcopus, ſi malus fuerit Epiſcopus. Quot itaque, bone Deus! expungendi? quot inutiles? quot Simoniaci, impii, ignari, deſides, rapaces?

Lib. 8. c. 5. ſeqq. de iis qui ad communionem Euchar. non admittebantur. Sicc. 6. *Exite Catechumeni in pace.* (*q*) His ergo dimiſſis fores Eccleſiæ claudebantur, ut excluſi ne ingredi, nec videre quidem poſſent ſacra myſteria: cuſtodiebantur inſuper fores à Miniſtris, ne quis fidelium abſcederet, & ſic ſtatim Miſſa fidelium inchoabatur. Sancita hæc expulſio, Bonæ judicio (*r*) in Concilio Laodic. can. 19. videtur. Atqui hæc egregiè contra communionem privatam faciunt: Confer c. 11. & 13. hujus octavi Conſtitt. libri: item Concil. Antioch. c. 2. can. Apoſt. c. 2. inpr. Larroq. de S. C. part. 1. c. 11. p. 231. ſeqq. Dallæ. de cultu Lat. l. 4. c. 10. p. 503.

Lib. 8. c. 4. *Hæc à præſule ordinante Epiſcopum exiguntur: ut conventus fiat cum presbyterio, præſentibus Epiſcopis &c. Presbyterium & populum percontetur, an ipſe ſit, quem rectorem poſtulant, & annuentibus illis percontari pergat, an ab omnibus teſtimonium reddatur, ipſum dignum eſſe &c. Omnibus etiam ex vero, non ex præjudicata opinione teſtificantibus, talem eum eſſe &c. tertio rurſus rogent, an verè miniſterio dignus ſit &c. & cum tertiò annuerint, dignum eſſe, petatur ab omnibus decretum conſenſûs.* Sic cap. 16. Par univerſi cleri judicium in presbyterorum ordinatione eſſe voluit. Iterum c. 4. Non ſolus Petrus, ſed & reliqui Apoſtoli, imò presbyteri quoque & Diaconi conſtitutiones de omni Eccleſiaſtica forma inducunt. Ita hæc reddit Marca: (*s*) *præcipit auctor: ut is, qui electus fuerit à populo, Epiſcopis præſentetur; & ut is, qui primus eſt inter eos, diligenter inquirat de omnibus iis, quæ neceſſaria ſunt, ut ei manus imponatur.* Confer omnino Juſtell. T. 2. p. 1417. ſeq. Roſſel. l. 2. c. 1. §. 5. Blondell. de Epiſc. p. 328. & 391. f. de Dom. l. 3. c. 3. §. 3. Dallæ. de ador. l. 5. c. 13.

*§. 30.)* Ut Pſeudoclemens ad unum ſolum Deum preces fundi jubet: cap. 9. ſeqq. ita ſolum Chriſtum Mediatorem agnoſcit, & per eundem exaudiri vult: c. 9. & c. 12. f. 13. i. ſeque illi commendat: c. 14. c. 15. f. &c. (*t*) Nullibi invocantur Angeli, vel homines defuncti: ſic c. 13. *Memoremus martyres ſanctos, ut mereamur certaminis eorum participes fieri: precemur quoque pro iis,*

*q) Dallæ. de cult. Lat. l. 4. c. 1. p. 451. & c. 3. p. 467. (r) l. 1. c. 17. §. 6. (s) l. 6. c. 2. §. 5. (t) Dallæ. de ador. l. 3. c. 12. à p. 406. & de cult. Lat. l. 9. c. 13. p. 1239.*

*iis, qui in fide requieverunt.* Heîc c. 6. dicit Diaconus Catechumenis: *Commendate vos ſoli ingenito Deo per Chriſtum ejus, inclinate & accipite benedictionem.* An.102.

Lib. 8. c. 10. *Oremus pro iis, qui ſacrificia & primitias offerunt:* item: *qui in Eccleſia oblationes faciunt, & pauperibus largiuntur eleemoſynas.)* Inde olim S. menſa præparata, item Agapæ; Miniſtri etiam & pauperes alebantur. Unde liquet, panem uſitatum in S. C. adhibitum. (*u*) Gr. θυσίας προσάγειν, προσφέρειν. Hinc tales unà cum Δώροις in publicis precibus Deo commendabantur. Meminit Hier. in Ez. l. 6. inter offerendum Diaconum publicè adſtantem in templo proclamâſſe offerentium nomina & adjeciſſe: *Tantum offert ille. Tantum ille pollicitus eſt.* Neque tamen omnium promiſcuè receptæ ſunt oblationes, ſed ſceleſtorum, & pœnitentium, & universè τῶν ἀδέκτων καὶ ἀκοινωνήτων rejectæ. (*x*)

Lib. 8. c. 11. *Alii Diaconi deambulant* (in templis) *& contemplantur viros & mulieres, ne quis fiat ſtrepitus, ne quis nutus faciat, aut muſſitet, aut dormiat.* (*y*)

Lib. 8. c. 12. Chriſtum in Cœna aquâ vinum miſcuiſſe fingit. Addit tamen verba Chriſti: *Facite hoc in mei commemorationem.* (*z*) Ex eodem capite, ex reſponſis ſcil. communicantium adparet, olim in conſecratione lingua nota uſos fuiſſe.

Inde à c. 12. multa ἀσύστατα habet circa communionem, quæ Bellarminus atque alii infeliciter in errorum ſuorum defenſionem urgere ſolent. Simul tamen varia pro nobis faciunt. Vide Larroq. part. 3. c. 1. p. 793. Dallæ. de cultu Lat. l. 3. c. 13. i. Ravv. 372. & 360.

Lib. 8. c. 13. *Sumat Epiſcopus* (S. Euchariſtiam) *deinde Presbyteri, & Diaconi, & hypodiaconi, et Lectores & Cantores, & aſcetici, & ex fœminis Diaconiſſæ, ac virgines & viduæ: poſtea pueri, & deinde cunctus populus ordine.* At pueris dare Euchariſtiam Apoſtolicum non erat. (*a*)

Ib. *Diaconus diſtribuit calicem, Epiſcopus verò panem.* Quid ergo presbyter facit? Soli ſacerdotes hodie apud Latinos Euchariſtiam diſpenſant. Hîc Diaconis adempta panis, calicis ſola relicta diſtributio. (*b*)

Utut Pſeudoclemens omnia diligenter circa communionem uſitata exſequatur, nihil tamen de geniculatione, nihil de adoratione &c. (*c*)

Ib. Diaconi inferant Reliquias (communionis S.) in tabernaculum ſ. paſtophorium. Quid paſtophorium vid. cent. 1. Item Hier. in c. 22. Eſaj. Hoſpin. de feſtis Chr. p. 103. b. Veteribus eſt cubiculum, thalamus, exhedra: in Eccleſ. locus ubi ſacerdotes ſe præparabant ad obeundum miniſterium. Ergo non denotatur pyxis illa ſ. ciborium, cui hoſtiam includunt Latini, & in altari collocant, atque circumgeſtant. (*d*) Neque panis reſervatio Vid. §. 16.



(*u*) *Larroq. l. c. part. 1. c. 4. p. 53. f.* (*x*) *vid. Arnd. Ant. l. Cæna D. à §. 18.* (*y*) *Caſalius c. 33. i.* (*z*) *Larroq. part. 1. c. 7. p. 137. & part. 2. c. 1. p. 325.* (*a*) *vid. Dall. l. al. l. 5. c. 3. p. 577.* (*b*) *Dallæ. de cultu Lat. l. 5. c. 2. p. 569.* (*c*) *Dallæ. l. c. l. 6. c. 1.* (*d*) *Dallæ. l. al. l. 6. c. 6. & c. 9. p. 770.*

An.102. vatio hinc concluditur, quia Reliquiæ ſeu reſidua ex S. Cœna, erant in paſtophorium inferenda, ſed poſtea diſtribuenda vel Clero; hîc c. 32. vel Catechumenis, vel ſcholaſticis: vel erant comburenda, prout nim. mos obtinuit. (*e*)

§. 31.) Lib. 8. cap. 16.ſeq. c. 27. ſeq. Apoſtoli per preces & manuum impoſitionem ordinârunt, abſque raſura & unctione: neque etiam ordinis fuit Sacramentum propriè dictum: (*f*)

Lib. 8. 33. Tam Sabbatho, quàm die Dominico feriandum famulis. Ibidem feſta Apoſtolorum celebrari jubent Apoſtoli, quum adhuc in vivis eſſent. Neque tamen multitudini hodiernorum feſtorum illud caput reſpondet. Ubi ergo diverſa illa feſta, utpote B. Virgini hodie ſacra? Fruſtrà tamen hoc & ſequens caput adverſarii pro Sanctorum cultu allegant, quia certiora longè requirimus & poſtulamus. (*g*)

*Vid.* §. 24. Lib. 8. c. 34. Canonicas horas inde probare volunt: At ibi certæ quidem horæ precibus aſſignantur, non autem præcisè ſeptem, nec eo fine & ordine, qui in Papiſtarum horis eſt conſpicuus. (*h*)

Lib. 8. 26. Negat PſeudoCl. exorciſtam ordinari: nam *hoc munus*, inquit, *ſpontaneæ Dei erga homines benevolentiæ & gratiæ eſt, qui illud nimirum gratis dat, cui vult.* (*i*) An verò reliquos Ordines, quos ſtatuunt, ut & dona ſua gratis non dat? Quare ergo Exorciſtas ordinarios habent hodie?

Lib. 8. 35. *Ego Jacobus* &c. *Epiſcopus Hieroſ. ab ipſo Chriſto & ab Apoſtolis ordinatus.*) Malè ergo Bellarminus negat illum à Chriſto, ſed à Petro factum Epiſcopum: conf. l. 7. 47.

Lib. 8. c. 40. *Omnium animæ apud te vivunt, & ſpiritus juſtorum in manu tua ſunt, quos non attinget tormentum: omnes enim ſanctificati ſub manu tua ſunt.* Contra Platonicas, Virgilianas, & Gregorianas fabulas, quæ purgatorium ſpectant.

Lib. 8. 42. *Exequiæ mortuorum fiant tertio die, adhibitis pſalmis, precibus & lectionibus, propter eum, qui tertio die à mortuis ſuſcitatus eſt: die nono ad recordationem eorum, qui ſunt ſuperſtites, & eorum, qui defuncti ſunt: quadrageſimo fiant ſecundùm veterem typum, Moyſen enim ſic populus flevit. item anno exacto, ad habendam memoriam ipſius defuncti, & ſuppeditetur ex bonis ejus pauperibus ad recordationem ejuſdem.* Nihil hîc de interceſſione pro liberatione ex purgatorio. At c. 44. invitati ad epulum funebre ſobrii eſſe jubentur, ut preces pro defunctis adhibere Deo poſſint. Verùm ne hinc quidem purgatorius ignis concluditur, ſed locus refrigerii, in quo commorari animæ credebantur, & gratiarum actio.

Cœterò

*e*) *vid. Arnd. ant. l. Cœna D. à* §. 52. (*f*) *vid. Blondell. de Epiſc. à p.* 157. *item à p.* 160. *coll. cum p.* 162. *ſeq. &* 292. *Ravv.* 412. (*g*) *vid. Dallæ. in Pſeudep. l.* 1. *c.* 1. *p.* 12. *Ravv.* 320. *Confer Caſalium c.* 60 *Hoſpin. de feſtis Chr. c.* 3 *p.* 9 *b.* (*h*) *Ravv.* 454. *de tertia matutina Larroq. de l'Euch. part.* 1. *c.* 10. *p.* 212. (*i*) *Bona l.* 1. *c.* 25. §. 17.

Cœterò de his Conſtitt. ita Lipſtorp. (*k*) *Clemens ſcire debuiſſet, & planè etiam proponere in his Conſtitt. privilegia Sedis ſuæ, cùm diverſis in locis Epiſcopi officia accuratè perſequatur. At ne verbum quidem de primatu Papali habet. quin Epiſt. ad Jacobum Hieroſ. Epiſcopum vocat Epiſcopum Epiſcoporum.* An. 102.

§. 32.) Clementis *Recognitiones* Gr. ἀναγνώσεις, ſeu ſingulariter ἀνάγνωσις, ἀναγνωρισμὸς, aliis eædem quæ Itinerarium Petri, aliis quæ Conſtitutiones: vid. Dallæ. in Pſeudepig. l. 1. à p. 15. & c. 19. p. 226. & de uſu Patrum p. 47. & 55. item de cultu Lat. l. 1. c. 10. p. 45. ſeq. ubi i. q. Itinerarium, vel Circuitum Petri, ſeu libros περιόδων eſſe probat, docétque indignum eſſe, eorum librorum teſtimoniis uti, *quia incertæ fidei*, fictique nominis authoris, prout Bellar. l. de Baptiſmo c. 25. §. undecima. fatetur, & tamen ibidem ejus teſtimonio pro unctione baptiſmali utitur, eo argumento, quòd liber ſit antiquiſſimus. Quid ſi verò ab antiquiſſ. hæretico fuerit conſcriptus? Eaſdem malè defendit Sichardus contra Gelaſ. diſt. 15. S. Romana. Negant harum auctoritatem Rivet. Crit. S. l. 1. c. 7. Cocus præf. p. 39. & in tract. p. 36-39. Blondel. in Pſeudoiſ. proleg. p. 59. & in tract. p. 92. item de Prim. p. 1145. ſeq. Spondanus an. 34. §. 78. an. 44. §. 24. & an. 51. §. 13. & ad hunc an. §. 8. Baron. ad an. 44. §. 2. eſſe quidem à Clemente ſcriptas volunt, ſed ejus jam tempore ab Ebionæis & Eunomianis depravatas, unde à Gr. & Lat. proſcripti ſint hi libri. Idem Cardinalis ad an. 51. §. 53. tanquam *cœnoſum gurgitem portentoſis mendaciis & inſanis deliriis refertum* improbat & procul rejiciendum non dubitat. Quicquid de iiſdem libris confeſſus Bellarminus, tamen vel Clementis Romani, vel alterius æquè docti & antiqui eſſe dicit, ſaltem ut ejus authoritate l. 5. de lib. arb. c. 25. uti poſſit. Sixtus Sen. Bibl. l. 2. in voce Clemens. & ex eo Ant. Poſſevin. in eod. titulo illos repudiant, ut & Driedo, Pererius in Geneſ. l. 2. q. 1. Sic Rouſſel. de Jur. Pont. l. 8. c. 2. §. 8. Clementis Recognitionibus Eunomii dogma ab hæreticis inſertum ſtatuit. Verùm quibus armis ſe defendent tandem iſti hac ratione? quomodo verum à falſo dignoſcent? quid ſi admittant & ſuſcipiant nigrum pro albo? *Recognitiones Clementis.*

§. 33.) Cujuſcunque ſint furfuris iſtæ Recognitiones, nonnulla tamen pro nobis faciunt. Sic Rufinus in præf. in illos libros: *Cujus rei hanc rationem accepimus eſſe, quòd Linus & Cletus fuerint quidem Epiſcopi in urbe Roma, ſuperſtite videl. Petro ut illi Epiſcopatûs curam gererent, ipſe verò Petrus Apoſtolatûs impleret officium: ſicut invenitur apud Cæſaream feciſſe, ubi cùm ipſe eſſet præſens, Zachæum tamen à ſe ordinatum habebat Epiſcopum.*

Plebem etiam judicare in cauſis religionis l. 1. & 2. docet, ubi: Ex pacto coram populo diſputârunt Petrus & Simon Magus, & dicunt, *Populus in unum congregatus ſit judex de diſputatione noſtra.*

Contra prætextum antiquæ religionis l. 4. dicunt Gentiles, *impium eſt, ſi non*

k) *in Monar. Pap. c. 2. §. 13.*

An. 102 *non colamus ea, quæ nobis tradita à Patribus noſtris, & religionem prævaricamur à majoribus datam. Hac ratione, ſi cujus pater latro fuit, aut leno, à patribus ſibi datam conſuetudinem mutare non debet.*

Contra imagines l. 5. ad reſponſionem Paganorum, dicentium, ſe ad honorem viſibilis Dei, imagines viſibiles adorare, regerit: *Si verè velitis imaginem Dei colere, homini benefacientes veram Dei imaginem in eo coleretis &c. Quis ergo,* inquit, *iſte honor Dei eſt, per lapideas & ligneas formas diſcurrere, & inanimes atque exanimes figuras, tanquam Numina venerari, & hominem, in quo verè imago Dei eſt ſpernere.*

*Canones Apoſt.* §. 34.) Apoſtolorum Canones nunc ſeſe offerunt, falſo prætextu ita dicti, quia, ſi revera tales eſſent, non minus quàm horum Epiſtolæ eſſent recipiendi. Ac licet hic titulus iis etiam conveniat, quæ etiamſi non ab ipſis Apoſtolis ſcripta ſint, ab iiſdem tamen quacunque alia ratione tradita & præcepta ſunt: tamen Apoſtolos authores neutro modo habere poſſunt, prout ex tota ſerie manifeſtum clarúmque fiet. Omnes quidem ex adverſariis pariter concedunt, non fuiſſe ab Apoſtolis conſcriptos, at ubi nominatim definiendus ſcriptor, in diverſa abeunt. Eos in Hieroſ. Concilio decretos, poſtea à Clemente in literas relatas Turrianus decernit. Binius vult 50. Canones ab Apoſtolis definitos, 35. vel ex eodem Concilio, vel aliunde ad nos dimanâſſe, rejectis duobus canonibus. Albaſpinæus nonniſi à viris Apoſtolicis ſancitos publicatóſque eſſe. (*l*) Rectè hoc loco Dalleus monet (*m*) quòd eodem argumento, quo Conſtitutiones Apoſtolorum Canones hi negari queant, hac inter alias, ratione fultus, quia Canones Conſtitutionibus continuò ſubjungi ſoleant. Sunt tamen ex adverſariis, qui licet nullam Conſtitutionum rationem habeant, maximi verò Canones Apoſtolorum faciant, unde in ultima Conciliorum Pariſ editione anni 1636. illis omiſſis, hi adſcribuntur: ubi contrà editio Veneta utranque partem exhibet. At ipſe Gelaſius utrunque ſeparatim proſcribit. Illos appendicis loco Conſtitutionibus ſuis Clementem addidiſſe, titulo περὶ συντάξεως, de compoſitione rerum Eccleſiaſticarum, Spondanus (*n*) ex Photio tradit. Hinc eoſdem à Clemente editos aliqui exiſtimant, cum tamen plures Codices Clementis titulum non habeant. De his Staravolſcius (*o*) *Canones hos authoritate Apoſtolorum conditos S. Clemens Gr. conſcripſit: Dionyſius autem Abbas Romanus, cognomento Exiguus, tempore Juſtin. Imp. Latinè tranſtulit.* Eccleſiaſtici Canones aliis vocantur ſine dubio propter incertos auctores. Adrianus P. in Concilium II. Nicenum ſcribens Canones Apoſtolorum divinos nominat. Iidem Canones in Concilio Oecum. quod octavum Latini vocant, approbantur canone primo. Mirè tamen horum Canonum editiones variant, inpr. qui Conſtitutionibus Apoſtolorum adjunguntur. Eoſdem Canones, ut & ipſas Conſtitutiones

*l) Dalla., in Pſeudep. l. 3. c. 1. à p. 418. Vulſo l. 3. c. 9. §. 29. (m) l. c. (n) §. 5. (o) p. 2.*

tiones Perronius (*p*) apocrypha vocat. Canones, inquit, in majori veneratione Græci habuerunt: horúmque incertitudinem ex numerorum incertitudine demonſtrat. An. 102.

§. 35.) An in Concilio ficto, in quo Symbolum compoſitum dicunt, (*q*) hi canones collecti: num in Synodo Hieroſ. de quo Act. 15. ſive in Antiocheno (*r*) variè dubitant Papiſtæ, uti non minus de canonum numero. Baronius §. 19. Synodi Antiochenæ ab Apoſtolis habitæ meminit, cujus canones his Clementis inſerti, uno excepto de imaginibus, utpote pro quibus digladiatur. At ſine fundamento & veritate hæc ita dici, ſuo jam loco comprobatum. Canones Apoſtolorum præmittunt Conciliorum Codicibus, ut ſic auctoritatem illis concilient. Ridiculè ſanè Spondanus (*s*) hos Canones à Gelaſio (*t*) in Concilio Rom. à LXX. Epiſcopis anno 494. habito, inter apocrypha numeratos dicit propter inſcriptionem, quia non Apoſtolorum, ſed Clementis canones ſint, quaſi de nomine lis, non de re. Neque quoſdam ſed ſimpliciter omnes Gelaſius rejicit, ita ut in judiciis non obtineant authoritatem. (*u*) Hinc Iſidorus Hiſpal. pro quo malè Spondanus (*x*) Mercatorem ſubſtituit, apud Grat d. 16. *Canones Apoſtolorum nec Sedes Apoſtolica recipit, nec S. Patres illis aſſenſum præbent, quòd ab hæreticis compoſiti dinoſcuntur; quamvis in eis utilia inveniantur, tamen ab auctoritate canonica atq; Apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota atq; inter apocrypha deputata.* Eoſdem Canones Martinum Bracharenſem (obiit 580.) in collectione omiſiſſe docet Juſtellus (*y*) ita & Ferrandum (vid. a. 527.) Contra ipſorum tamen Paparum atq; Conciliorum ſententiam pleriq; Papiſtæ vel in ſolidum, vel ex parte horum canonum auctoritatem mordicus defendunt, dum alii 85. alii 84. alii 60. alii 50. admittunt. Tom. primo Conc. impr. Colon. 1530. habentur canones 50. quorum ultimus, de trina in baptiſmo merſione agit. Atq; tot canones Patrum omnium conſenſu, velut authenticos recipi Staravolſcius (*z*) ait, & addit, reliquos à Gelaſio inter apocryphpa recenſeri. At Gelaſius generaliter de omnibus, non autem de quibuſdam canonibus loquitur. Eâdem ſententia Staravolſcium præceſſit Leo IX. d. 16. c. Clementis. Totidem juxta veterem editionem extant argumenta in impreſſ. Veneta anni 1585. p. 13. quibus tamen mox pagg. ſeqq. canones 84. Græco-Latinos ſubjicit: iterum canones Latinos 75. à p. 149. octo Clementis Conſtitutionum libris, ſed ordine & ſermone à prioribus diverſos, quaſi Clementis ſtudio collectos. In editione Surii anni 1567. & Binii 1606. habentur canones 84. qui olim diviſi erant in 85. ut patet ex Concilio Conſtantinop. VI. in Trullo can. 2. Bellarminus unà cum Bar. nonniſi 50. Canones legitimos, reliquos ſive 34. ſive 35. ſpurios vult. (*a*) Hos Poſſevinus ſequitur, dum ita in Clemente: *quod Gelaſius, Leo IX. & Iſidorus*

e

(*p*) *in poſth. p. 39.* (*q*) *an. 44* §. 4. (*r*) *anni 43.* (*s*) §. 5. (*t*) *diſt. 15. Sancta R.* (*u*) *Marca l. 3. c. 2. §. 7. Dalla. l. cit. l. 3. c. 3. 4. ubi etiam de Iſidori Hiſpal. teſtimonio.* (*x*) §. 6. (*y*) *T. 1. p. 23.* (*z*) *p. 2.* (*a*) *Dalla. l. 3. c. 1.*

An. 102. *dorus hos canones reÿciunt, intelligendum erit de libro, in quo ſunt 85. Canones, idque propter admixtionem canonum adulterinorum, quales ſunt, can. 65. de jejunio ſabbathi, & 67. baptizatis ab hæreticis, & aliis fortaſſe nonnullis.* Editio Concil. Regia Pariſ. præf. T. 1. ex Dionyſii Exigui præf. plurimos canonibus conſenſum non præbuiſſe facilem profitetur. Nihil reſpondet collector illorum Conciliorum cùm ait (*b*) alibi plures canones conjunctos, alibi verò diſtractos fuiſſe, adeoque hinc variare Codices.

§. 36.) De eodem negocio Rouſſelius (*c*) *Non omnes Apoſtolorum Canones Canonici, ſed 52. tantùm, ut diſcuſſit Baronius. Marca* (*d*) ait: *poſt aliquot Gelaſii P. annos Dionyſius Exiguus* (circa an. 527.) *Latinam interpretationem Græcorum canonum aggreſſus, 50. Canones Apoſtolicos Romanis communicavit, cæteris omiſſis &c.* At non ſtudiò omiſit, ut putat Marca, ſed quòd ultra 50. non extabant. (*e*) Argumenta Canonum juxta Dionyſium vide apud Juſtell. T. 1. p. 102. ipſos canones p. 112. Juxta alios Collectores ib. T. 2. p. 495. 673. & 710. Sexaginta canones recipiendos Zepherinus d. 16. ſcribit. 85. canones Clementis operâ edidiſſe Apoſtolos Jo. Antiochenus (*f*) aſſerit: idem facit Photius præfat. in Nomo can. (*g*) adi Jo. Quintinum de Concil. præf. p. 13. Quanti hos canones Græci præ Latinis fecerint docet Dallæ. l. 3. c. 2. à p: 430. Viſe Zonaram, Balſamonem: p. 233--271. Perronius: (*h*) *Eccleſia Rom. nunquam recepit Canones Apoſt. Græci, à quibus Græcorum Canonum compilationem habemus, quos inter Balſamon, Alexius & alii, minimè conſentiunt.* Horum numerum recentiores Carranza, Starav. Turrianus, Lambertus Gruterus, alii ſequuntur. (*i*) Quur verò nonniſi 50. aut etiam plures, canonici, reliqui verò ſpurii vocentur, haut facilè adverſarii dixerint, niſi quod contra rem ſuam facere videant, ut rectè noſtri notant; adde quòd ipſis adverſariis confitentibus, ex omnibus illis canonibus vix quatuor, aut tres hodie obſervantur in papatu. Unde liquet, jamdudum illos pro canonicis non habitos fuiſſe. Ita in margine T. 1. Concil. editionis Venetæ, de horum Canonum auctoritate valde perplexam rationem eſſe Collector agnoſcit Gratiano allegato. Accedit, quòd teſtimonio auctorum probatorum hujuſmodi canones deſtituuntur, quia neque à Juſtino, aut Irenæo, aut Clemente, aut Origine, aut Euſebio, aut Hier. aut Ambr. aut Athanaſio, aut Auguſtino, aut etiam Gelaſio, inter authentica Apoſtolorum ſcripta referri videas. (*k*) Ita ut meritò his ſe noſtri opponant, utpote Cocus à p. 4. cumpr. laudatus ille Dallæus in Pſeudepigr l. 3. alii plerique. Confer Uſſer. in Epiſt. Ignat. part. 1. cap. 6. à pag. 34. Rivet. Crit. S. l. 1. c. 1. p. 99. Caſaub. exerc. 16. Magdeb. cent. 1. l. 2. c. 7. Vulſo l. 3. c. c. 9. §. 37. Ravv. p. 7. inpr. Arnd. Ant. l. canones Apoſt. p. 95--105.

§. 37.)

*b*) *p. 38.* (*c*) *hiſt. Iuriſd. P. l. 1. c. 4. §. 6.* (*d*) *l. 3. c. 2 §. 7.* (*e*) *Dallæ. l. 1. l. 3. c. 2. p. 428. conf. Bevereg. in Pandect. T. 2. f. p. 1. ſeq.* (*f*) *Iuſtel. T. 2. p. 501.* (*g*) *ib. 93.* (*h*) *in poſth. p. 39.* (*i*) *Dallæ. l. 3. c. 1. p. 417.* (*k*) *Dallæ. l. 3. à c. 5. & c. 20.*

§. 37. Quo tempore merx hæc exponi cœpta diſquirunt docti. Centonem potiùs exhibent rerum & rituum, ab authoritate Apoſtolica remotorum. Primus illorum mentionem facit Epiphanius hær. 30. mortuus creditur an. 402. Plerique canones in Conciliis longè pòſt habitis, tum conditi dicuntur, tum conſtituti à Patribus allegantur. (*l*) Et ſi tam antiqui & legitimi eſſent, de multis ſanè in Conciliis demum & aliàs diſceptandum non fuiſſet, ſicut Victoris, Polycratis & Irenæi temporibus de Paſchatis obſervatione factum novimus. Quin multa in iis dicuntur, quæ Apoſtolicæ doctrinæ, & rebus ac hiſtoriis illius ſeculi refragantur. Blondello (*m*) circa an. 200. conditi videntur. Bevereggio (*n*) itidem ſub finem II. vel ſub initium tertii. Hanc Canonum collectionem ante quintum ſeculum adultum non innotuiſſe Daliæo (*o*) videtur: in quæ vid. Bevereg. p. 7. §. 23. De eodem Marca (*p*) *Eccleſia occidentalis ante Concilum Nicenum nullos Canones noverat; ſed moribus tantùm & jure non ſcripto regebatur. Deinde ſolos Synodi illius Ocumenicæ canones amplexa eſt, uſque ad tempora Innocentii I. id eſt, ad an.* 400. *ut apertiſſimè ſonant verba Epiſtolæ Innocentii apud Soz. l. 8. c. 26. plures tamen Synodorum canones Orientalis Eccleſia amplexa fuit.* Apoſtolicos canones quod attinet, eundem quem Conſtitutionum authorem facit, & tertio ſeculo floruiſſe omnibus eſſe hodie perſuaſum ait. Ita Dallæus: (*q*) *Illud inpr. certum atque confeſſum eſt apud univerſam Græcorum Eccleſiam jam inde à* 1000. *& paulò amplius annis perpetuò ac conſtanter pro Apoſtolicis habitos fuiſſe non modò* 50. *ſed omnino* 85. *canones illos, quos Græci Codices exhibent, &c. Latinorum longè alia ratio. Illi enim toto illo tempore, quòd à Juſtiniano ad proximum avorum noſtrorum ſeculum fluxit, habuerunt & ipſi Canones Apoſtolorum, ſed neque numero, neq; authoritate Græcis pares. Nam apud Lat.* 50. *tantùm, apud Græcos verò* 85. *numeratos.* Iterum (*r*) Hincmarum Rhemenſem in opere 55. capitum a. D. 870. non tantùm hos Canones ab Apoſtolis conſcriptos negâſſe oſtendit, ſed de eorum origine ſic etiam ſenſiſſe, Non fuiſſe conſtitutos Conciliorum Epiſcopalium authoritate, ſed à primis temporibus traditione viritim Apoſtolicorum virorum fuiſſe mentibus commendatos; & partim verbis, partim ſenſu ac ſparſim diverſis quorundam Epiſtolis pro qualitate cauſarum & perſonarum ac temporum inditos, atque exinde antequam Epiſcopi Concilia liberè inciperent celebrare, à devotis quibuſque collectos. Unde in numero canonum tantopore diſcrepant authores. Confer Bevereg. in Pandect. T. 2. f. à. pag. 2. b. præcipuè ejuſdem Dallæi. cap. 21. libri 3. Nunquam autem pauciores canones quàm 50. nec plures quàm 85. extitiſſe Uſſerius in Ignat (*s*) docet. An. 102.

§. 38.) Varia adhuc argumenta reſtant, quibus hoſce Canones Apoſtolorum



*l*) *Blondel. in Pſeudiſ. proleg. p.* 57. (*m*) *l. all. p.* 57. (*n*) *in Pandectis præf. ad lect. col.* 4. (*o*) *in Pſeudep. l.* 3. *c.* 21. *p.* 685. (*p*) *l.* 3. *c.* 2. §. 1. (*q*) *l. al. l.* 3. *c.* 2. *p.* 422. (*r*) *p.* 431. & *l.* 3. *c.* 19. *p.* 656. (*s*) *part.* 1. *c.* 6. *p.* 39.

An. 102. ſtolorum non eſſe comprobant, utpote ſermo à ſtylo Apoſtolico omnino alienus, de quo Dall. c. 18. De ipſa Canonum materia in Canonum recenſione audiemus. Adde quòd primi & antiquiſſimi Canonum Eccleſiaſticorum Codices hos ignorârunt, tantum abeſt ut in Canonem Scripturarum Apoſtolicarum fuerint relati. (t) Cadit itaque Spondani argumentum (u) nihil in 50. ab Iſidoro translatis canonibus eſſe, niſi quod Apoſtolicam doctrinam & ſanctiſſimam morum diſciplinam redoleat. Ecquî ergo tamdiu ſepulti hi canones jacuerunt? Quur ſanctiſſimos hos canones non ſequuntur! Nec minus cadit ejuſdem Spondani prætextus, dicentis, Vix reperiri Catholicum ſcriptorem Eccleſiaſticum, aut ſacrum conventum Epiſcoporum, penes quem aliquis ex canonibus illis non inveniatur pari conſenſione non probatus. At nullam apud antiquos Apoſtolicorum canonum mentionem fieri, ne ipſi adverſarii (x) inficiari audent, unde hos ex illis tranſcriptos rectè noſtri contendunt. (y) Neque ergo authentici hi canones dicendi, qui occurrunt apud ſcriptores, & à quibuſdam, nimirum poſterioribus recepti; neque Canonici ſunt, quia in canonem nunquam, niſi per grandem errorem ſuſcepti, ſed revera apocryphis connumerandi, ac Pſeudo Clementis canones cenſendi. Nimis itaque confidenter Franc. Sylvius (z) canonem 65. item & ultimum manifeſtiſſimè eſſe ſuppoſititios, reliquos verò vel Pontificum, Conciliorum, vel Patrum ſententiis confirmatos Turriani teſtimonio dicit. At præceſſiſſe Apoſtolorum canones probare debebat. Vel an ex titulo illorum id confirmabit. At verò Spondanus ipſe (a) cum aliis, ex parte, inquit, nominis incertum eſt eos ab ipſis Apoſtolis eſſe conſcriptos. Ergóne, quia ex traditione Apoſtolica? Aſt plura hac ratione Apoſtolis adſcribenda forent. Obj. aliquoties allegantur hi canones, non modò à Chalced. ſed etiam à prioribus Concilis. Reſp. Vel expreſsè citantur, vel tacitè: at non negamus ex variis Conciliis & Patribus potuiſſe colligi, & ſub Apoſtolorum nomine venditari: vid. Bevereg. in canones Apoſt. p. 3. a. b. ſeqq. Apoſtolici, aliis Eccleſiaſtici canones vocantur. Igitur ſicut orientalium Codex ex variis Conciliis collectus, item & auctus poſtea; ſimiliter Africanus, ſic horum canonum collectioni accidit. Certè Codici Univerſali hi canones non additi, quod proculdubio factum fuiſſet, ſi pro Canonicis habiti fuiſſent.

§. 39.) Utut verò certent adverſarii, tamen nec cum primitiva Eccleſia, neque cum moderna Romana conveniunt hi Canones. Igitur tam de materia, quàm de nomine lis eſt & controverſia. Prodit canon 69. de quadrageſima obſervanda. can. 73. de aureis & argenteis vaſis, de velis: &c. Inutilis ergo nota ad Gratiani d. 16. c. canones: Apocrypha dicuntur, quia ſunt ſine certo authore, ut Sapientia Salomonis, liber Jeſu Sirach, Tobiæ, Macchabæorum &c. At ſi incertus author, qui ergo Apoſtolis inſcribuntur. Tam igitur

*t) idem c. 19. ſeq. (u) §. 6. conf. Bar. §. 12. & ad an. 44. §. 25, 26. (x) Spond. §. 6. (y) conf. Vulſo. l. 3. c. 9. §. 5. (z) in Carranzam (a) §. 6.*

igitur non authentici, quàm non Canonici. Ita nimirum noviſſimè & pleniſſimè doctrina ſalutis à Chriſto revelata & propoſita, atque ab Apoſtolis ſcriptis conſignata fuit, ut nova poſt Apoſtolos ſcriptione, vel alia extra N. T. opus non fuerit: Joh. 1. 17. Heb. 1. 1--4. Inde poſt Apoſtolos nulla datur authentias ſeu infallibilitatis chariſma, neque nova ſcriptura ſeu revelatio. Sed tamen etiamſi daretur adverſariis aliquid, circa horum canonum authentiam, in illis tamen deprehenderent non ſolum Petrum, ſed omnes Apoſtolos loqui & ordinare, neque ullam Petro prærogativam tribui, ſed ut membrum Apoſtolorum haberi, & his Apoſtolorum legibus ſubjici: ita canone ultimo poſt Paulum nominari. 2. Inter Epiſcopos nullum penitus fieri diſcrimen, quod ad electionem & conſecrationem: Can. 1. Quod ad muneris functionem Can. 3. 6. 7. 8. 9. 14. 16. 25. 28. 39. 41. quod ad pœnam ſeu depoſitionem: Can. 29. 30. 31. 36. & 73. al. 74. &c. 3. Condemnatio & depoſitio ſine exceptione Romani, expreſſè Synodo permittitur, inpr. c. 73. 4. Quamvis viventibus Apoſtolis, & diu ultrà Metropolitanorum, Archiepiſcoporum & Patriarcharum nomina & officia ignota fuerint, ſiquidem omnes tum Eccleſiæ, tum Epiſcopi æquales extiterunt: tamen Can. 35. edit. L. ita decernitur: *Epiſcopus gentium ſingularum ſcire convenit &c.* ubi ſanè monendi fuiſſent Primates ſeu Metropolitæ nihil facere, neminem deponere debere, abſque Rom. Pontificis adprobatione. Fruſtrà ergo Spondanus *(b)* quærit, maturéne an ſerò, Hieroſolymíſne an Antiochiæ Apoſtoli hos compoſuerint Canones: fruſtrà Canonicam & Apoſtolicam auctoritatem illis tribuunt, imò S. Codici hujus farinæ traditiones præferunt. Non audiendus itaque Staravolſcius: *(c)* Præcipuè inter præſtantiſſimos orthodoxæ fidei theſauros, libros Clementis de conſtitutionibus, & doctrinam Apoſtolorum magnus Athanaſius laudat, proximo loco poſt Canonicos libros ab Eccleſia ætatis ſuæ adprobatos fuiſſe dicens. Plures tamen in hos Canones commentati, utpote Balſamon, Zonaras &c. Sic epitomen illorum adornavit Stephanus Epheſius: Lambec. B. T. 3. p. 262. qui tamen recentioris ævi. Omnia executus Guilh. Beveregius in Pandectis. An. 102.

*b)* §. 6. *(c)* *pag. 2.*

Accipe verò ipſos Canones.

| Κανὼν α. | Canon. 1. |
|---|---|
| Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ Ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν. | Epiſcopus à duobus vel tribus Epiſcopis ordinetur. |
| β. Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς Ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ Διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί. | 2. Presbyter ab uno Epiſcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici. |
| γ. Εἴτις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυ- | 3. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, præter Domini de ſacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, |

An. 102 lerit, vel mel, vel lac, vel pro vino ſiceram factitiam, vel aves, vel aliqua animalia, vel legumina præter ordinationem, deponatur, præterquam novas ſpicas vel uvam tempore opportuno. Ne liceat autem aliquid aliud ad altare offerre, quàm oleum ad luminare, & incenſum tempore ſanctæ oblationis.

4. Omnis alius fructus domum mittatur, primitiæ Epiſcopo & Presbyteris, ſed non ſuper altare. Clarum autem eſt, quòd Epiſcopus & Presbyteri Diaconis & reliquis Clericis diſtribuunt.

5. Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus uxorem ſuam ne ejiciat religionis prætextu: ſin autem ejecerit, ſegregatur: & ſi perſeveret, deponatur.

6. Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus ſeculares curas non ſuſcipiat: alioqui deponatur.

7. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter vel Diaconus, ſanctum Paſchæ diem ante vernum æquinoctium cum Judæis celebraverit, deponatur.

8. Si quis Epiſcopus, Presbyter vel Diaconus, vel ex ſacerdotali catalogo, facta oblatione non communicaverit, cauſam dicat: & ſi probabilis fuerit, veniam conſequatur: ſi autem non dicat, ſegregetur, ut qui populo offenſionis cauſa ſit, & ſuſpicionem dederit adverſus eum qui obtulit tanquam non rectè obtulerit.

9. Omnes fideles qui ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, in precatione

σιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτηδευτὰ, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, παρὰ τὴν διάταξιν, καθαιρείσθω: πλὴν νέων χίδρων, ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι. Μὴ ἐξὸν δὲ ἔσω, προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς.

δ. Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον· δῆλον δὲ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

ε. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας· ἐὰν δὲ ἐκβάλλῃ, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω.

ϛ. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω, εἰ δὲ μὴ, καθαιρείσθω.

ζ. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω.

η. Εἴ τις Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ προσφορᾶς γενομένης μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω. καὶ ἐὰν ᾖ εὔλογος, συγγνώμης τυγχανέτω: εἰ δὲ μὴ λέγοι, ἀφοριζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γενόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ἐμποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος, ὡς μὴ ὑγιῶς ἀνενέγκαντος.

θ. Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς, καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ

τῇ

τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίας ἐμποιοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή.

ι. Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ κἂν ἐν οἴκῳ συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω.

ια. Εἴ τις καθῃρημένῳ κληρικὸς ὢν κληρικῷ συνεύξηται, καθαιρείσθω καὶ αὐτός.

ιβ. Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφωρισμένος, ἤτοι ἄδεκτος, ἀπελθὼν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς.

ιγ. Εἰ δὲ ἀφωρισμένος εἴη, ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός.

ιδ. Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾷν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται· εἰ μή τις εὔλογος αἰτία ᾖ, τοῦτο βιαζομένη αὐτὸν ποιεῖν, ὡς πλέον τι κέρδος δυναμένου αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβάλλεσθαι. καὶ τοῦτο δὲ, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων, καὶ παρακλήσει μεγίστῃ.

ιε. Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ, καὶ παντελῶς μεταστὰς διατρίβει ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου. Τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα προσκαλουμένου αὐτὸν τοῦ Ἐπισκόπου αὐτοῦ. ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ. ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

ιϛ. Εἰ δὲ ὁ Ἐπίσκοπος, παρ' ᾧ τυγχάνουσιν, παρ' οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ'

autem & ſacra communione non An.102.
permanent, ut eccleſiæ confuſionem afferentes, ſegregari oportet.

10. Si quis cum excommunicato vel in domo unà precatus fuerit, is ſegregetur.

11. Si quis, cùm ſit clericus, unà cum depoſito clerico oraverit, deponatur & ipſe.

12. Si quis clericus vel laicus ſegregatus, ſive non recipiendus, diſcedens, in altera urbe receptus fuerit, abſque literis commendatitiis, ſegregetur, & qui excepit, & qui exceptus eſt.

13. Si verò fuerit excommunicatus, aggravetur in eundem excommunicatio.

14. Epiſcopo non liceat ſua relicta parochia, ad aliam tranſilire, etiamſi à pluribus cogatur, niſi ſit aliqua cauſa rationi conſentanea, quæ eum cogat hoc facere, utpote cùm poſſit ipſe majus lucrum iis, qui illic habitant, pietatis verbo conferre; ídque non ex ſe, ſed multorum Epiſcoporum judicio, & maxima exhortatione.

15. Si quis Presbyter vel Diaconus vel omnino ex clericorum catalogo, relicta ſua parochia in aliam abſceſſerit, & cùm penitus tranſierit, præter ſui Epiſcopi ſententiam in alia parochia maneat, eum non ampliùs celebrare jubemus, maximè ſi eum adhortante Epiſcopo ut rediret, non paruit, in contumacia & inſolentia perſeverans: is autem ibi ut laicus communicet.

16. Sin autem Epiſcopus, apud quem ſunt, nihili faciens decretam adverſus

An.102. ſus eos à munere ceſſationem, eos ut clericos receperit, ſegregetur ut immodeſtiæ & inſolentiæ magiſter.

αὐτῶν ὁρισθεῖσαν ἀργίαν, δέξηται αὐτοὺς ὡς κληρικοὺς, ἀφοριζέσθω, ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

17. Qui poſt ſanctum baptiſmum duobus conjugiis fuerit implicitus, vel habuerit concubinam, non poteſt eſſe Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex numero ſacerdotali.

ιζ. Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

18. Qui viduam accepit, vel ejectam, vel meretricem, vel ſervam, vel mimam ſeu ſcenicam, non poteſt eſſe Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex numero ſacerdotali.

ιη. Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

19. Qui duas ſorores duxit, vel conſobrinam, non poteſt eſſe clericus.

ιθ. Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος ἢ ἀδελφιδὴν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

20. Clericus fide jubens deponatur.

κ. Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς, καθαιρείσθω.

21. Eunuchus, ſi ex hominum quidem injuria factus ſit, vel in perſecutione virilibus privatus ſit, vel ſic natus eſt, & dignus eſt, fiat Epiſcopus.

κα. Εὐνοῦχος, εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἐγένετό τις, ἢ ἐν διωγμῷ ἀφῃρέθη τὰ τῶν ἀνδρῶν, ἢ οὕτως ἔφυ, καὶ ἔστιν ἄξιος, Ἐπίσκοπος γινέσθω.

22. Qui ſe ipſum mutilavit, ne ſit clericus; eſt enim ſui homicida & DEI opificii hoſtis.

κβ. Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικὸς, αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

23. Si quis cùm ſit clericus, ſeipſum mutilaverit, deponatur: eſt enim ſui homicida.

κγ. Εἴ τις κληρικὸς ὢν, ἑαυτὸν ἂν ἀκρωτηριάσῃ, καθαιρείσθω, φονεὺς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ.

24. Laicus qui ſe ipſum mutilavit, tribus annis ſegregetur: eſt enim ſuæ ipſius vitæ inſidiator.

κδ. Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία. ἐπίβουλος γάρ ἐστιν τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς.

25. Epiſcopus, vel Presbyter vel Diaconus, fornicationis vel perjurii, vel furti convictus, deponatur, & non ſegregetur: Dicit enim ſcriptura: Non vindicabis bis in id ipſum. Similiter reliqui quoque clerici.

κε. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἐπὶ πορνείᾳ ἢ ἐπιορκίᾳ ἢ ἐπὶ κλοπῇ ἁλοὺς, καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. ὡσαύτως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

κϛ. Τῶν

κϛ. Τῶν εἰς κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν, ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους.

26. Ex iis qui non ducta uxore ad Clerum promoti ſunt, jubemus, ſi velint, uxorem ducere, Lectores & Cantores ſolos. An. 102.

κζ. Ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, καὶ διὰ τούτων φοβεῖσθαι θέλοντα, καθαιρεῖσθαι προστάττομεν. οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε. τοὐναντίον δὲ, αὐτὸς τυπτόμενος, οὐκ ἀντέτυπτε. λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει. πάσχων, οὐκ ἠπείλει.

27. Epiſcopum vel Presbyterum vel Diaconum, qui verberat fideles, qui peccant, vel infideles, qui injuriam fecerunt, & per hæc vult perterrefacere, deponi jubemus. Dominus enim nos nequaquam hoc docuit: contrà autem ipſe verberatus non repercuſſit, maledictis petitus, maledicta non retulit: patiens non minatus eſt.

κη. Εἴ τις Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπὶ ἐγκλήμασι φανεροῖς, τολμήσειεν ἅψασθαι τῆς ποτὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας, παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας.

28. Si quis Epiſcopus vel Presbyter vel Diaconus juſtè ob manifeſta crimina depoſitus, ſibi aliquando creditum miniſterium attingere audeat, ab Eccleſia omnino abſcindatur.

κθ. Εἴ τις Ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας. καὶ ἐκκοπτέσθω καὶ τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου.

29. Si quis Epiſcopus, per pecunias hanc ſit dignitatem aſſecutus, vel Presbyter, vel Diaconus, deponatur, & ipſe, & qui eum ordinavit, & à communione etiam omnino exſcindatur, ut Simon Magus à me Petro.

λ. Εἴ τις Ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ ἅπαντες.

30. Si quis Epiſcopus ſecularibus Principibus uſus, per eos Eccleſiam adeptus ſit, deponatur & ſegregetur, & omnes, qui illi communicant.

λα. Εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου, χωρὶς συναγάγῃ, καὶ θυσιαστήριον ἕτερον πήξῃ, μηδὲν κατεγνωκὼς τοῦ Ἐπισκόπου ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καθαιρείσθω, ὡς φίλαρχος. τύραννος γάρ ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ, καὶ ὅσοι ἂν αὐτῷ προσθῶνται· οἱ δὲ λαϊκοὶ ἀφοριζέσθωσαν. ταῦτα δὲ μετὰ μίαν καὶ δευτέραν καὶ τρι-

31. Si quis Presbyter contempto proprio Epiſcopo, ſeorſim collectas egerit, & alterum altare fixerit, Epiſcopo ſuo in religione ac juſtitia nulla in re à ſe condemnato, deponatur, ut ambitioſus: eſt enim tyrannus. Similiter etiam & reliqui Clerici, & quotquot ei acceſſerunt. Laici autem ſegregentur.

Hæc autem poſt unam, alterámque ac tertiam admonitionem fiant.

τὴν παράκλησιν τοῦ Ἐπισκόπου γινέσθω.

32. Si quis Presbyter vel Diaconus ab Epiſcopo ſit ſegregatus; non liceat alii eum ſuſcipere, quàm qui ipſum ſegregavit: niſi fortè mortuus ſit Epiſcopus, qui eum ſegregavit.

λβ. Εἴ τις Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος ὑπὸ Ἐπισκόπου γένηται ἀφωρισμένος, τοῦτον μὴ ἐξεῖναι παρ' ἑτέρου δεχθῆναι, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτόν, εἰ μὴ ἂν κατὰ συγκυρίαν τελευτήσῃ ὁ ἀφορίσας αὐτὸν Ἐπίσκοπος.

33. Nullus externorum Epiſcoporum, vel Presbyterorum vel Diaconorum, ſine commendatitiis recipiatur: his verò allatis, examinentur. Et ſi fuerint præcones pietatis, recipiantur: ſin minùs, iis quæ ſunt neceſſaria, illis exhibitis, ad communionem eos ne admittatis. Multa enim per ſurreptionem fiunt.

λγ. Μηδένα τῶν ξένων Ἐπισκόπων ἢ Πρεσβυτέρων ἢ Διακόνων, ἄνευ συστατικῶν προσδέχεσθαι. καὶ ἐπιφερομένων αὐτῶν, ἀνακρινέσθωσαν. καὶ ἐὰν μὲν ὦσιν κήρυκες τῆς εὐσεβείας, προσδεχέσθωσαν. Εἰ δὲ μή γε, τὰ πρὸς χρείαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέξησθε: πολλὰ γὰρ κατὰ συναρπαγὴν γίνεται.

34. Epiſcopos uniuſcujusque gentis noſſe oportet eum, qui in eis eſt primus: & exiſtimare eum ut caput; & nihil facere quod ſit magni momenti præter illius ſententiam: illa autem ſola facere unumquemque quæ ad ſuam parochiam pertinent, & pagos qui ei ſubſunt: ſed nec ille abſque omnium ſententia aliquid agat. Sic enim erit concordia, & glorificabitur Deus per Dominum Jeſum Chriſtum, & Pater per Dominum in Spiritu Sancto. Pater & Filius & Spiritus Sanctus.

λδ. Τοὺς Ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλήν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης ἐκεῖνα δὲ μόνα πράττειν ἕκαστον ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι. οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ θεὸς διὰ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁ Πατὴρ διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

35. Epiſcopus ne audeat extra ſuos fines ordinationes facere in urbibus & pagis ſibi non ſubjectis. Sin autem hoc feciſſe convictus fuerit, præter eorum ſententiam, qui tenent urbes illas vel pagos, deponatur & ipſe, & ii, quos ordinavit.

λε. Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾷν ἔξω τῶν αὐτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι, εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις καὶ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν.

λϛ. Εἴ τις χειροτονηθεὶς Ἐπίσκοπος, μὴ καταδέχοιτο τὴν λειτουργίαν καὶ τὴν φροντίδα τοῦ λαοῦ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ, τοῦτον ἀφωρισμένον τυγχάνειν, ἕως ἂν καταδέξηται. ὡσαύτως καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος: εἰ δὲ ἀπελθὼν, μὴ δεχθῇ, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν, αὐτὸς μενέτω Ἐπίσκοπος, ὁ δὲ κλῆρος τῆς πόλεως ἀφοριζέσθω, ὅτι τοιούτου λαοῦ ἀνυποτάκτου παιδευταὶ οὐκ ἐγένοντο.

36. Si quis ordinatus Epiſcopus non ſuſcipiat miniſterium & curam populi ſibi commiſſam, ſit ſegregatus, donec eam ſuſceperit: ſimiliter & Presbyter & Diaconus: Sin autem profectus, non ſuſceptus fuerit, non ſua quidem voluntate, ſed propter populi improbitatem, ipſe maneat Epiſcopus, Clerus autem civitatis ſegregetur, quòd ejuſmodi inſolentis populi correctores non fuerint. An. 102.

λζ. Δεύτερον τοῦ ἔτους Σύνοδος γινέσθω τῶν Ἐπισκόπων, καὶ ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλως τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν. ἅπαξ μὲν τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς. δεύτερον δὲ, ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ.

37. Bis in anno fiat Epiſcoporum Synodus, & inter ſe examinent decreta religionis & incidentes eccleſiaſticas controverſias dirimant: ſemel quidem quarta hebdomade Pentecoſtes: iterum autem Hyperberetæi duodecimo.

λη. Πάντων τῶν Ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ Ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα, καὶ διοικείτω αὐτὰ ὡς τοῦ θεοῦ ἐφορῶντος. μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπεμπωλείτω.

38. Omnium rerum Eccleſiaſticarum Epiſcopus curam gerat, & eas adminiſtret, tanquam DEO intuente. Ne liceat autem ex eis aliquid ſibi vendicare, vel propriis cognatis, quæ DEI ſunt, largiri. Si autem ſint pauperes, ut pauperibus ſuppeditet, ſed non eorum prætextu vendat quæ ſunt Eccleſiæ.

λθ. Οἱ Πρεσβύτεροι καὶ Διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ Ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος.

39. Presbyteri & Diaconi ſine ſententia Epiſcopi nihil perficiant: ipſe enim eſt, cujus fidei populus Domini eſt creditus, & à quo pro animabus eorum ratio exigetur.

μ. Ἔστω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ Ἐπισκόπου πράγματα (εἴγε ἴδια ἔχει) καὶ φανερὰ τὰ κυριακὰ· ἵν' ἐξουσίαν ἔχῃ τὰ ἴδια τελευτῶν ὁ Ἐπίσκοπος, οἷς βούλεται καὶ ὡς βούλεται καταλεῖψαι καὶ μὴ προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ Ἐπισκόπου, ἐσθ' ὅτε

40. Manifeſtæ ſint Epiſcopi res propriæ (ſiquidem res habet proprias) & manifeſtæ res Dominicæ. Ut ſit in poteſtate morientis Epiſcopi, propria, quibus vult, & ut vult, relinquere, & non rerum eccleſiaſticarum occaſione res Epiſcopi intercidant, qui nonnunquam uxo-

An. 102. rem habet & liberos, vel cognatos vel famulos. Eſt enim juſtum apud DEUM & homines, ut nec Eccleſia damnum aliquod accipiat propter rerum Epiſcopi ignorationem: nec Epiſcopus vel ejus cognati Eccleſiæ occaſione proſcribantur, vel in negotia litéſque incidant, qui ad eum attinent, & ejus mortem maledictis proſequantur.

γυναῖκα καὶ παῖδας κεκτημένου, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἰκέτας. δίκαιον γὰρ παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὸ μήτε τὴν ἐκκλησίαν ζημίαν τινὰ ὑπομένειν ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ Ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν Ἐπίσκοπον ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει τῆς ἐκκλησίας δημεύεσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις περιβάλλεσθαι.

41. Jubemus Epiſcopum rerum Eccleſiæ poteſtatem habere. Si enim pretioſæ hominum animæ ſunt ei credendæ, multo magis ſunt committendæ pecuniæ, ut in ejus ſit facultate omnia adminiſtrare, & iis qui egent per Presbyteros & Diaconos ſubminiſtrare cum DEI timore & omni religione; etiam (ſi ſit opus) in neceſſarium ſuum uſum accipere, & fratrum, qui hoſpitio excipiuntur, ita ut ipſe nullo modo egeat. Lex enim DEI ſtatuit, ut qui altari aſſident, ex altari alantur; quandoquidem nec miles unquam ſuo viatico adverſus hoſtes progreditur.

μα. Προστάσσομεν τὸν Ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πιστευτέον, πολλῷ ἂν δέοι περὶ τῶν χρημάτων ἐντέλλεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἐξουσίαν πάντα διοικεῖσθαι, καὶ τοῖς δεομένοις διὰ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐπιχορηγεῖσθαι μετὰ φόβου θεοῦ καὶ πάσης εὐλαβείας. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτοῦ χρείας καὶ τῶν ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτὸν ὑστερεῖσθαι. ὁ γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ διετάξατο, τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου τρέφεσθαι. ἐπείπερ οὐδὲ στρατιώτης ποτὲ ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων ἐπιφέρεται.

42. Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus aleis & ebrietatibus vacans, vel deſiſtat, vel deponatur.

μβ. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων καὶ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

43. Hypodiaconus, vel Lector, vel Cantor ſimilia faciens, vel deſiſtat, vel ſegregetur. Itidem & Laici.

μγ. Ὑποδιάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὰ ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω ἢ ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκοί.

44. Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, uſuras exigens à debitoribus, vel deſiſtat, vel deponatur.

μδ. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, τόκους ἀπαιτῶν τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

45. Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, qui cum hæreticis ſolum comprecatus eſt, ſegregetur. Sin

με. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος αἱρετικοῖς συνευξάμενος μόνον, ἀφοριζέσθω. εἰ δὲ καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς

ὡς

ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι, καθαιρείσθω.

μϛ. Ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξαμένους βάπτισμα ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. τίς γὰρ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ. ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου.

μζ. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, τὸν κατὰ ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας ψευδιερέων.

μη. Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβαλὼν, ἢ ἑτέραν λάβοι, ἢ παρὰ ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφοριζέσθω.

μθ. Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς Πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ᾽ εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱοὺς, ἢ τρεῖς παρακλήτους καθαιρείσθω.

ν. Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλὰ ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλὰ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

να. Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου καὶ κρεῶν καὶ οἴνου, οὐ δι᾽ ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλ-

autem eis tanquam Clericis aliquid operari permiſerit, deponatur. An. 192.

46. Epiſcopum vel Presbyterum, qui hæreticorum baptiſma vel ſacrificium admiſerit, deponi jubemus. Quæ eſt enim conventio Chriſti cum Belial? vel quæ pars eſt fideli cum infideli.

47. Epiſcopus vel Presbyter eum, qui verè habet baptiſma, ſi de integro baptizaverit, vel ſi eum, qui ab impiis pollutus eſt, non baptizaverit, deponatur ut qui irridet crucem Domini & mortem & non diſcernat ſacerdotes à falſis ſacerdotibus.

48. Si quis Laicus ſua ejecta uxore vel aliam acceperit, vel ab alio ſolutam, ſegregetur.

49. Si quis Epiſcopus vel Presbyter ex Domini ordinatione non baptizaverit in Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, ſed in tres principii expertes, vel tres Filios, vel tres Paracletos, deponatur.

50. Si quis Epiſcopus vel Presbyter non tria unius myſterii baptiſmata perfecerit, ſed unum baptiſma quod datur in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus; in mortem meam baptizate, ſed euntes docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.

51. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex ſacerdotali numero à nuptiis, carnibus & vino non propter exercitationem, ſed propter abominationem abſtinet, oblitus, quòd omnia valde bona, & quòd maſculinum & fœmininum,

An. 102. mininum fecit DEUS hominem: ſed blaſphemans calumniatur opificium vel corrigatur, vel deponatur, & ex Eccleſia ejiciatur. Similiter & Laicus.

λει τὴν δημιουργίαν ἢ διορθούσθω ἢ καθαιρείσθω, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω ὡσαύτως καὶ λαικός.

52. Si quis Epiſcopus vel Presbyter vel Diaconus, eum qui à peccatis convertitur, non recipit, ſed ejicit, deponatur: quoniam Chriſtum moleſtia afficit, qui dixit: Gaudium eſt in cœlo propter unum peccatorem agentem pœnitentiam.

νβ. Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος τὸν ἀποστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλ' ἀποβάλλεται, καθαιρείσθω. ὅτι λυπεῖ τὸν χριστὸν τὸν εἰπόντα, χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

53. Si quis Epiſcopus vel Presbyter vel Diaconus in feſtis diebus carnem & vinum non ſumit, abhorrens, & non propter exercitationem, deponatur, ut qui habeat inuſtam conſcientiam propriam, & ſit multis offenſionis cauſa.

νγ. Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος, ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν καὶ οἴνου, βδελυσσόμενος καὶ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρείσθω, ὡς κεκαυτηριασμένος τὴν οἰκείαν συνείδησιν, καὶ αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γινόμενος.

54. Si quis clericus in caupona comedens, deprehenſus fuerit, ſegregetur, præterquam ſi in publicum diverſorium in via propter neceſſitatem diverterit.

νδ. Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ φωραθείη ἐσθίων, ἀφοριζέσθω. πάρεξ τοῦ ἐν πανδοχείῳ ἐν ὁδῷ δι' ἀνάγκην καταλύσαντος.

55. Si quis clericus Epiſcopum contumelia affecerit, deponatur: Principi enim populi tui non maledices.

νε. Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει τὸν Ἐπίσκοπον, καθαιρείσθω. ἄρχοντα γὰρ τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

56. Si quis clericus Presbyterum vel Diaconum injuria affecerit, ſegregetur.

νϛ. Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει Πρεσβύτερον ἢ Διάκονον, ἀφοριζέσθω.

57. Si quis clericus claudum vel ſurdum, vel cæcum, vel eum cui vitioſus eſt inceſſus irriſerit, ſegregetur: ſimiliter & laicus.

νζ. Εἴ τις κληρικὸς χωλὸν, ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάσει, ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ λαικός.

58. Epiſcopus vel Presbyter qui cleri vel populi curam non gerit, & eos pietatem non docet, ſegregetur, & ſi in negligentia & ſocordia perſeveret, deponatur.

νη. Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ τῇ ἀμελείᾳ καὶ ῥαθυμίᾳ, καθαιρείσθω.

59. Si quis Epiſcopus vel Presbyter, vel Diaconus, cùm ſit aliquis ex

νθ. Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διά-

ἢ Διάκονος, τινὸς τῶν κληρικῶν ἐνδεοῦς ὄντος, μὴ ἐπιχορηγεῖ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω, ὡς φονεύσας τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

ξ. Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία: ὡς ἅγια, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύει, ἐπὶ λύμῃ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω.

ξα. Εἴ τις κατηγορία γένηται κατὰ πιστοῦ, πορνείας ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ προσαγέσθω.

ξβ. Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον Ἰουδαίου, ἢ Ἕλληνος. ἢ αἱρετικοῦ, ἀρνήσεται: εἰ μὲν τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ἀποβαλλέσθω. εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω μετανοήσας δὲ ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.

ξγ. Εἴ τις Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω. τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξδ. Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν προσεύξασθαι, καὶ καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω.

ξε. Εἴ τις κληρικὸς, ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος, ἀποκτείνῃ καθαιρείσθω, διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ξς. Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον (πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου) καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ξζ. Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος ἔχοι, ἀφοριζέσθω. μὴ ἐξεῖναι δὲ

clericis egenus, ea quæ ſunt neceſſaria ei non ſuppeditat, ſegregetur: ſin autem perſeveret, deponatur, aut qui fratrem ſuum interfecerit. An.102.

60. Si quis falsò inſcriptos impiorum libros tanquam ſanctos in Eccleſia publicat, ad populi & cleri perniciem, deponatur.

61. Si adverſus fidelem aliqua accuſatio intendatur vel fornicationis, vel adulterii, vel alicujus alius prohibitæ actionis & convictus fuerit, ad clerum ne provehatur.

62. Si quis clericus propter metũ humanum Judæi vel Græci, vel Hæretici, negaverit: ſiquidem nomen Chriſti, ejiciatur: ſi autem nomen clerici, deponatur. Pœnitentiam autem agens, ut Laïcus recipiatur.

63. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex ſacerdotali catalogo, comederit carnes in ſanguine animæ ſuæ, vel quid à feris captum, vel morticinum, deponatur; hoc enim lex prohibuit: ſi autem ſit Laicus, ſegregetur.

64. Si quis Clericus aut Laicus in ſynagogam Judæorum vel Hæreticorum introierit ad orandum & deponatur & ſegregetur.

64. Si quis Clericus in jurgio quempiam pulſaverit, & uno ictu interemerit, deponatur, ob impotentis animi ſui effrænationem; Laicus verò ſi fuerit, ſegregetur.

66. Si quis Clericus deprehendatur die Dominico jejunans, aut Sabbato, præter unum ſolum, deponatur: ſi verò Laicus, ſegregetur.

67. Si quis virginem non deſponſam vi allata habet, ſegregetur: ei autem

An. 102. tem aliam accipere non liceat, ſed illam retinere, quam elegit, etiamſi pauper ſit.

68. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus ſecundam ordinationem ab aliquo ſuſceperit, deponatur & ipſe & qui ordinavit: niſi utique conſtiterit quòd ab hæreticis ordinationem habeat. Qui enim ab eis baptizati vel ordinati ſunt, ut fideles, vel Clerici ſint, fieri non poteſt.

69. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Lector, vel Cantor ſanctam Paſchæ quadrageſimam non jejunat, vel quartum diem, vel paraſceven, præterquam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: ſi ſit autem Laicus, ſegregetur.

70. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex Clericorum catalogo jejunat cum Judæis, vel cum ipſis feſtos dies agit, vel ab ipſis feſti xenia accipit (ut verbi gratia azyma, aut quid tale) deponatur. Si verò ſit Laicus, ſegregetur.

71. Si quis Chriſtianus oleum deferat in templum gentium, vel in Synagogam Judæorum, in eorum feſtis, vel lucernam accendit, ſegretur.

72. Si quis Clericus, vel Laicus à ſancta Eccleſia ceram vel oleum auferat, ſegregetur.

73. Vas aureum, vel argenteum, vel velum ſanctificatum nemo ampliùs in ſuum uſum convertat. Hoc fit enim præter jus & contra leges: ſi quis autem deprehenſus fuerit, multetur ſegregatione.

αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν ἣν ᾑρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

ξη. Εἴ τις Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος δευτέραν χειροτονίαν δέξηται παρά τινος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας. εἰ μήγε ἄρα συσταίη, ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει τὴν χειροτονίαν. τοὺς γὰρ παρὰ τῶν τοιούτων βαπτισθέντας ἢ χειροτονηθέντας, οὔτε πιστοὺς οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

ξθ. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα οὐ νηστεύει, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευήν, καθαιρείσθω. ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ο. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, νηστεύει μετὰ Ἰουδαίων, ἢ ἑορτάζει μετ' αὐτῶν, ἢ δέχεται παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια (οἷον ἄζυμα ἤ τι τοιοῦτον) καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

οα. Εἴ τις χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκοι εἰς ἱερὸν ἐθνῶν, ἢ εἰς συναγωγὴν ἰουδαίων, ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτει, ἀφοριζέσθω.

οβ. Εἴ τις κληρικὸς, ἢ Λαϊκὸς, ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν, ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω.

ογ. Σκεῦος χρυσοῦν, ἢ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν, ἢ ὀθόνην, μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετεριζέσθω· παράνομον γάρ. εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

οδ. Ἐπί-

οδ. Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινα παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων, καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ τῶν Ἐπισκόπων. κἂν μὲν ἀπαντήσῃ καὶ ὁμολογήσῃ, ἢ ἐλεγχθείη, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτήμιον. ἐὰν δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο Ἐπισκόπων. ἐὰν δὲ καὶ οὕτω μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ τρίτον, δύο πάλιν Ἐπισκόπων ἀποστελλομένων πρὸς αὐτόν. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἡ σύνοδος ἀποφαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγαδικῶν.

74. Epiſcopum à viris fide dignis ob aliquid accuſatum, ipſum ab Epiſcopis vocari neceſſe eſt: & ſi ſe quidem ſtiterit, & confeſſus vel convictus ſit, ſtatuatur pœna. Si autem vocatus non paruerit, ſecundò etiam vocetur, miſſis ad ipſum Epiſcopis duobus. Si autem etiam ſic non obedierit, vocetur tertiò, duobus ad eum rurſus miſſis Epiſcopis. Si autem vel ſic aſpernans & contumax ſe non ſtiterit, Synodus ea quæ videntur, adverſus eum pronunciet, ne lucrifacere videatur, dum judicium ſubterfugit. An.102.

οε. Εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ Ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον· ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

75. In teſtimonium adverſus Epiſcopum hæreticus ne admittatur: ſed nec unus ſolus fidelis. In ore enim duorum vel trium ſtabit omne verbum.

ος. Ὅτι οὐ χρὴ Ἐπίσκοπον τῷ ἀδελφῷ, ἢ τῷ υἱῷ, ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαριζόμενον, εἰς τὸ ἀξίωμα τῆς Ἐπισκοπῆς χειροτονεῖν ὃν βούλεται. κληρονόμους γὰρ τῆς Ἐπισκοπῆς ποιεῖσθαι, οὐ δίκαιον, τὰ τοῦ θεοῦ χαριζόμενον πάθει ἀνθρωπίνῳ, οὐ γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμους ὀφείλει τιθέναι. εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἄκυρος μὲν ἔστω χειροτονία. αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

76. Quòd non oportet Epiſcopum fratri, vel filio, vel alii cognato gratificantem, ad Epiſcopatus dignitatem, quem vult, eligere. Epiſcopatus enim hæredes facere juſtum non eſt, ea quæ DEI ſunt, humano affectu largientem, non enim licet Eccleſiam DEI in hæredes conferre. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat; ipſe autem ſegregatione multetur.

οζ. Εἴ τις ἀνάπηρος ᾖ τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δέ ἐστιν Ἐπισκοπῆς, γινέσθω. οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός.

77. Si quis vel oculo orbatus, vel femore oblæſus, Epiſcopatu autem dignus ſit, fiat: non enim corporis damnum eum polluit, ſed animæ inquinatio.

οη. Κωφὸς δὲ ὢν, καὶ τυφλὸς, μὴ γινέσθω Ἐπίσκοπος. οὐχ ὡς μεμιασμένος,

78. Qui autem eſt ſurdus & cæcus, ne ſit Epiſcopus; non ut pollutus,

An. 102. ſed ne Eccleſiaſtica impediantur.

ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ παρεμποδίζοιτο.

79. Si quis Dæmonem habeat, ne fiat Clericus, ſed neque cum fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur, & ſi ſit dignus, fiat.

οθ. Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω. καθαρθεὶς δὲ, προσδεχέσθω. καὶ ἐὰν ᾖ ἄξιος, γινέσθω.

80. Eum, qui ex vita gentili acceſſerit & baptizatus fuerit, vel ex improba vivendi ratione, non eſt æquum protinus Epiſcopum fieri. Iniquum eſt enim, ut qui ſui nondum experientiam oſtenderit, ſit aliorum magiſter, niſi forte hoc divina gratia fiat.

π. Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα, ἢ ἐκ φαύλης διαγωγῆς, οὐ δίκαιόν ἐστι παραυτὰ προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. ἄδικον γὰρ, τὸν μηδέπω πεῖραν ἐνδειξάμενον, ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον. εἰ μήπου κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένηται.

81. Diximus non oportere Epiſcopum vel Presbyterum ſe ipſum ad publicas adminiſtrationes demittere, ſed in Eccleſiaſticis negotiis verſari, vel ergo ita non facere perſuadeatur, vel deponatur. Nemo enim poteſt duobus dominis ſervire, ſecundum Domini præceptum.

πα. Εἴπομεν ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσευκαιρεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. ἢ πειθέσθω οὖν, τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω. οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, κατὰ τὴν κυριακὴν παρακέλευσιν.

82. Servos in clerum provehi ſine venia dominorum non permittimus ad poſſeſſorum moleſtiam. Domorum enim everſionem illud efficit. Si quando autem etiam dignus ſervus viſus ſit, qui ad gradum eligatur, qualis noſter quoque Oneſimus viſus eſt, & domini conceſſerint, ac liberaverint, & ædibus emiſerint, fiat.

πβ. Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν συγγνώμης, οὐκ ἐπιτρέπομεν, ἐπὶ λύπῃ τῶν κεκτημένων. οἴκων γὰρ ἀνατροπὴν τὸ τοιοῦτον ἐργάζεται. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσουσιν, καὶ τοῦ οἴκου ἐξαποστείλωσι, γινέσθω.

83. Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, exercitui vacans, & utraque obtinere volens, Romanum ſcilicet Magiſtratum, & ſacerdotalem adminiſtrationem, deponatur. Quæ enim ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt DEI, DEO.

πγ. Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ.

πδ. Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα ἢ ἄρχοντα παρὰ τὸ δίκαιον, τιμωρίαν τιννύτω. καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

84. Quiſquis Regem vel Principem præter jus contumeliâ affecerit, pœnas luat: & ſi ſit quidem Clericus, deponatur: ſi verò Laicus, ſegregetur. An. 102.

πε. Ἔστω ἡμῖν πᾶσι κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς, βιβλία σεβάσμια, καὶ ἅγια. τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης Μωυσέως πέντε, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον. Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ, ἕν. κριτῶν ἕν. Ῥοὺθ ἕν. Βασιλειῶν τέσσαρα. Παραλειπομένων τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν, δύο. Ἔσδρα, δύο. Ἐσθὴρ, ἕν. Μακκαβαίων τρία. Ἰὼβ, ἕν. Ψαλτηρίου ἕν. Σολομῶντος τρία Παροιμίαι. Ἐκκλησιαστής. ἆσμα ᾀσμάτων. Προφητῶν δεκαδύο. Ἡσαΐου ἕν. Ἱερημίου, ἕν. Ἰεζεκιὴλ, ἕν. ἕν Δανιήλ. ἔξωθεν δὲ ὑμῖν προσιστορείσθω μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Σιράχ. Ἡμέτερα δὲ (τοῦτ᾽ ἔστι τῆς καινῆς διαθήκης) Εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου. Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες. Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο. Ἰωάννου τρεῖς. Ἰακώβου μία. Ἰούδα μία. Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο· καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς Ἐπισκόποις δι᾽ ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν Ἀποστόλων.

85. Sint nobis omnibus Clericis & Laicis libri venerandi & ſancti, veteris quidem teſtamenti, Moſis quinque, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Jeſu, filii Nave unus; Judicum unus, Ruth unus. Regnorum quatuor. Paralipomenon, id eſt, derelictorum libri dierum duo. Eſdræ duo. Eſther unus. Maccabæorum tres. Job unus. Pſalterii unus. Solomonis tres. Proverbia, Eccleſiaſtes. Cantica canticorum. Prophetarum duodecim. Eſajæ unus. Jeremiæ unus, Jezechielis unus, Danielis unus; Extrinſecus autem à vobis intelligatur, debere veſtros adoleſcentes diſcere ſapientiam eruditiſſimi Sirach. Noſtra autem, id eſt, Novi Teſtamenti, Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis. Pauli epiſtolæ quatuordecim. Petri epiſtolæ duæ. Johannis tres. Jacobi una. Judæ una. Clementis epiſtolæ duæ, & conſtitutiones vobis Epiſcopis per me Clementem in octo libris editæ, quæ non ſunt omnibus divulgandæ, propter ea, quæ ſunt in eis myſtica. Et actus noſtri Apoſtolorum.

Confer Zonaram à p. 1. iidem Gr. & Lat. apud Balſam. à p. 233. & T. 1. Concil. Pariſ. à p. 11. ib. à p. 27.

§. 41.) Χειροτονείσθω: id verbi propriè ſignificat protenſa manu, ſeu per ſuffragia creare vid. 2. Cor. 8. 19. quod Vulgata non bene reddit, *Ordinatus ab Eccleſia*; niſi Eccleſiam hîc pro Presbyterio ſumas. Rectè tamen

 in

An. 102. in hoc canone pro χειροθεσία accipitur, ſeu pro ordinatione, quod i. q. manus imponere, juxta verſionem Tigur. Gr. ἐπίθεσις τῶ χειρῶν, quo geſtu perſonæ inter alia Deo conſecrabantur: 1. Tim. 4. 14. Lat. initiatio, conſecratio, adeóq; ab electione longè differt: quidpe in qua populus quoque ſuffragium habebat, (*d*) atque iterum tertium aliquod datur, ſcil. Confirmatio, quam nos ſummo Magiſtratui meritò deferimus; at Rouſſelius (*e*) magno cum errore Petro, cùm ait: *Chriſtus, qui Apoſtolos & diſcipulos vocavit, confirmandi eos Poteſtatem dedit Petro.* Maximo abuſu loci Luc. c. 22. 32. Chriſtúsne perfectos Apoſtolos nondum habuit, vel confirmare illos non potuit? Ex Zonara Blondellus (*f*) idem docet, utut χειροτονία ἐκλογὴν, ſeu πάντων κύρωσιν alibi ſignificet; hîc tamen conſecrationem denotare, ex eo, quòd electo benedicens Pontifex manum extendat. Hunc Balſamon ſequitur. (*g*) De hoc ritu Juſtellus (*h*) ex Concilio Laod. Zonara & Cypriano. *Is*, inquit, *fuit vetus mos Eccleſiæ in Epiſcopis ordinandis, ut rogarentur ſuffragia non modò Cleri, ſed etiam populi atque ut omnium, de eo, qui ordinandus erat, judicia ſciſcitarentur, illius nomen plebi publicè proponebatur, facta omnibus poteſtate, quidquid vellent eis obyciendi.* Idem (*i*) *Licebat cuique ordinandum accuſare &c.* Verùm quî tandem fieri potuit, ut tempore Apoſtolorum Epiſcopus à duobus aut tribus aliis Epiſcopis ordinaretur, cùm Epiſcoporum officium in rerum natura nondum fuerint, ac ſi maximè fuiſſet, tam frequentes non erant. Unde meritò ſuppoſitum eſſe hunc canonem judicat Dallæus (*k*) quia conſtat ex Paulo, à presbyteris ſolitas imponi manus. Atqui presbyteri, juxta ipſos adverſarios, non Epiſcopi ſunt. Itaque presbyteri vocem ita nudè poſitam Epiſcoporum, qui nunc dicuntur, cœtum cum metropolitano collectum ſignificare Binianum eſt ſomnium. Imò eo ipſo quòd can. 1. & 2. hoc loco Epiſcopum à presbytero diſtinguunt, Apoſtolici non ſunt. (*l*) Et quia alibi quoque occurrit hic canon, utpote in Synodi Nicenæ can. 4. & in Arelat. 1. can. 21. & II. can. 5. atque aliàs, ſine ulla mentione canonis Apoſtolici, nondum hunc canonem uſu receptum fuiſſe hoc ſeculo probatur. Alia inſuper tum tempora fuerant, alia ſub Conſtantino M. facies, nec de tribus tantùm Epiſcopis ibi ſermo, ſed de omnibus, qui fuerunt in provincia ejus. Ita in notis Carranzæ: *Ob raritatem Epiſcoporum vel aliam juſtam cauſam, per ſummi Pontificis diſpenſationem conceſſum, ut cum uno Epiſcopo ordinante adſint duo aut plures Abbates infulati, qui vicem Epiſcoporum gerant.* At quínam ante Monachos, Abbates, infulatos ſuccurrebant? Neque eſt quod adverſarii ex hoc canone ordinationem penes ſe eſſe jactitent, indéque notam veræ Eccleſiæ, ſeu veri Miniſtri faciant,

(*d*) *Rouſſel. l. 2. c. 1. à §. 10.* (*e*) *§. 9.* (*f*) *de Epiſc. p. 544. ſeq.* (*g*) *vid. Conſtit. Clem. l. 8. c. 27. item Vſſer. in Ignat. p. 111.* (*h*) *T. 1. p. 92. b.* (*i*) *T. 2. p. 1414.* (*k*) *in Pſeudep. l. 3. c. 14.* (*l*) *ib. c. 18.*

faciant, quandoquidem penes hæreticos quoque, utpote Arianos, talis ordinatio fuit: atque de ordinaria vocatione hoc loco ſermo. Nihil hîc ſanè de ſolius Petri, aut Papæ poteſtate: quin plurimi canones Apoſtolici reclamant: hinc Athanaſius quoque fatente Bellarmino, novos Epiſcopos erexit & confirmavit. Idem Bellarminus canonem Apoſtolorum non ſemper obſervatum fuiſſe confitetur: hinc Conc. I. Arelat. decretum, ut per IIX. aut ad minimum IV. Epiſcopos talis confirmatio fieret. Ubi peſſimè à noſtro canone diſceſſum, ſi is Apoſtolorum fuit. Confer 1. Tim. 4. 14. ubi Paulus de Timotheo teſtatur, cum impoſitionem manuum ab ordine Seniorum accepiſſe. An. 102.

§. 42.) Can. 2. Atqui Apoſtolorum ævo Epiſcopus & presbyter iſdem fuerat: idem utriuſque officium, electio, ordinatio. A presbyter dictum presbyterium, quod nil niſi concilium ſeu conſeſſus Eccleſiaſticus, ubi ſingulorum æqualis poteſtas, inter quos tamen unus præſidebat ſympresbyter, non poteſtatis ſed ordinis gratiâ, nec ab alio, quàm ab illo Presbyterio electus, abſque nova conſecratione ſeu manuum impoſitione: vide Ambr. in c. 4. ad Epheſ. & in c. 3. 1. ad Tim. Hier. Ep. 83. ad Ocean. & 85. ad Evagr. de qua diſt, 93. c. legimus. 24. & in c. 1. ad Titum.

Can. 3. In altari ſacrificium Miſſæ celebratum hinc volunt Latini. At nihil aliud vult canon, quàm quod Dominus inſtituit. De altari non diſputamus, quia illius in N. T. talis mentio non fit, ſed Menſæ Domini, unde denominatio obtinuit. Aras nominat Tertullianus, altaria Cyprianus & hîc Clemens; verùm illa non erant lapidea, nec fixa, ut pòſt Sylveſter conſtituit, ſed lignea, & quidem ſimplices Menſæ. Nulla primi Chriſtiani altaria habuêre, unde Gentes hoc ipſum noſtris exprobrârunt, uti apud Orig. Minut. Felicem, Arnob. & Clem. Alex. reperire eſt. Quin notant docti, altaris terminum pro menſa non rarò accipi ex V. T. uſu: uti etiam pro anima juſta & corde pio, quo pietas erga Deum exercetur.

In tertium & quartum diſcinditur hìc canon in editione Tigurina, Staravolſcii, Carranzæ, & veteris Latinæ: inde canon quartus aliis quintus eſt. Nihil autem offerri in altari præcipitur, præter id quod Dominus mandavit, rectiſſimè, idque contra hæreticos. Ergo panem & vinum, ceu apta ſacrificio ſive communioni ſacræ volunt offerri in altari, oleum item ad luminaria, & incenſum, novàſque ſpicas & uvas ex quibus fiunt panis & vinum. Reliquos fructus domum mitti jubet Epiſcopo & presbyteris, qui Diaconis & Clericis diſtribuant. (m) Diſtinguuntur ergo & à ſe invicem ſeparantur oblationes quæ pro S. Cœna celebranda à fidelibus fiebant, ab iis, quæ charitativæ, ac pro Clericorum, atque pauperum ſuſtentatione donabantur: i. q. Concilium Carthag. III. anno 397. celebratum, can. 37. Codicis

g 3 dicis

m) *Bona l. 2. c. 8. §. 3. adde Dallæ. in Pſeudep. l. 3. c. 14. p. 599.*

An.102. dicis Africani, ſeu can. 24. illius Concilii. Ita Concilium Trullanum vetuit can. 28. offerri uvam, propter abuſum, qui in quibuſdam irrepſerat Eccleſiis, ut eam Miniſtri ſacræ communioni conjungentes ſimul populo diſtribuerent. (*n*) Neque ſequitur ex oleo oblato fideles interdiu etiam luminaria in altari habuiſſe, prout Bona putat: (*o*) Paulinum autem, quem in teſtem advocat, non curamus. (*p*) Eadem ratio cum incenſo, ceu Apoſtolicis temporibus ignoto, nec argumentatio ab uſu Judæorum, & gentilium deducta ullum apud nos pondus meretur, nec enim ſacrificium propriè dictum in N. T. ſtatuimus. Non ergo Judaizamus, neque gentiliſmum revocamus. (*q*)

Can. 4. Num fieri hoc tutò Apoſtolorum ævo, vel primis ſeculis potuerit non diſquirimus nunc. Viſe Blond. de Epiſc. p. 136. Rectè de hoc Tilenus (*r*) *Non eodem jure primitiæ exigi, aut afferri poſſunt, quo decimæ. Nam cùm decimæ olim alendis Sacerdotibus ſolverentur, primitiarum oblatio, ſacrificii propriè dicti, quod nonniſi Deo ritè offerri poterat, rationem habebat: quæ ſacrificia cum unico Chriſti ſacrificio abrogata fuerint, nefas eſt hujuſmodi typos in Eccleſiam revocare.*

*vid.* §. 47. *can.* 17. §. 43.) Can. 5. Vetus editio, item Carranza & Staravolſc. Diaconum omittunt: vide diſt. 28. ſi quis. Et d. 31. quicunque. Et quoniam. Hinc Cucchus (*s*) *Olim ſimplex fornicatio juſta cauſa Clerico deponendo exiſtimabatur.* d. 18. c. presbyter. ad quod rectè Mareſius (*t*) *Tunc autem Presbyteris & Clericis licebat eſſe conjugatis.* Confer hîc can. 50. (*u*) Quid ergo fiet ſacrificulis? Reſpondent, non permitti copulam conjugalem, liberorúmve procreationem, ſed tantùm juberi uxoris curam gerere, ipſíque de omnibus ad vitam honeſtè degendam proſpicere. (*x*) At ſatis non dicunt, quin Manichæiſmum ſapiunt: conf. Grat. d. 31. c. ſi quis. Quod Deus conjunxit, homo ne ſeparet. Conjuges certè olim Miniſtri habuerunt, & nihilo ſecius perpetuò & docebant, & miniſtrabant, nec ſoli Presbyteri & Diaconi ſed ipſi etiam Epiſcopi: vid. Bevereg. in hunc can. Has, juxta canonem, ἐκβάλλειν, abjicere, ſeu, ut Gratianus loquitur, contemnere non debebant. Ceu non maximè contemnatur, cui benevolentia debita ſubtrahitur, quàm ſi negligatur quoad victum & veſtitum. vid. Gangr. Conc. c. 1. & 4. Apud adverſarios nefas eſt cogere concubinarium Clericum, aut Presbyterum ad concubinam ſuam abjurandam, conjugem autem ſuam abjurare tenetur. Quid quòd etiam qui poſt votum nuptias contraxerunt, ſeparari non debent, ex c. quidam. d. 27. Sive dicemúsne Apoſtolos relictis uxoribus concubinas circunduxiſſe? Seu dicant, propter quid matrimonium ſit inſtitutum numnon,

*n*) *Viſe Larroq. de Euch. part.* 1. *c.* 4. *p.* 56. *Arnd. ant. l. Cœna D. à* §. 83. *conjunge Caſalium c.* 11. *p.* 86. (*o*) *l.* 1. *c.* 25. §. 7. (*p*) *Larroq. de Euch. l.* 3. *c.* 1. *p.* 807. (*q*) *Larroq. ib. p.* 799. *ſeq. collat. cum Bevereg. in hunc can.* (*r*) *diſp. T.* 2. 22. §. 26. (*s*) *Inſtit Inv. Can. l.* 2. *tit.* 2. *p.* 98. (*t*) *p.* 103. (*u*) *Hoſpin. de Mon p.* 91. *b.* (*x*) *T.* 1. *Conc. p.* 40. *edit. Pariſ.*

numnon propter humani generis propagationem ? Nulla lex in Eccleſiis An. 102.
Orient. ſicut à Papa in occid. continentiam à conjugibus præcipiens fuit unquam propoſita, nulla vis adhibita contra Clericos conjugatos. Caſalius (y) negare non poteſt ex can. 25 al. 26. ipſi 27. Lectores & Cantores etiam poſt initiationem uxorem ducere potuiſſe. *Ea verò eſt differentia*, inquit idem, *inter Græcos & Latinos in ſacris ordinibus conſtitutos : quod illis licuit poſt conjugium ad ſacros ordines aſcendere, & uti matrimonio antè contracto, quod Latinis eſt interdictum.* Confer de Dom. l. 2. c. 10. §. 4. inpr. 50. & §. 17. Annon verò Epiſcopus aut alius Clericus conjugatus monſtrum hodie apud Romanenſes ? Candidè igitur ad marginem verſionis Hervet. *Canon hic Apoſtolicus mutatus eſt per 12. canonem VI. Synodi.* Hinc Balſamon in præſentem canonem : *Ante VI. Concilium Trullanum, permiſſum fuerat Epiſcopo habere uxorem* &c. Hæretici quidam conjugium in univerſum omnibus fidelibus inquinationem eſſe fingebant, alii in ſolo ordine ſacerdotali locum habere contenderunt, ſub εὐλαβείας prætextu; ita hîc continentia non vituperatur, ſi quis ideo abſtineat (z) ut expeditior ſit ad Miniſterii officia : eos contrà ſub depoſitionis & excommunicationis pœna damnant, qui γάμον h. e. conjugium, nuptias & conſuetudinem conjugalem, religioni, pietati, & reverentiæ S. Miniſterii prorſus non convenire dicunt. vide infrà can. 17. & 26. alibi. Arndius Ant. l. de nuptiis à §. 178. canones Synodorum de hac materia agentium, in tria tempora diſtinguit, quorum prius ad an. 325. ſecundum ad Juſtinianum ſeu an. 530. tertium ad ſequentia ſecula. Ad primum Apoſtolicos hos canones refert : item can. 14. Conc. Gangr. Neoceſ. can. 8. Arelat. can. 10. Eliber. c. 8. ubi nullibi monogamia Clericis prohibita.

§. 44.) Can. 6. Mitiùs hic canon exprimitur infra can 81. vid. d. 88. c. Epiſcopus. Et d. 36. c. ſi quis. Conf. 2. Tim. 2. 4. Luc. 12. 14. Hinc nihil magis interdictum olim quàm curæ & negocia ſecularia. (a) Ita Cypr. l. 1. ep. 9. monet, ne quidem fas fuiſſe Chriſtianis ullos Clericos tutores, vel curatores ſuis liberis præficere &c. Ex quibus prohibitionibus apparet, variè ſemper in hac re peccatum fuiſſe. Nulla olim apud Eccleſiaſticos jurisdictio erat contentioſa, nullum forum legibus, ſed audientia & notio duntaxat, neq; in omnes perſonas, neq; in omnibus caſibus. Novel. Juſt. 79. & 83. ut Cler. apud proprios Epiſcopos. Cujac. ad tit. de Epiſc. audien. in paratit. Conf. l. 25. cum Clericis Cod. de Ep. & Cler. Novell. Val. de Ep. Judic. Ita juriſdictio contentioſa ac negocium ſeculare interdictum illis fuerat, ut Imp. Juſtin. l. 40. talem conſtitutionem dederit, *Abſurdum Clericis, imò etiam opprobrioſum, ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum forenſium.* Hinc l. 23. conſulta divalia c. de teſtam.

(y) *c. 91. p. 368.* (z) *Chemnit. Conc. Trid. p. 497. fuſiùs Cham. l. 14. c. 10 à can. 18. Drelinc. au faux viſage* §. 20. p. 204 (a) *Libert. Gall. T. 1. 544. inpr. Bevereg. in hunc can.*

An. 102. ſtam. ſub auri librar. 50. mulcta aperire & publicare teſtamenta illis fuerat interdictum. ita nonnulla veterum exempla extant, qui ab officiis politicis traducti ſunt ad Epiſcopatum, cujus gratiâ illa reliquerunt, ut Ambroſius, Nectarius, Sidonius Apollinaris &c. ſed non reperti pii Epiſcopi, qui ab Eccleſia in Curiam tranſilierint. Neque ulla ratione effugiunt, qui dicunt, eos notari, qui ſeſe implicant, non qui vocentur: ut & illos, qui ſub fictitii ſuprematûs papalis prætextu talia negocia & officia tractant, adeòque non vocati ab aliquo Magiſtratu: vel eos, qui prætexunt, hîc prohiberi curam temporalium Epiſcopis quatenus ſunt Epiſcopi, non autem, quatenus ſimul ſunt Principes politici: quandoquidem abſoluta ſunt & illimitata canonis verba, ita ut ne illi excuſentur Clerici, qui ab aliquo Magiſtratu vocati, munus ſuum Eccleſiaſticum negligunt: nec iſti, qui Epiſcopum ſimul & Principem politicum aliquem eſſe poſſe cenſent. Quid verò hodie Romanæ factionis Epiſcopi? Raro concionantur, ac munus Eccleſiaſticum, tanquam faſtigio ſuo indignum, in alios rejiciunt, plebem per deputatos paſcentes &c. Longè alia Ammianus Marcellinus, ipſe licet Ethnicus, l. 27. de habitu vitæ beatorum, quos vocat, Epiſcoporum. Damnatum etiam in Paulo Samoſat. maximo licèt Epiſcopo, quòd mundanas dignitates uſurpaverit, & Ducenarius magis, quàm Epiſcopus vocari voluerit. (*b*) Neque audiendi illi qui prætendunt literarum ignorantiam in cauſa eſſe, quò minùs munia quædam & res politicæ Laicis perſonis committi queant: ſiquidem raro hæc ratio obtinet, inpr. ubi doctiores Laici, quàm Clerici. Unde in variis Regnis magnæ Principum querelæ. Certè non eruditionis, neque experientiæ, ſed dignitatis potiùs reſpectus habetur, ac talia ſæpe Clerici ſibi tribuunt, à quibus tota antiquitas abhorruit. (*c*) Nec regularium & ſecularium diſtinctio quidquam illos juvat, ut quæ in verbo Dei fundamentum nullum habet. Vel ſolam tot & tantorum prædiorum atque dominiorum invaſionem conſidera, quibus ut aves rapaces inhiant, unde iisdem hoc Veneti exprobrant: (*d*) Atque ex his titulos ampliſſimos acquirunt. Modò utranque poteſtatem & utrunque gladium ſibi & Epiſcopis tribuit Papa. Inde etiam:

*Contra ſecularia Clericorum negocia.*

*vid. infrà can. 81.*

Quicquid agit mundus, Monachus vult eſſe ſecundus.

§. 45.) Can. 7. idipſum quòd hîc ſub depoſitionis pœna vetatur, diu in multis, iiſque ſanctiſſimis parœciis, imò diœceſibus Aſiæ, orientis & Syriarum ſervatum τεσσαρεσκαιδεκατῖται dicti: L. *Quartadecimani:* quales etiam Audiani hæretici fuerunt. Neque illi, qui aliter paſcha celebrârunt, unquam hunc canonem protulerunt, vel leviter commemorârunt, vel quicquam ea de re à Clemente ſcriptum laudârunt. Iſte canon ſi à Petro, aut Apoſtolis fuiſſet conditus, quis locus relinqui potuiſſet contentioni, quæ tempore Victoris, Polycratis & Irenæi erupit? Epheſini Judæorum more paſcha celebrant,

*b*) *Euſ. l. 7. c. 24.* (*c*) *ib. Gall. Chriſt. p. 372. f. ſeq.* (*d*) *cont. Paul. V. p. 34.*

celebrant, Johannis Apoſtoli traditionem producentes, Romani ſecus, ja- An. 102.
ctantes Petri ſui vetus inſtitutum. Fortè inter ipſos Apoſtolos non convenit. Vide plurib. Beveregium.

Can. 8. Certè ſi admiſerint hunc canonem infiniti Clerici erunt excom- *Solitaria*
municandi, cùm frequentiſſimè adſint Miſſæ, & neque communicent, ne- *commu-*
que rationabilem cauſam dicant, quur abſtineant à communione. Quomo- *nio.*
do ergo Apoſtolorum iram effugient Miſſarum ſpectatores? Fruſtrà hîc Franc. Sylvius ex Ep. 1. Anacleti, de iis Clericis heîc agi, qui diebus ſolemnibus aſſiſtunt & miniſtrant ſolemniter celebranti. Non enim attendendus PſeudoAnacletus: neque in canone hoc quidquam de ſolis miniſtrantibus, ſicut etiam malè huc detorquet Bona l. 1. c. 18. §. 9. Ideo candidiùs in Carranzæ editione Rothomag. *Totum hoc decretum non divino, ſed humano jure conſtitutum, jam contraria conſuetudine eſt abrogatum.* Idem ex Bellar. Suarezio, & Turriano Collector Concil. edit. Pariſ. p. 42. agnoſcit. Sic in edit. Crabbi: *Omnes Præſentes communicabant.* Confer Arnoldum Abbatem de freq. communione: & Dallæ. de cultu Lat. l. 4. c. 7. f.

Can. 9. Non modò Clerici, ſed & Laici præſentes communicare debe- *Laici eti-*
bant. vid. de conſecr. d. 1. c. omnes fideles. item Conc. Antioch. c. 2. & Agath. *am com-*
c. 31. conſtit. Apoſt. l. 8. c. 11. & 13. *(e)* Id quod ingenuè agnoſcit Bona *municent.*
l. 1. c. 13. §. 1. Quî ergo Miſſæ privatæ permittuntur hodie, nec niſi theatrica ſpectatio eſt, apud quos magni eſt meriti inſtar intereſſe Miſſæ officio. Olim dicebatur: *Ite foras, qui non vultis accipere Sacramentum.* Et poſt cantatum Symbolum iterum: *Qui communicare non vultis diſcedite.* Nunc verò apud Latinos qui Miſſæ interſunt rari communicant, una iis cura eſt Sacramentum non ſumere, ſed adorare. Unde hæ locutiones natæ. *Audire Miſſam.* & *Videre Miſſam.* At eo ipſo quia communio eſt, in ædibus privatis celebrari prohibetur Conc. Laod. c. 58. *(f)* Ergo malè ſemel nonniſi in anno communicatur. Futile eſt ſuffugium apud Carranz. edit. Rotham. cùm ajunt: *Hîc juxta expoſitionem Concilij Antioch. can. 2. non excommunicantur, vel damnantur ij, qui ſimpliciter & abſolutè extra legitima & conſtituta certa tempora non communicant, ſed ij duntaxat, qui certa de cauſa, nimirum ob aliquam ſuperſtitionem & pravam opinionem Scripturas quidem audiunt, ſacram autem communionem averſantur.* Semper enim firmum manet, vi canonum omnibus eſſe communicandum. Futilius Staravolſcius: *ij damnantur*, inquit, *qui ſtatutis ab Eccleſia temporibus, puta circa feſtum paſchatis, vel contemnunt S. Synaxin, vel ob aliquam ſuperſtitionem abſtinent à communione.* At abſolutè canon loquitur, omnésque fideles Apoſtolorum tempore frequentiſſimè communicârunt.

Ib. & can. 10. item 12. ἀφοριζέσθω, ſegregetur: ubi gradus major *Suſpenſio.*
καθαιρείσθω, deponatur, ἀφορισμὸς i. q. ἀκοινωνησία: excommunicatio, abſten-

h tio,

e) *Adi Dallæ. ibi c. 1. p. 452. ſeq. Drelinc. an faus viſage §. 20. p. 178. Bevereg. l. c.*
(f) *Larroq. Part. 1. c. 11. p. 234.*

An. 102. tio, ſuſpenſio. Durum videtur, quòd cum ſuſpenſo orare, ne domi quidem liceat: niſi hæc ſubſit cauſa, ſi ſuſpenſio illa contemnatur: vid. can. 33. Laod. can. 2. Antioch. l. Adiſis Zimmerm. in Tertull. §. 170. p. 362. & §. 190. p. 384. Tu conſule Bevereg.

*Commendat. literæ.* §. 46.) Can. 12. γϱάμματα συστατικὰ i. q. συστατικαὶ ἐπιστολαί: Commendatitiæ literæ. Dabantur tum Clericis, tum Laicis à communione ſeparatis, aut ignotis in aliam civitatem abeuntibus, ipſos loci illius Epiſcopo commendantes, ut cenſuris ſolutos, vel fideles exiſtentes. Annot. ad Carranz: *Peregrinantibus, & de moribus ſuſpectis dari tales literæ ſolebant, ne quid de illis dubitaretur, quibus quocunque pergerent, viatici loco apud Chriſtianos utebantur:* Id ferè Reformati in admittendis peregrinis communicantibus obſervant. Contra hunc canonem graviter ſæpe Epiſcopi Rom. peccaverunt, dum leviter interdum adpellantes, ſuſpenſos & excommunicatos ſuſcepere, unde lites illis cum Orient. & Africanis. Nihil enim ſingulare, nec ulla ad Rom. Epiſcopum adpellatio heîc conceditur: vid. Nic. Conc. can. 5.

Can. 14. Rectè Carranza & Starav. ex can. 16. Antioch. *Intellige*, inquiunt, *non de his, qui aut vi expulſi, aut neceſſitate coacti, aut authoritate majorum hoc agunt, ſed de his, qui avaritiæ ardore inflammati, ſponte ſua proſiliunt, & potiùs ambitioni*, quàm utilitati Eccleſiæ ſervire, & ut dominationem agant, inſiſtere cupiunt. Scilicet aliud eſt translatio aliud tranſitio (*g*) Gr. μετάθεσις, μετάβασις, ἐπιβασία, i. e. translatio, migratio & invaſio (*h*) Blondellus (*i*) ex Conc. Nic. can. 15. al. 16. Antioch. c. 21. Chalced. II. Arelat. c. 13. &c. eandem legem confirmat: ubi tamen nulla harum Synodorum authoritatem Apoſtolicam allegat, id quod omnino factum fuiſſet, ſi talis lex Apoſtolica extitiſſet. Verùm quot hodie in papatu invaſiones inutilésque translationes? ut de beneficiorum pluralitate taceam. Ordinat profectò Papa in aliorum Epiſcoporum limitib. Clericos: diſponit pro lubitu Epiſcopatus &c. vid. Bevereg.

*Translatio & tranſitio.* Can. 15. Confer can. 16. Conc. Niceni, & c. 3. Antioch. alia. Vide & Baſilium ad Amphilochium can. 32. Spirituale enim conjugium inter gregem & paſtorem: ſeu copula cenſetur. Hinc magna de translationibus licitis & illicitis quæſtio. Permiſſas ſtatuunt, quando transferendus plus poſſet lucri conferre ubi tranſire debebat, puta propter hæreticorum, vel fideliū converſionem, & majorem religionis profectum. Non verò Pontificis R. authoritatem intervenire debere Niceph. l. 14. c. 39. exemplis docet. (*k*) Revocare ſine venia abeuntem Clericum Epiſcopus poterat, íſq; parere cogebatur ac inobediens puniebatur: olim quidpe Clerici glebæ accenſebantur terræ. Laica autem communio non fuit, ut fingit Bellarminus, ſub una ſpecie, ſed 1. communio ſola, absque poteſtate Sacramentum Euchariſtias adminiſtrandi. 2. Communio

*g) vid. Marcam l. 3. c. 2. §. 3. (h) idem l. 6. c. 8. §. 5. (i) de prim. 794. (k) Rouſſel. l. 1. c. 4. §. 78.*

munio extra chorum, à communione Clericali loco, ordine & gradu diſtincta. (l) Clericus anteq. excommunicari potuit, priùs deponi & degradari h. e. ad Laicam communionem rejici debuit: Gr. ἰδιώτης ἔςαι καὶ λαϊκός. An. 102.

Can. 16. Nec Romanus hîc excipitur Epiſcopus; unde meritò ataxias ſæpe accuſati Papæ Romani jamdudum, & Patrum in illos cenſuræ extant. Rectè quidem monet hoc loco Balſamon, Carthaginenſem Epiſcopum ex alia Africæ diœceſi transferre potuiſſe abſque dimiſſoriis literis illius, qui talem ordinavit: eodémque uſum privilegio Conſtantinopolitanum; at nonniſi in ſuis provinciis facere hoc potuerunt, neque extra neceſſitatem. Quin & Imperatori licuiſſe Clericorum facere translationes idem docet.

§. 47) Can. 17. idem diſt. 33. Si quis poſt. De ſimultaneo conjugio hic canon accipiendus: quemadmodum Judæi unà plures uxores habuere. Unde tale conjugium cum pellicatu hîc confertur. Clericus δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς, qui una uxore non contentus alteri adhæſerit, ſeu ſecundam ſibi junxit. Apertè Paulus bigamiam ſucceſſivam permittit 1. Cor. 7. 9. quia mortua conjuge liberatus eſt vir à lege mortuæ. v. 39. Clemens Conſtit. l. 3. c. 2. bigamiam ideo à religioſis evitandam docet, quia Deus unam mulierem uni viro tradidit in prima creatione: quæ ratio quomodo ſolos Clericos, non item laicos obſtringat; adeóque omnes homines à ſucceſſiva digamia ſeu polygamia avocet, adverſarii dixerint. Ad hunc canonem prolixè Dallæus (m) Canon Romanorum (modernorum) *Concubinatum irregularitate non puniri.* Itaq; quod hic dicitur, nunc uſu revocatum & ſublatum eſſe tradit Covarruvias referente Binio. Quanquam ipſe Binius Concubinarium, non propter ipſum flagitium, ſed tantùm ratione infamiæ irregularem hoc canone conſtitui ac declarari putat. Unde regula: *Si non caſtè, modò cautè.* Verùm rotunda ſunt & aperta verba ſine ulla exceptione. Fortè quemadmodum lupanaria Romæ concedunt, ad majora peccata evitanda, ita hoc loco Clericis concubinatus permittitur, vel ſaltem dignè non punitur, ne deſtituantur greges Latinorum ſuis paſtoribus, neve matrimonium contrahant. *Siricius*, ait Roſſelius, (n) *& Martinus relaxârunt hunc canonem* (de bigamia) *ut ſinerent tales in minoribus ordinibus.* Ex malè intellecto loco ortus omnis error, *Epiſcopus, aut quiſque Clericus ſit unius uxoris vir.* An ergo Epiſcopus idem quod quiſque Clericus? Simultanea hîc quoque intelligi conjugia non negat Staravolſcius dicens: Statuitur, *ne quis duas ſimul, aut ſucceſſivè uxores carnaliter cognoſcens admittatur ad ordines ſacros, niſi cum diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, ſimiliter nec concubinarius infamis.* Ergo monogamia fuit permiſſa Clericis. Confer hîc can. 5. Eccleſiaſtico jure veteri ordinari potuiſſe conjugatos in Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos quatuor

*Polygamia.*

*vid. can. 48.*

h 2 priorum

*l) Vid. Caſal. p. 406. m. & ſeq. i. ubi ſatis obſcurè loquitur. (m) in pſeudepig. l. 3. c. 16. p. 612: (n) l. 1. c. 4. §. 13.*

An. 102. priorum ætatum varia cùm teſtimonia, tum exempla probant: Confer Concilia Ancyr. Nicen. Gangr. atque etiam poſt ordinationem retinebantur. Hinc Epiſcoparum, Presbyterarum, Diaconiſſarum nomina. (o) Ecquo jure autem hoc canone ante baptiſmum aliquid conceditur, quod negatur poſt baptiſmum? (p)

Can. 18. al. 17. diſt. 34. Si quis viduam. Ecquî vidua cum ejecta & meretrice eodem cenſu habetur? Nimirum judaizabant adhuc Apoſtoli.

*Cler. negocia ſecularia.* §. 48.) Can. 20. al. 19. Ad hæc Staravolſcius: *Si quis ex pietate miſerabilem perſonam juvet, non peccat, ſed meretur.* Panor. c. 1. Gemeſius T. 2. variar. reſolut. c. 13. n. 18. Eò tendit hoc præceptum, ne ſe Clerici negociorum moleſtiis, & vexationibus judiciorum objiciant. (q) Adde tu: ſcandalis apud vulgus. Vide Zonar. & Balſam. Hinc in Capitulari Gall. l. 1. c. 158. *ut nullus presbyter chartas ſcribat, aut conductor ſui ſenioris exiſtat.* Ita advocati eſſe non poterant, niſi pro ſe, vel ſua Eccleſia, vel miſerabilibus perſonis: neque negociatores, tutores & executores teſtamentorum. Fusè Libert. Gall. T. 1. p. 375. ſeq.

*Eunuchi.* Can. 21. al. 20. diſt. 33. Eunuchus. Ἐυνȣχισμὸς alius voluntarius eſt, alius coactus; alius activus, alius paſſivus, ſive à barbaris, ſive à Dominis, ſive à medicis ex morbo: activa exſectio ex indignatione, ſive ex continentiæ ſtudio profecta, ſive per ſe, ſive per alium repellit à clericatu juxta canones, quia tales ἀυτόχειρες habiti, indigníque qui alios ad conflictum cum tentationibus & ſtimulis, imbelles ipſi hortarentur. Contra *Valeſianos* agit hic canon II. ſeculo ortos: occaſione loci Matth. 19. 12. vid. Bevereg. Ita can. 22. cui can. 23. conjunge. i. q. Nic. Conc. c. 1. etiam ſi zelo pietatis hoc fecerit, tamen eſt irregularis. Ergo ſiniſter cœcus zelus non meretur, imò ne excuſationem habet. Huc ſpectant, quæ monet Caſalius p. 418. Adoleſcentuli, ut cariùs voces locent, ſe caſtrari permittunt. Hic abuſus hodie maximè irrepſit in Eccleſia: ob quem dubio procul multa imminent à Deo flagella. Vide Inchofer Jeſuitam. At ubínam fundamentum habet cœlibatus, Monaſtica vita, & ſexcenta hujuſmodi? Annon vitæ ſuæ inſidias ſtruunt cœlibes Sodomitæ & incontinentes? Num verò talis homicidii exemplum Apoſtolorum ævo accidiſſe quis dixerit? Eodem ſenſu can. 24. de Laicis agit. Adi Hoſpin. de Mon. p. 22. b.

Can. 25. duo ſunt apud Carranz. Starav. & Crabbium; unus autem in veteri Lat. canon. vid. d. 81. c. presbyter. & c. ſi quis. &c. quidam. Tolet. Conc. IV. c. 42. Annon verò multa peccata duplici pœna puniuntur, utpote depoſitione & ſegregatione? Laici ita peccantes quare magis, quàm Clerici communione privandi ſint, non video, quandoquidem Eccleſiæ ſatisfaciendum. Quot ergo Clerici erunt abjiciendi?

§. 49.)

o) *Conſule Hornb. ſumma cont. p.* 919. (p) *vid. Hornb. l. c. p.* 920. & 922. *adde Arnd. Ant. l. Clericus à* §. 279. (q) *Rouſſel. l.* 4. *c.* 5. §. 10.

§. 49.) Can. 26. apud Carr. Starav. & Crabbum eſt can. 27. in veteri verò Lat. 25. (r) Ergo in ipſo Clericatu cœlibatum deponere licuit. At ordines iſti poſt Apoſtolos inducti, nec illorum in S. L. ulla ſit mentio. Non quòd Apoſtolorum ævo non eſſent, qui legerent, aut recitarent quidpiam in S. cœtu, aut quid aliud canerent. Verùm hæc ad S. ordines pertinuiſſe nunquam oſtendent. Cœterò ante ordinationem Presbyteros, Diaconos & Hypodiaconos copulare nuptias & ordinari potuiſſe: poſt ordinationem verò ſolis Cantoribus & Lectoribus indultum Balſamo & Zonaras teſtantur. Solos Epiſcopos à conjugio Græci excipiunt hodie. Non excluſos à nuptiis presbyteros Grat. d. 28. c. ſi quis. ex Conc. Gang. probat. Sic Ancyr. Conc. c. 10. permittit Diaconis proteſtantibus tranſire ad nuptias. Et Hier. lib. contra Vigilantium aſſeverat, conſuetudinem fuiſſe ut Diaconi priuſquam ordinarentur, ducerent uxores, quò ita conjugati poſtea à diaconatu ad ſuperiores ordines promoveri poſſent. An ergo tum Apoſtolorum canones receptos fuiſſe judicabis? Confer hîc can. 5. ita can. 51. hæreſis eſt nuptias contrahendas Sacerdotibus prohibere tanquam rem profanam, immundam & miniſterio indignam. Et Conſtit. l. 2. c. 2. item l. 6. c. 27. diſertè negatur, legitimum concubitum hominis naturam contaminare, vel Spiritum S. auferre. (s) Non malè de Dom. (t) monet, canonem hunc deſumtum ex chalced. Concilii can. 14. qui habetur etiam d. 32. c. 15. quoniam in quibuſdam provinc. An. 102. *Cœlib. Cleric.*

Can. 27. al. 28. Cur verò diſertas leges Apoſtoli in ea peccata tuliſſent, quorum nulla erant, nulla probabiliter metui in eo rerum ſtatu poterant exempla. Prolixè hic canon hodie infringitur ab iis qui vi cogere volunt ad religionem (u) item ab iis, qui judicia forenſia, ſi non ipſi, tamen per alios exercent, ac pœnas varias & graves infligunt.

§. 50.) Can. 29. al. eſt. 28. al. 30. vid. Chalced. Conc. can. 2. Ejuſmodi decreta contra Simoniam extant quamplurima. uti c. 1. q. 1. (x) At hanc ipſiſſimam negociationem ſtrenuiſſimè præ cœteris & avidiſſimè exercet Rom. Papa: imò nulla alia ratione ſémet intrudit. Cuique notum Reges & Principes maximâ auri maſsâ à Cardinalibus vota pro Papa eligendo emere. Hinc Bernhard. conſid. l. 4. *Quem dabis mihi de tota maxima urbe, qui te in Papam receperit ſine pretio, ſeu ſpe pretii non interveniente &c.* Eodem canonem ſeq. 30. applicabis, quandoquidem Regum & Principum artibus Papæ fiant, ut de reliquis nihil dicamus. De Vigilio vide Liberati Breviarium c. 22. Elector Imperatoris accipiens pro ſuffragio pecuniam, amittit ſuffragium. (y) Hæc verò ratio in Eccleſiaſticis ſi valeret, Papam non haberemus, & vix Epiſcopum unum & alterum. Ergo de Paparum ſucceſſione & vocatione non *Simonia.*

 eſt

r) *vid. Iuſtell. T. 2. p. 1416. a.* (s) *vid. Caſal. c. 91. p. 368. Arnd. Ant. I. Clerus: à §. 254.* [t] *l. 2. c. 10. §. 6.* [u] *vid. Arnd. l. hæret. à §. 9.* [x] *vid. Marcam l. 8. c. 13. §. 4. 5.* [y] *Rumelin. in aur. Bulla p. 75.*

An. 102. eſt quòd glorientur. Suffragiis olim, nec ſolius Cleri ſed & plebis agebatur: quia ad totam Eccleſiam ſpectabat negocium. Ita rectè quatuor gradus in electione obſervant. 1. Plebis petitionem. 2. Cleri cum plebe electionem. 3. Epiſcopi judicium, an dignus ſit. 4. Imperantis Magiſtratûs confirmationem vel conſenſum: à quo interdum etiam fiebat electio, quæ ſic comparata, ut Epiſcopo remittatur probandus: & clero plebiſque ſiſtatur. Non ergo ſatis dicit Perronius (z) *Plebs non eligebat Epiſcopos, illi enim nonniſi erat permiſſum dicere, quid reprehendant in electo.* Neque meliùs paulò pòſt ait, *Epiſcopos Orientales confirmationem à Metropolitano ſuo: Metropolitanum* autem à Papa R. *obtinere debuiſſe: Patriarchas à Synodis creatos, Romam confeſſionem ſuam miſiſſe.* Ita ſcil. ſomniat, nihil probat. Miſit ſanè etiam aliis Epiſcopus novus Romæ electus ſuam confeſſionem, num ergo ab illis confirmabatur vel dependebat? Vel ſi velis, eatenus ab aliis confirmabatur, quatenus eum ob editam orthodoxam confeſſionem in communionem ſuſcipiebant. Hodie omnia à Papæ unius, ejúsque Delegatorum nutu, nec ſine redemtione, omnia pendent. Sed quinam iſti ſeculares principes tempore Apoſtolorum, contra quos hic canon ſancitur? Neque tamen ſoli Petro hîc omnia deferuntur, unde Apoſtolorum Canones vocantur. Ergo non ſolus Papa Rom. regnat & diſpenſat: hinc æquali jure uſi Apoſtoli, quam ob cauſam dicunt can. 27. καθαιρείσθω προστάσσομεν :i. q. hîc καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω. vid. 16. q. 7. c. ſi quis Epiſc. At nos ab electionibus, à Conciliis, & ejuſmodi judiciis excluſos fuiſſe Laicos negamus: aliud inſuper directivum eſſe judicium, aliud coactivum, ſeu Jurisdictionem aliam internam, qualis in Eccleſia, aliam externam, ſicut in politia pronunciamus. De hoc Marca ipſe Archiep. (a) *Jus novum* ( ecquid ergo vetus?) *à canonibus Gallicanis collatum Regibus; nempe ut eorum voluntas, aſſenſus & approbatio requireretur ad electionem Epiſcopi. quæquidem indulgentia non omnino abhorrebat à veterum regularum ſenſu, ſi diſcrimen obſervetur inter potentiam & præſidium &c.* Fruſtrà Canoniſtæ Rouſſelius (*b*) & Rufus (*c*) Laicos electioni ſe non immiſcere debere ex hoc canone contendunt, quandoquidem ipſe hic canon primitivæ Eccleſiæ praxi, de qua in Apoſtolorum actis, contradicit, adeoque fidem ſuam prodit. Videſis M. Ant. de Dom. l. 3. c. 3. & l. 6. c. 7. §. 33. in pr. §. 39. Eſto verò ſanè canon Apoſtolicus, Magiſtratum tamen ab electione non repellit, quò minus iſti etiam concurrant: unde Epiſcopus ſeu Presbyter ab extraneis etiam bonum teſtimonium habere debet: 1. Tim. 3. 7. Etſi Cornelius (*d*) de plebis quoque ſuffragio electus, quur Princeps plebis excluderetur? Sola itaque & inuſitata laica poteſtas, ſub qua malæ latent artes, prohibetur. Neque recentiorum & jam corruptorum ſeculorum, ſed primorum & puriorum hiſtoriam attendimus: quanquam

*Electio Clericorum.*

(z) *in poſth. p. 125.* (*a*) *de Concordia Sacerd. & Imp. l. 8. c. 9. §. 3.* (*b*) *l. 2. c. 5. § 12.* (*c*) *contra Car. Molinæ p. 155. & 492.* (*d*) *apud Cypr. l. 4. c. 2.*

quam & pro noſtra parte exempla minimè deſunt. Haut prætereunda quæ Perronius (*e*) nobis promit: *Nonniſi authoritas Papæ & Epiſcopalis dignitas juris ſunt divini: inſtitutio autem Patriarcharum, Metropolitanorum & Archiepiſc. non eſt juris divini, quia inſtituti à Conciliis, ab Eccleſia, ſicut* & *Cardinales.* à quibus ergo hi eligendi? At ubi Epiſcoporum inſtitutio in jure divino? ἀπ' ἐμοῦ πέτρου. Atqui apertum eſt & manifeſtum, hos Canones neque à Petro, neque ab Apoſtolis cœteris editos. Sanè collectio eſt poſteriorum temporum, non ab uno, neque ex uno facta. vid. Bevereg. in canonem Apoſt. 35. Simile canone 82. videbis. noſter Oneſimus. & can. 85. ubi Clemens de ſe loquitur. An. 102.

*§. 51.)* Can. 31. Carranzæ, Starav. & veteri Latinæ eſt 32. aliis 30. Et Clerici & Laici proprio Epiſcopo debent ſubjici.

Can. 32. Nic. Conc. can. 5. & Antioch. can. 5. 6. & 13. ubi tamen hujus Apoſtolici decreti nulla fit mentio. Hac lege æquè Papa Rom. tenebatur, atque cœteri Epiſcopi. Hinc Concilium Afric. cui B. interfuit Auguſtinus, in Epiſt. Synodica ad Cœleſtinum P. *Impendiò deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures hinc venientes non faciliùs admittatis, nec à nobis excommunicatos ultrà velitis excipere &c.* Ideo cùm Marcion à Papa ad communionem recipi cuperet, reſponſum tulit à Romanis: *Non poſſumus iſthoc facere ſine licentia Patris tui.* Sic ex can. 43. liquet, Romanum non minùs Metropolitanum fuiſſe, certos limites præſcriptos habentem, adeóque appellationes ad Rom. Sedem permiſſas non fuiſſe. *Appellationes.*

Can. 33. vid. Antioch. Conc. c. 7. Ergo ut diœceſis, ſic & poteſtas Eccleſ. diviſa eſt: quam Rouſſelius l. 8. c. 2. haut rectè *imperium* & *majeſtatem* vocat, cùm nonniſi miniſterium ſit. Immeritò ergo Papam *Principem Eccleſiæ* appellat, qui ſuperiorem non habeat: *§.* 1. Neque enim ad unum Papam formatæ ſunt datæ. Nec juvat illos, quòd ituri ad Imperatorem tales literas interdum à Synodis Provincialibus ad Epiſcopum Rom. acceperint, ab eóque ad Imperatorem, ut dicit *§.* 10. quoniam de aliis quoque hoc idem referri poteſt: ſicut non ad ſolius Romani, ſed ad aliorum quoque Epiſcoporum orthodoxiam provocatum. Alia inſuper cum Roma ratio, quia ibi Imperator ſedit; ac eo ipſo apparet, harum literarum uſum juris divini non eſſe. Non tantùm verò συστατικὰς ſeu commendatitias peregrinaturis datas, ſed ἀπολυτικὰς quoque ſive dimiſſorias à proprio Epiſcopo, rectè monet Balſamon; illæ de pietate & religione teſtabantur, hæ aditum ipſi faciebant, ut poſſet ſacris operari in aliena terra. Confer Conc. Eliber. c. 24. de quo apud Grat. d. 98. c. omnes. Et Conc. Wormat. c. 62. & Juſtell. T. 1. p. 93. b. *Commendat. & dimiſſoriæ literæ.*

*§.* 52.) Can. 34. Duo hìc Papæ poteſtatem infringunt. 1. Ubi unicuique

*e*) *in poſth. p.* 223.

An. 102. *Monarchia Eccl.*

cuique genti, nationi ſeu populo datur primas ſeu Archiepiſcopus. Ergo non ab Apoſtolis unum Caput omnium gentium ſeu primas inſtitutus. 2. Omnis dominatus primati adimitur, dum ſancit, illum nihil abſque cœterorum Epiſcoporum conſilio & conſenſu agere debere. vid. Zonaram & Balſ. Ordinem certum dignitatum fuiſſe non negamus, at non Apoſtolorum tempore, quia nullum in veris ac indubitatis Apoſtolorum monumentis apparet veſtigium, unde Nicena Synodus hæc jura ad CONSUETUDINEM refert, & nulla Apoſtolicæ authoritis, vel legis mentione facta, conſtituit, τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, antiqui mores obtineant. Neque hîc ordo Monarchiæ erat inſtitutio, ſed tantùm ἐυταξίας quædam inter plurimos eiuſdem muneris. Nec enim Archiepiſcopus ſeu Metropolita imperium habebat in reliquos Epiſcopos; nec ex ſe, aut ſuo tantùm ingenio & lubitu quicquam poterat majoris momenti: ſed de communi Epiſcoporum ſuorum conſilio. Et quidem hoc canone non definitur is primus, unde apparet, liberæ electionis fuiſſe. Licet ergo ordo certus dignitatum fuerit, tamen Monarchia neutiquam inſtituta: vid. Conc. Ant. c. 8. al. 9. quare 1. ad politicam rationem hæc inſtituta via ibi docetur. 2. honore quidem cœteris præiit, at nihil amplius præter cæteros Epiſcopos agere debuit. 3. unuſquiſque Epiſcopus ſuæ parochiæ poteſtatem habuit. 4. Metropolitanus talis nonniſi antiſtes fuit, qui ſine cœterorum conſilio nihil agere debuit. In hoc canone ὁ πρῶτος, primus, nullus alius eſt, quàm promotione antiquiſſimus, Senior inter presbyteros loci cujuſque; unde & τὰ πρωτεῖα obtinuit. Ex toto hoc canone apparet hanc præſidentiam, ſeu προεδρίαν novi quid eſſe & antè inuſitati, non ergo ab Apoſtolis inſtitutum: item non affixum fuiſſe eundem hunc honorem uni Sedi, ſed ætate & promotione primo tributus, unde εἰδέναι χρὴ, Nôſſe oportet &c. Confer Beveregium. Cujuſcunque valoris eſſe concedantur Apoſtolici hi canones, hîc tamen, ubi de politia Eccleſiæ agitur, ſacerdotes ſimpliciter Epiſcopis & Archiepiſcopis, ſine omni ulteriori appellatione ſubjiciuntur atque ad illos ablegantur, nulla Papæ ſingulari mentione facta, ubi tamen ratio & locus maximè id poſtulâſſet. Nec verò prætereundum Archiepiſcoporum terminum in hoc ipſo canone non occurrere, ſed primum (Epiſcopum) quo quid aliud, quàm ordo aliquis indigitatur. (*f*) Inſulſus hîc, ut vulgò eſt, Rouſſelius (*g*) *quia primas primati legem imponere non poterat, ergo uno ſupremo, ſcil. Papa, opus fuit &c. qui tum diffinire, tum corrigere in alterius provincia poſſet:* at nihil tale in Chriſti inſtitutione, in Apoſtolorum praxi nihil, neque in Conciliorum ſtatutis, ſed omnium conſenſus in Generali Concilio requirebatur, potiſſimùm verò Imperatorum: in provinciali tum Epiſcopi cujuſque tum cujuſque, Metropolitani (vid. can. 37. & 74.) Unde

*f*) *Oppoſitum ſtatuit Rufus contra Car. Molina. part. 2. p. 24. ſeq. confer de Dom. l. 3. c. 2. §. 3. Alſted. de membr. Eccl. c. 1. §. 15.*] (*g*) *l. 3. c. 2. §. 4.*

Unde in Concilio Conſtantinop. ex ſententia Nectarii & Theophili Alexand. totiúsque Synodi decernitur, Epiſcopum dejici non poſſe, præterquam à Synodo Epiſcoporum provinciæ, ut *Apoſtolici* canones conſtituerunt. (*h*) Ita in tertia, quæ Anacleto falsò tribuitur, Epiſtola: *Epiſcoporum ordo unus eſt, licet ſint Primates illi, qui primas civitates tenent, qui & in quibuſdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur &c. non omnes primates, vel Patriarchæ eſſe poſſunt, ſed illæ urbes, quæ priſcis temporibus primatum tenuere &c. Reliquæ metropoles, Archiepiſcoporum, aut metropolitanorum &c. quia hæc eadem & leges ſeculi in ſuis continent Principibus* &c. Utut verò adverſarii, vi Sardicenſis Concilii, ex Socrate & Sozom. per γνώμην non tantùm ſuffragium, ſed & authoritatem rerum Eccleſ. ſeu τὸ κῦρος Papæ Rom. tribuant, tamen quoque ſententia Metropolitani, & collectio ſuffragiorum omnium Epiſcoporum γνώμης termino redditur, ſícque ex duabus auctoritatibus, ut loquitur Marca (*i*) una integra ſolidáque totius Synodi ſententia conſurgit: adducto hoc canone, ut & can. 39. Laod. item can. 4. & 6. Niceno. (*k*) — An. 102.

§. 53.) Non tantùm Epiſcopi extra ſuam diœceſin ordinare non poterant, ſed ne Primates quidem in ſuorum Epiſcoporum diœceſi præter eorum ſententiam, ut Balſamon interpretatur ex Conc. Antioch. c. 13. & 22. & c. 16. canon. Apoſt. Hinc intra ſuburbicar. civitatum limites conſtringebatur Romanus: ut fusè de Dom. l. 4. c. 2. à. §. 12. oſtendit: confer Nic. Conc. c. 6. item Epheſ. & Ancyr. παροικία eſt membrum particulare & regionale univerſæ civitatis Eccleſiæ. Ἐκκλησίαι ſunt majores Eccleſiaſtici conventus: aliàs etiam παροικίαι & διοικήσεις ſæpe ſynonyma ſunt. In Africa Eccleſia & propriè ſumebatur de Matrice & principali Eccleſia. In occidente parœcia pars Eccleſiæ civitatis. Διοίκησις ex multis conſtabat parœciis, & plures provincias Metropolitanas & Eccleſiaſticas complectebatur i. Ἐπαρχίας. Ἐπαρχία eſt provincia, plures παροικίας cum ſuis territoriis ſ. ἐνορίαις continens Sedes Epiſcopales. Infimis Lat. & Gr. temporibus dicta fuit διοίκησις, quæ olim erat παροικία. (*l*) — *Parochia diœceſis &c.*

Can. 36. χειροτονίαν aliqui pro electione, alii pro ordinatione, alii pro utroque hoc loco accipiendam contendunt. Quid ergo promeruit Clemens, Petro inobediens, ac Lino & Cleto provinciam demandatam relinquens?

Can. 37. At quomodo de Conciliis ſtatuunt Apoſtoli, ſi ante Conſtantini tempora Concilia congregari non potuerint? Quidquid verò ſit, nulla prærogativa Papæ hîc datur, ita ut fraus ſit & ſuppoſita Epiſtola Julii ad Epiſcopos Orient. c. 2. q. 6. c. 30. & aliorum ſimiles de ſuis privilegiis. Ideo verò bina decreta Concilia, ut inter ſe invicem dogmata pietatis explorarent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoverent. Confer Conc. Nic. c. 5. Antioch. c. 20. alia; ubi tamen diſcrimen reperitur quod ad tempus celebrationis, de — *Duo in anno Concilia.*



*h) Marca l. 3. c. 2. §. 2.* [*i*] *l. 5. c. 12. § 7.* [*k*] *confer Blondel. de Epiſc. p. 96. ſeq.* [*l*] *vid. Arnd. Ant. l. Epiſcopi. à §.. 95.*

An.102. quo Marca l. 6. c. 13. §. 7. Dallæ. l. all. p. 662. Quî igitur ab Apoſtolica conſtitutione diſceſſum? Verùm accommodari temporibus Apoſtolorum hoc decretum potuiſſe quiſquam ſomniet? Et tamen nulla Epiſcopi Rom. intervenit authoritas. Concilium verò Tolet. III. can. 18. ſtatuit, ut ſi propter longitudinem itineris non poſſunt in anno bis Concilia provincialia nim. celebrari, ſaltem ſemel celebrentur, Tridentinum autem Concilium quolibet triennio; peſſimo profectò exemplo, ob vitia & certamina creſcentia: & pejori adhuc, quòd uſum Conciliorum ſ. Synodorum non perpendentes, ipſis Apoſtolorum canonibus & ſtatutis, ut putant, contradicere hac ratione non veriti. Bellè verò nonniſi Epiſcoporum congregandorum hîc fit mentio, cùm contrà Apoſtolorum praxis aliud longè doceat: de qua in Concilio Conſtantienſi, Baſil. inpr. apud Æn. Silvium hiſt. Conc. Conſt. l. 1. nî ſub Epiſcoporum nomine cœteros quoque ſubintelligas, quod æquum ſanè, quia iidem tum Presbyteri qui Epiſcopi.

vid. can. 40. §. 45.) Can. 38. al. 39. al. 37. confer can. 76: Conferenda reperiuntur bona Eccleſ. 1. ad Epiſcopi ſuſtentationem. 2. ad cleri alimoniam. 3. ad pauperum levamen & in patrimonia non habentes, in exules & captivos. 4. ad Eccleſiæ reparationem & ſcholas. Igitur non diſtribuenda propinquis, at in alios bene merentes & dignos. Originarii tamen locorum exteris præferendi. Viſe Arnd. Ant. p. 227. ſeq. de Dom. l. 9. c. 10. §. 5. Hammond. de Epiſc. diſſert. 3. c. 7. §. 1. & ab 8.

Can. 39. conf. Conc. Laod. c. 57. Ita hîc can. ſeqq. varios ordinum gradus & dignitates jam Apoſtolorum ſeculo obtinuiſſe (m) objiciunt, inpr. diſtinctionem inter Presbyterum & Epiſcopum. At nos clara, certa, authentica ſectamur. Eſſentiale diſcrimen inter Epiſcopum & Presbyterum eſſe negamus, neque jure divino, tum quod ad ordinis poteſtatem, tum quod ad jurisdictionem unus altero major, multò minus tanquam Reges & Principes ſunt Epiſcopi ratione Presbyterorum. (n)

vid. can. 38. Can. 40. ita editio Tigur. ut & Hervet. Hunc Carranza & Starav. cum præced. conjungunt. vid. c. 12. q. 1. c. ſint manif. item de Dom. l. 9. c. 12. §. 4. Itaque bona propria à publicis ſecernenda. *Interdictus ergo Epiſcopus*, ait Rouſſel. l. 5. c. 1. §. 12. *ex reditibus Eccleſ. augere privatas opes, ac ſuis cognatis & parentibus relinquere quæ Dei ſunt.* (o) Unde ſi nihil ante epiſcopatum proprii habebat, relinquere Eccleſiæ debuit: ſin habebat, æqualem portionem tum Eccleſia, tum hæredes accipiebant: quòd ſi inventarium ſuorum bonorum ipſe non feciſſet, quo diſcernerentur ab Eccleſiaſticis propria, favor erat Eccleſiæ &c. vid. Balſam. Confer can. 103. Cod. Eccl. Univ. item Conc. Agath. c. 48. Greg. M. l. 9. ep. 14. Capit. Caroli M. l. 1. c. 156. Novell. Juſtin. Imp. 131. cap. 13. & tit. de bonis Cler. Cod. Theod. Unde

*m) Rufus p. 178. [n] fusè Altſted. de membr. Eccl. milit. c. 2. à §. 12. inpr. §. 16. item Arnd. l. Epiſc. à §. 114. [o] vid. Arnd. l. bona Eccl. à. §. 29.*

Unde liquet, an proprii quid Epiſcopus, ſeu Clericus habere potuerit: pro- An. 102.
inde iſdem Rouſſel. §. 4. *Non ergo damnandi ſunt*, inquit, *Sacerdotes, qui poſſident divitias ſeu patrimoniales, ſeu Eccleſiaſticas.* Communis olim Clericorum erat vita, de qua Aug. can. certè ego ſum. 12. q. 1. ſicut verò poſtea illa, ita & communia bona defecerunt, propriáque ſunt facta, quæ acquiſiverunt. (p) Quo ergo jure paupertatis votum tantopere commendant omnium dictiſſimi? *Hoc decreto*, ait iterum Rouſſel. §. 16. *à Clemente etiam Conſtit. l. 2. c. 35. repetito, quia fortaſſe abutebantur Epiſcopi, aut nimiâ talium curâ avocabantur, proinde Concil. Chalced. can. 16. Oeconomum Clericum conſtituit, ſed eligendum ab Epiſcopo, aut eo negligente, à Metropolit. &c. Deinde cæperunt Imperatores œconomum dare, uſque ad Iſaaci Comneni imperium, qui rerum Eccleſ. procurationem Eccleſiæ reſtituit.* (q) Sed de his aliàs. De eod. de Dom. l. 9. c. 6. ubi §. 11. ſeq. docet, dominium bonorum Eccl. eſſe penes Eccleſiam, ita ut Principibus ſuum dominium reſervetur: §. 14. ſed Papæ negatur: §. 15. Malè tamen à §. 21. adminiſtrationem illorum præcipuam penes Epiſcopos eſſe dicit: quandoquidem Apoſtolorum tempore nulli tales, quos ille vult, fuerunt Epiſcopi. Ego omnino politicos bonorum Eccleſ. œconomos & adminiſtratores adhibendos cenſeo, vi loci Act. 6. 2. quia non hujus rei gratiâ Eccleſiaſtici à Domino vocati, neque in hunc finem præbendas, & quidem tantas ſæpe, accipiunt; indignúmque ac offenſione plenum, ſi ſecularium curarum mole præpediti, Verbi prædicationem, & quæ illi adhærent, intermittant. Ita ergo non modò Epiſcopos, ſed divites Prælatos, ac patrimonia lauta Eccleſiæ habuerunt Apoſtolicæ, de quibus liberè diſponere poterant? Quòd ſi itaque nullus Epiſcopus, multò minus Papa cognatis & amicis ſuis publica Eccleſiæ bona, & mundi peccata elargiri debet ad rationis & æquitatis gyrum revocandus erit. At quis Dictatori & poteſtatis plenitudinem habenti dixerit impunè, *Tu quid facis*? Quare Eccleſiæ theſauros & ſudores, ſpem & patrimonium miſerorum in tuos profundis, eóſque Principes & Dominos ex vilibus reddis? Haut aberrant à vero, qui credunt, ideo cœlibatum obtruſum Clericis, ne bona Eccleſ. in proximos diffunderentur: at hîc medelam adhibet canon, ſcil. ut Epiſcopus uxori, liberis, cognatis & famulis ex proprio ſuo diſtribuat & in hæreditatem relinquat; bona autem Eccleſiaſtica Eccleſiæ &c.

Can. 41. i. q. c. 12. q. 1. c. *Præcipimus*, imò totam quæſtionem examina. itaque ut ſpiritualium, ſic & temporalium rerum cura & adminiſtratio penes Epiſcopum erat, & ita quidem, ut tum ſibi atque ſuis proſpicere, tum pauperes atque peregrinos fratres alere debuerit. At quis hodie bonorum talium uſus in papatu? Quî ergo illorum abalienationem Proteſtantibus exprobrant? Quanquam omnes purgare nolim. Confer can. 59. item

 Rouſſel.

p) *Libert. Gall. T. I. p. 366. confer de Dom. l. 9. c. 6. §. 13.* (q) *vid. Arnd. l. c. à p. 71.*

An. 102. Rouſſel. l. 5. c. 1. §. 21. de Diaconis diſpenſatoribus Zepper. polit. Eccl. l. 2. c. 1. Hoſpin. de Templ. p. 477.

§. 55.) Can. 42. 1. q. diſt. 35. Epiſcopus aut Presbyter. Ita Can. 43. de iiſdem minorum ordinum vitiis. Quis autem credat tot ordines tunc extitiſſe, taliaque inter illos graſſata fuiſſe? vid. cap. 41. & 50. Synod. Trull. & Conc. Elib. cap. 79. Quid verò hiſce uſitatius apud Clerum Rom. Quin Cappucini etiam, & alii auſteriores Monachi aleâ & taxillis certare ſolent inter ſe pro certo numero Pater noſter & Ave Maria recitandorum ab eo, qui ſuccubuerit. Alibi vide de vita & moribus Clericorum.

Can. 44. vid. d. 47. Epiſcopus aut Presb. vid. Can. 10. in Trullo. Aſt quæ major uſura, quàm Papalis illa, quam in collatione præbendarum, dignitatum, & taxa ſua pœnitentiaria exercet?

Can. 46. de illegitimo hæreticorum baptiſmo. ita Can. 47. contra rebaptizationem in verè baptizatis. Quare ergo hæc Apoſtolorum deciſio non cohibuit à diſputationibus Cyprianum & omnes Eccleſias Africanas? Ea ſi vera ſit, neceſſe eſt omnem, jam à vetuſtiſſimis temporibus, Eccleſiam in graviſſimo errore verſari, præſertim Romanam, quæ hæreticorum baptiſmum recipit, quia inde à Stephano P. duce, ab anno 254. aut circiter, ad hæc usque tempora illum valere ſenſit. Ita Nicena Synodus Can. 19. ſolos ex omnibus hæreticis Paulinianiſtas re baptizandos pronunciavit. Utut autem Canonem hunc explicent, nihil tamen obtinent, quia generaliter loquitur: niſi quòd Can 49. & 50. Valentin. & Manichæorum errores tangit, qui tamen ſeculo Apoſtolico poſteriores. Fusè de rebaptizatione Annibal Fabrotus apud Juſtell. T. 2. p. 1401. b. confer. d. 32. c. præter. §. ſciendum.

§. 56.) Can. 48. de conſecr. d. 4. Si quis Presbyter. Ut nuper de Clericorum ſecundis nuptiis, ſeu de bigamia ſimultanea, ac illegitimo divortio actum, ita non minus hoc loco de ſimilibus Laicorum peccatis tractatur. De
vid. Can. hoc Seldenus (r) *convenit ferè cum Can. 5. utpote qui non divortium ſimplici-*
17. *ter reſpicit, ſed hæreſin illam primi ſeculi notiſſimam, quæ nuptias damnavit. Omnem itaque ſcrupulum de jure divino circa matrimonium, etiam Eccleſiaſticorum, tollere vult. Præſens autem Canon de Laicorum divortio ἀναιτίως, ἀλόγως, μὴ κατὰ νόμους facto agit.* Confer Conc. Gangr. Can. 14. inpr. Chemnit. Conc. Trid. p. 497. b.

Can. 49. In nomine Trinitatis baptiſmum adminiſtrandum. Ita Can. 50. non unam, ſed trinam merſionem dandam in baptiſmo: vide de conſecr. d. 50. c. ſi quis. Diverſa autem trina immerſio à Trinitatis commemoratione, unde una immerſio eſſentiam baptiſmi non tollit, licet rectiſſimè trina urgeatur & obſervetur. Ecquomodo ergo una merſio ſufficit Latinis, ſi hic canon Apoſtolos auctores habeat? Adiſis Cham. T. 4. l. 5. c. 2. §. 7. 8. item Dallæ. de cultu Lat. l. 1. c. 15. p. 80. & in pſeudep. l. 3. c. 17. p. 626. Τριαβα-

πτίσματος

r) *De uxore Ebr. p. 600.*

βαπτίσματα hoc loco i. q. τρεῖς καταδύσεις, juxta Zonaram, Balſ. & Ariſtinum An. 102.
h. e. tres immerſiones ſeu intinctiones: apud nos ῥαντισμοὶ, aſperſiones ſeu affuſiones. Vide Zimmer. in Tertull. §. 88. f.

Atque hunc Canonem de trina immerſione Spondanus (s) poſtremum inter legitimos Apoſtolorum Canones, exemplo Dionyſii Exigui facit. Quo verò loco etiam præcedentes iſti cenſendi hactenus percepimus. Hinc ergo fit, ut ſequentium Canonum valorem facilè ſe eludere putent, qui tamen cum præcedentibus ejuſdem omnino monetæ. Certè 85. Canones habent Græci, totidémque Gentiani verſio: at 50. Dion. Exiguus. Non malè ex Canone 50. conjiciunt, hos Canones ſeriùs conſcriptos ex Soz. lib. 6. c. 26. quia ſerius vixerint, qui unam nonniſi merſionem urſerint. Ad quæ Bevereggius Pf. ad lect. in Pandectas col. 4. ita reſpondet, ut dicat tamen hunc Canonem pridem conſtitutum fuiſſe: Jam ante Eunomium, alios extitiſſe hæreticos SS. Trinitatem, adeóque trinam merſionem negantes, ſed ſaltem in mortem Chriſti baptizandos dictitantes.

§. 57.) Can. 51. apud Hervet. eſt 50. Nimirum propter varios hæreticos aliud docentes data hæc lex, quibus clerici Romanenſes accenſendi, utut enim prætendant, ſe non abominari conjugium, carnes &c. revera tamen hoc faciunt, ídq; contra Dei permiſſionem & præceptum: neque Eccleſia infringendi legem Dei poteſtatem habet: confer Rom. 14. 1. Cor. 8. Col. 2. Idem de carnibus & vino in feſtis diebus Canone 53. Injungitur ergo, ut nonniſi propter ἄσκησιν à carne & vino abſtineant. Jejunium igitur, quod conſiſtit in abſtinentia à certis cibis, non propter legem in conſcientia obligantem, ſed propter exercitationem permittitur potiùs, quàm præcipitur.

Can. 52. Canon de admittendis ad pœnitentiam lapſis ante Cyprianum ſancitus eſſe non potuit, cùm alius eſſet Eccleſiæ antiquioris uſus, & illa demum tempeſtate admittendos eſſe lapſos decretum ſit. (t) Manus autem pœnitenti lapſo impoſitas ex Cypr. l. 3. Epiſt. 14. ſeq. liquet. Triplex autem talis fuit χειροθεσία. 1. Ante pœnitentiam inchoatam, quâ tradebatur pœnitentia, ſive quâ pœnitentes ab excommunicatis ſegregabantur, aut vinculo Satanæ ita ſolvebantur, ut per pœnitentiam ſecuturam ſpem gratiæ acciperent. 2. Dabatur ipſâ pœnitentiâ durante. 3. Poſt pœnitentiam; fusè de his & eleganter ex Albaſpinæo Arnd. l. Manus impoſ. à §. 36.

Can. 54. vid. d. 44. c. non oportet: &c. Clerici. At hodie Romæ multò liberius eſt Clericis lupanaria ingredi, quàm olim ipſis licebat in cauponis comeſſari. Non igitur poſſe Clericos vini mercaturam facere, vel lavacrum conducere, vel aliam turpem mercaturam exercere, Balſamon docet.

Can. 58. Quot ergo, bone Deus! Deponendi forent Epiſcopi?

Can. 60. De hæreticorum libris hîc ſermo, qui ſub ementitis Apoſtolorum & diſcipulorum nominibus Evangelia, acta, itineraria, liturgias, & alia



s) §. 7. (t) Dallæ de pſeud. l. 3. c. 12.

An.102. ejuſdem farinæ opuſcula ediderunt: atqui talia nondum ipſis Apoſtolorum temporibus nata. Malè igitur Binius hunc Canonem cum l. 1. Conſtit. c. 6. comparat, quia ibi paganorum ſeu Gentilium libri, non hæreticorum prohibentur. An verò nullos hæreticorum libros à Pontificiis hodie prælegi exiſtimabis?

*§. 58.)* Can. 63. confer Conc. II. Aurel. c. 19. 20. item Hornbek. ſumma contr. pag. 928. f. & 930. i. Atque ita defenderunt ſe Chriſtiani contra Gentiles, ſe humanum ſanguinem multò minùs comedere: vid. Balſam item Bevereg. At ſanè Judaizant hæc, ac cum doctrina Apoſtolorum de ceremonialium abrogatione, & libertate Evangelica pugnant; unde peſſimè hîc pro argumento lex allegatur. Apoſtoli quidem *Act. 15.* ob charitatem in caſu ſcandali infirmiorum fecerunt decretum de ſanguine, ſuffocato, & idolothytis. Hanc verò legem univerſalem ſeu perpetuam non fuiſſe 1. Cor. 10. videbis. Ita eandem ob rationem admiſit, & non admiſit circumciſionem. Ergo novus cultus, ſeu præceptum conſcientiam obligans non fuit, ſed ut libera obſervatione conſcientiæ infirmorum conſuleretur, ac lentè hæc lex ſepeliretur. Malè ergo hîc præceptum ſeu decretum fit perpetuum.

Can. 64. vid. Can. IV. Conc. in Trullo. Hîc & alibi frequenter Clericorum & Laicorum mentio fit, ut & in cœteris Pſeudo-Clementis ſcriptis: unde Rufus (*u*) hanc diſtinctionem, ejúſque antiquitatem probare conatur. At nos aliter longè: ſcil. hoc ipſo talium ſcriptorum καινότητα καὶ ἀπάτην agnoſcimus. Porrò orare cum Judæis i. q. Can. 45. orare cum hæreticis: id eſt, illos tanquam execrabiles non abhorrere, ſed eis familiariter uti, communicare, & in hæretici preces mitius affectum eſſe, uti Balſamon explicat: Conf. Can. 70. & 71. vid. Rouſſel. l. 8. c. 1. § 7. f.

Can. 65. Quare verò homicidæ mortis pœna non indicitur? Quare Clericum nonniſi manebat depoſitio?

*§. 59.)* Can. 66. al. 65. al. 64. confer Can. 69. & Conſtit. Apoſt. l. 5. c. 12. & l. 7. c. 24. Hic Canon ut & 85. ſeu poſtremus, valde ſuſpectus eſt Spondano §. 7. ex Baronii §. 15. & Bellarm. de Pont. R. l. 2. c. 27. Poſſevino appar. in voce Clemens; Petavio notis in Epihp. pag. 359. & Binio. Collectori item Concil. T. 1. pag. 49. edit. Pariſ. Nec gratis. Tempore Auguſtini acris erat contentio de jejunio Sabbathi, Romanis prætendentibus traditionem Petri, hiſce Canonibus contrariam, quòd Sabbatho eſſet jejunandum: Aſiaticis verò opponentibus aliorum Apoſtolorum traditionem. Ignat. Epiſt. ad Philipp. *quicunque dominicam aut Sabbathum jejunaverit, præter unum Sabbathum Paſchæ, ipſe eſt Chriſti interfector.* Non die Dominico jejunandum volunt, quia dies lætitiæ: Beda hiſt. Eccl. l. 3. c. 23. neque Sabbatho, ne cum Judæis hoc pacto facere videantur. (*x*) *Sabbathicum illud*, inquit Arnd. pag. 534. *priori-*

*u) l. al. p. 485. (x) Hornb. l. c. p. 923. inpr. Bevereg. in hunc can.*

*prioribus tribus ſeculis Chriſti non occurrit. Demum in Hiſpania anno quinto* An. 102.
*ſeculi IV. cœpit, & eodem ſeculo exeunte Romæ atque in Occidente nonnullis locis Sabbathum jejunatum fuit:* vid. conc. Elib. can. 26. item Aug. Ep 86. ad Caſulanum. Idem interminabilem vocat concertationem, præcepto Domini aut Apoſtolorum non definitam, quibus diebus jejunare oporteat: ideo liberam rem nominat. Hic Apoſtolorum canon obſervabatur Mediolani, non item Romæ, ut Ambr. ſer. de Enoch & Elia docet; ideo Aug. Ep. 118. ad Bonifacium affirmat, ſe jejunare diebus Sabbathi, ſi Romæ ſit, non item ſi Mediolani degat. Ita ergo libertate ſua uſa fuit Eccleſia Mediol. neque enim obſtringi ſe ad Romanorum ritus Ambroſius exiſtimavit. Idem ſenſit conc. in Trullo can. 55. qui canon ſpurius eſt Romanenſibus. Sic Orig. in Levit. liberum eſſe jejunium omni tempore dicit, & Hier. ad Lucinium Paulum, & cum eo credentes ipſo die Dominico jejunâſſe. Videſis Socratem l. 5. c. 22. Caſſian. l. 3. cap. 10. Tilen. part. 2. diſp. 53. §. 43. *qui Sabbatho*, inquit, *olim jejunabant, eos Eccleſia Orientis tanquam teterrimos hæreticos execrata eſt: quales ſcil. fuerunt Simon Magus, Menander, Baſilides, Carpocrates & alii, qui id inſtituerunt aut urſerunt: nec diſſimilis ejuſdem Eccleſiæ ſententia fuit de jejunio Pentecoſtes, per totos illos 50. dies utrunque tamen interdictum audacter perrupit Eccleſia Occidentis, Romani Epiſcopi ductu & auſpiciis.*

§. 60.) Can. 69. *Apoſtolorum canon hic eſſe non poteſt,* inquit Dallæus (y) *qui quadrageſimæ, quartæq; & ſextæ feriæ jejunia ſub graviſſima pœna præcipit, quæ veri Apoſtoli neque præceperunt unquam, neque verò præcepiſſe à veteribus pleriſque Patribus crediti ſunt.* Gratis itaque adverſarii: Concilia leges in conſcientias, & coactivas ferre poſſunt, licet tantùm poſitivæ ſint & Eccleſiaſticæ, hinc comminationes, depoſitiones, excommunicationes. Reſp. leges vel divinæ ſunt, vel Eccleſiaſticæ, illæ de ritu, hæ de dogmate agunt, licet in Conciliis de εὐταξίᾳ leges præſcribere, ac deponendi inobedientes, & puniendi. Non tamen conſcientiam obligant, niſi contemtus accedat, aut ſcandalum: ita hoc loco corporis imbecillitas in jejunio publico excipitur. Sic infantes ad illud non obligantur &c. Ita Wheloc. ad hiſt. Bed. l. 3. c. 23. *Licet doctrina Eccleſiæ è Verbo Dei jejunium præſcripſerit, mediocritatem tamen illam, quæ cujusque naturæ viribus, & regionum diſcrimini conducit, retinendam decernit &c.* Inanis itaque Rouſſelius, quando (z) *ait: In omnes fideles poteſtas eſt Eccleſiæ quoad cenſuras, at amplior in clericos; quam Eccleſiæ jurisdictonem potiſſimam penes Pontificem Max. eſſe vult.* Et res ipſa docet, haud ſecus omnia adminiſtrari apud illos, quaſi ſolus ſit Eccleſia Papa, vel Caput illud Viſibile. Etiam tyrannus poteſtatem in omnes exercet, ſed iniquam. Ad hunc can. Carranz. in 1. edit. *Hinc collige jejunium ab Apoſtolis traditum, ut ad Paſcha celebrandum præparentur fideles &c.* quæ annotatio in altera editione omiſſa. Et Staravolſcius: *Modus obſervandi hoc jejunium,* *non*

(y) *l. all. l. 3. c. 13.* (z) *l. 4. c. 6. §. 1.*

An. 102. *non omnium unus & idem eſt. Sed quidam ſtrictius & rigoroſius jejunant, quidam verò laxius & quidam cum lacticiniis manducant.* Iterum Carranz. (*a*) *VII. ſeptimanas præſcripſit Teleſphorus:* Grat. d. 4. c. ſtatuimus. utut maturè latam de Quadrageſimæ jejunio legem obtendant, tamen negare non poſſunt. 1. Eccleſiaſticam fuiſſe legem non divinam, nec Apoſtolicam. 2. Non ab omnibus æqualiter receptam, unde diverſimodè ſervata. 3. Tale jejunium indici debet, quod naturæ, vires non excedit, quo etiam Deo non illudatur, ſicut uſitatè hodie fit. vid Bevereg. qui prolixus in hiſce.

*§. 61.)* Can. 72. at quodnam oleum toto illo beato Apoſtolorum ſeculo floruit, præter myſticum Spiritûs S.?

Can. 73. Ecquid Apoſtoli cum vaſis aureis atque argenteis, cum tam ſplendida ſuppellectili, cùm lignea fuerint in uſu? Confer Act. 3. 6. Quærunt hoc loco, an excommunicatio ob res temporales valida ſit? Negat Rouſſelius (*b*) ex Gerſonio, quia excommunicatio baculus purè ſpiritualis, temporalia autem non purè ſpiritualia, ſed ſpiritualibus adnexa. Et quia excommunicatio majus damnum infert, quàm ſit utilitas ulla temporalis. Et æquum non eſt, ut Eccleſia in ſceleribus vindicandis atrocior ſit juſtitia ſeculari, cui ſufficit in corpora ſævire: maximè cùm manſuetudo deceat Eccleſiam. Quâ fronte ergo excommunicati olim tot Impp. & Principes?

Ib. *Velum.* eo calicem fuiſſe opertum vult Bona l. 1. c. 25. §. 11.

Can. 74. in accuſatione Epiſcopi requirit. 1. Κατηγορεῖσθαι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων. 2. Καλεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων. Et ter vocatum Synodi judicio ſubjicit. Can. autem ſeq. hæreticum in accuſationem Epiſcopi non admittit: nec unum ſolum fidelem, ſed duos, vel tres. Ergo Epiſcopus reus non à Papa, ſed ab Epiſcopis vocandus, & à Synodo judicandus, nulla adpellatione ad ſuperiorem conceſſa, à qua ſubjectione ne Romanus quidem Epiſcopus excipitur. Haut ergo rectè hodie Papa ipſis etiam Synodis condemnare Epiſcopum prohibet. (*c*) Præterea ubi hîc can. 75. duo vel tres teſtes contra Epiſcopum admittuntur, Papa LXXII. requirit: c. præſul. 2. q. 4. Clarè itaque adpellationes ſeu peregrina judicia vetantur, adeoque delirat Rouſſelius (*d*) qui *peregrina judicia,* inquit, *non ſequenda dixerunt, exceptionem addiderunt ſalva in omnibus Apoſtolicæ Sedis authoritate & prærogativa, innuentes peregrinitatis nomine non intelligendam eſſe Eccleſiam Rom. ut quæ ſit omnium mater, ſed judices ſeu Epiſcopos, non Provinciales, & non proprium Metropolitanum.*

*§. 62.)* Can. 77. & 78. al. 76. 77. de qualitate Epiſcopi quod ad corpus. Vitium Sacerdotis Epiſcopi diſpenſationi, Epiſcopi verò Papæ tribuunt. At hic canon ignoratus primis Eccleſiæ ſeculis ex confeſſione Rouſſelii: l. 1. c. 4. §. 6.

Can.

(*a*) *p. 47. edit. 1.* (*b*) *l. 8. c. 1. §. 33.* (*c*) *confer Marcam l. 3. c. 2. §. 2. f.* (*d*) *l. 4. c. 6. §. 2. m.*

Can. 80. Novè vel converſus, vel baptizatus ne Epiſcopus protinus fiat, niſi fortè hoc divinâ gratiâ fiat: i. e. vel divina revelatione vel communi populi, ſeu Eccleſiæ conſenſu atque ſuffragio, ut explicant Balſam. & Juſtellus. (e) Sed an omnes apud Romanos antequam fiunt Epiſcopi, Abbates &c. ſpecimen & documentum de ſe præbent, vel aſcendunt per gradus? Omnésne diſcipuli antequam doceant? vid. d. 59. Ecquid de Paparum ruditate, ignobilitate atque artibus ſcriptores? Excipiunt hîc paucorum privilegia, tu dic ſingularia dona: anne enim à Papa Rom. Nectarius Conſtantinop. & Ambroſius Mediol. privilegia illa obtinuerunt? An. 102.

Can. 81. idem qui ſuprà can. 6. & infrà can. 83. Quaſi verò Apoſtolis verendum fuerit, ne Chriſtianis, quos Pagani vix aëre & luce communi frui patiebantur, nedum eos ad publicas dignitates admitterent, ſacerdotium unà cum Romano Magiſtratu obtinere vellent. Aliàs confer 2. Tim. 2. 4. coll. cum Cod. Can. Eccleſiæ Afr. c. 16. Conc. Sardic. c. 8 alia. Futilis autem diſtinctio inter negocia impedientia miniſterium, & promoventia. Quî enim Apoſtoli talia ſubterfugiſſent? Adde quòd conſiliis ſecretioribus Regum intereſſe æraria publica adminiſtrare, caſtrorum curam gerere, exercitum conſcribere & regere, legationes expedire & audire, juridicundo totum diem præeſſe, operam dare teſtamentis &c. impedientibus adnumerari jure debent: vid. Rouſſel. l. 6. c. 5. §. 4--6. Ravv. 196.

§. 63.) Can. 82. Vide ſanctiones Juſtini, Leonis Novell. 123. c. 17. diſt. 54. §. 1. 2. & Jus Can. Verùm eadem ſervorum, quæ & liberorum redemtio: Gall. 3. 18. Unde Oneſimus frater Pauli: ad Philem. v. 16. Quantò minus ergo conjux invito altero conjuge Clericorum ſuſcipere poteſt? & filius, aut filia in monaſteria contra parentum voluntatem recipi debet, quod tamen in Eccleſia fit Romana?

Can. 83. vid. c. 23. q. 8. c. reprehenſibilis: &c. Clerici: ex Conc. Tolet. & Navarr. Man. c. 27. n. 139 Inpr. prolixè Rouſſel. l. 7. c. 6. de bellatoribus Eccleſiaſticis & Pont. Rom. ubi ita §. 1. infit: *Si vix, aut ne vix quidem* (tu dic nullatenus ex Matth. 26. 52.) *gladius materialis pendet ex nutu, vel juſſu Pontificis, quantò minus ſacerdoti licet illius uſus &c.* (f) At verò cum Julio II. Pauli gladium arripiunt,, clavibus Petri abjectis. Unde prodigioſa ambitione laborans Epiſcopus Rom. imperium ſibi adſcribit, ſupremámque poteſtatem in omnes Reges & magiſtratum tribuit. Quis mundum magis colliſit, aut clades magis cruentas excitavit ſtragéſque dedit, quàm Romuli ſucceſſores? Annon plures ſagum meliùs, quàm togam geſtârunt, ut nihil nunc de cœteris dicam gregibus? Bevereg. per ϛρατείαν civilem quamvis adminiſtrationem, magiſtratum, aut dignitatem intelligit. Conſule illum.

Can. 84. Pro nefas! Papa contrà deponit ipſos Imperatores Romanos,



e) *T. 1. p. 70.* (f) *vid. Arnd. l. Cleric. à §. 334.*

An. 102. terras adimit, diſtribuit & donat, jurisdictione & privilegiis exuit, à juramento & obedientia ſolvit ſubditos, rebelles & hoſtes facit, colla calcat, ſepultura & ipſo cœlo privat &c. Omnes Clericos ſuos, ſumméque facinoroſos eximit, omni libertate eos donat, ut ad omnia paratos, expeditos & obſequentes habeat ſoli ſibi obnoxios & juratos. Et tamen hujus canonis hypocritas non pudet. (g) Adiſis cenſuram in Fulmen Brut. Sixti V. & hujusmodi alia. Magiſtratum reprehendere licet, ſed modeſtè, nec convitiis, aut injuriâ laceſſere: Bevereg. in canonem 84. Apoſt.

§. 64.) Can. 85. in edit. Crabbi & alibi eſt 84. ex epilogo autem faciunt can. 85. ultrò hunc canonem apocryphum & ſubreptitium adverſarii adpellant, quia non ſapit, nec in rem illorum facit. Illum Staravolſcius ex Bar. (h) & Bellar. Conciliabulo Trullano adſcribit. Sequitur Collector Concil. T. 1. p. 52. edit. Pariſ. Eundem rejicit Carranza, tum quòd inter Canonicos libros annumeret Clementis Conſtititutiones & epiſtolas apocryphas; tum quòd Apocalypſin, Eſdram, Judith, Tobiam, Sapientiam, Eccleſiaſticum ut apocryphos rejiciat, qui tamen communi Patrum & Conciliorum conſenſu, ſacri ſint. Parciùs in altera editione: *Nunquam enim* inquit, *Epiſtolæ Clementis habitæ fuerunt ut Scripturæ S. & Canonicæ, ſicut nec ejuſdem conſtitutiones.* Itaque nihil in hac editione de V. & N. T. libris. Et meritò, quia antiquitatem adſtipulantem non habet, ut oſtendit Dallæ. in Pſeudepig. l. 3. c. 13. p. 582. Cocus à p. 8. Uſſer. in Ignat. part. 1. c. 16. p. 114. Ravv. p. 18. §. 2. 3. Confer Tilen. l. c. part. 1. diſp. 4. Chamierum: alios. Quidquid ſit tam Laicis, quàm Clericis S. Scriptura commendatur. Plura omnino vide apud Bevereg. in hunc canonem. Dicant ſimul. quo loco & cenſu Apoſtolòrum Liturgiæ habendæ, quarum mentionem hic canon nullam facit, ad quas non raró adverſarii tanquam ad certam anchoram confugiunt, licet plus illis obſint, quàm proſint. In antiquiſſima Græcâ canonum collectione à Joh. Antiocheno elaborata tit. 50. nulla omnino librorum Maccabaicorum mentio extat &c. vid. Bevereg. in Pandectas p. 5. a. ita Athanaſius, Amphiloch. Greg. Naz. Epiph. Concilii Niceni Patres hos libros omittunt. De Clementis Conſtitt. vid. ſuprà §. 20. Apoſtolicos & canonicos non eſſe hos canones inde diſcas, quia in Canone deſignando hallucinati, unde abeſt Judæ Epiſtola & Apoc. Joh. ideo correcti ab aliis.

§. 65.) Eudocia Heliopoli decollata perhibetur apud Bar. Martyrol. ad 1. Martii.

Cajus III. Mediol. Epiſc. Barnabæ diſcipulus, poſtquam multa in perſecutione Neron. perpeſſus, in pace quievit: Martyrol. R. ad 27. Sept.

g) *Ruf. p. 555.* (h) *Spond. §. 7.*

An.103.

## JESU CHRISTI *Annus* 103.
## TRAJANI *Imp. Annus* 4.

Coſſ. Trajanus Imp. quartùm, & Sex. Articulejus, ſeu Aurunculejus: hos Calviſius ad an. 101. reponit. Anaclētum natione Græcum hoc anno ſucceſſiſſe Clementi placet Baronio, cùm Pontificale dicat, nonniſi dies 21. ceſsâſſe Pontificatum, de quo ſuperiori §. 2. actum. *Anacletus fit P.*

## JESU CHRITI *Annus* 104.
## TRAJANI *Imp. Annus* 5.

An.104.

Anacleti P. an. 2. Coſſ. Suranus, iterum, & Servianus. Imperator Chriſtianos paſſim repertos cogi ad ſacrificandum idolis, ac detrectantes interfici præcepit: Oroſ. l. 7. c. 12. In Ponto autem & Bithynia quia plurimi degebant Chriſtiani inſigneiſque hactenus doctores habebant, ideo Plinius II. ibid. Proconſul (non autem in Hiſpaniis, ſicut Jo. Funccius lib. V. comment. in chronologiam ſuam ad an. 110. falsò exiſtimat) paternarum ſuperſtitionum tenaciſſimus, perſequitur Chriſtianos, verùm multitudine perturbatus ad Imperatorem ea de re ſcribit, & ab eo reſcriptum in hanc ſententiam accipit: Hoc genus inquirendum non eſſe, oblatos verò puniri oportere. De quo decreto vid. Tertull. Apol. c. 2. Euſ. l. 3. c. 27. (a) Hæc Bucholz. ad an. 109. collocat. In Epiſtolam Plinii & Trajani reſponſum, commentariolum ſcripſit Jo. Gerh. Voſſius, ubi p. 3. ait: Ex utraq; cognoſci faciem Eccleſiæ, qualis fuerit proximis ab Apoſtolorum obitu temporibus. Nempe quàm ſimplex fuerit tum Chriſtiana religio, quàm pura, ad ſolum Deum directa, & quæ vitæ innocentiæ. Unde de hac Plinii Epiſtola Euſebius in chronico, ex Hier verſione ad an. 111. Præter obſtinationem non ſacrificandi, & antelucanos cœtus ad canendum cuidam Chriſto Deo, nihil apud eos reperiri. Præterea ad conferendam, diſciplinam vetari ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia, & his ſimilia. (b) Per antelucanos autem cœtus non intelliguntur horæ, quas vocant Canonicas, quia hos ex neceſſitate, metu Gentilium frequentârunt. (c) Ex hoc autem Plinii teſtimonio ſomniant aliqui, illum aliquando operâ Titi, Pauli diſcipuli, Chriſtianum eſſe factum, imò martyrium tandem conſummâſſe. (d) Remiſit quidem & mollita *illa perſecutio, non penitus tamen ceſſavit.* (e) *Plinii II. Epiſt. de Chriſtianis.*

(a) *vid. diſſer. in Ignat. part. poſtr. p.* 11. 12. (b) *vid. Dallæ. de ador. l.* 3. *c.* 12. *p.* 405. (c) *conſ. Zimmerm. in Tertull. p.* 111. (d) *Kortholt. de perſec. p* 86. *confer. à p.* 73. (e) *ib. c.* 89.

An. 105.

# JESU CHRISTI *Annus* 105.
# TRAJANI *Imp Annus* 6.

*Helceſaitæ hær.*

§. 1.) Anacleti P. an. 3. Coſſ. Trajanus quintùm, & Appius Max. Hos Calviſius ad an. 103. collocat, ac Maximum ſecundùm faſces tenuiſſe ait. Heîc recenſetur à Baronio (*a*) Elxai, ſeu Helxeus, al. Elci, Elceſai, unde Elceſei, ſeu Helceſaitæ hæretici. De his Aug. de hær. c. 10. *Ebioneorum hæreſi Epiphanius Sampſæos, & Elceſeos ita copulat, ut ſub eodem numero, tanquam una ſit hæreſis, ponat, aliquid tamen intereſſe ſignificans. Quamvis & in ſequentibus loquatur de illis, ponens eos ſub numero ſuo. Euſebius verò Elceſaitarum ſectam commemorans, fidem in perſecutione dicit negandam docuiſſe, & in corde ſervandam.* Idem c. 32. Elceſeos & Sampſeos conjungit. Ad hæc Danæus: *Sampſæi Gr.* Σαμψαῖοι, *quaſi illi lacertarum generi ſimiles, quas* ἡλιακὰς *Græci, id eſt ſtelliones appellant, genus animalis variis notis maculatum & mutabile. Itaque non malè* Σαμψαῖοι. שַׁמְשָׁאִין ἡλιακοὶ, ἡλιάζοντες, *ſolicolæ: de quibus Epiph. hær. 33. Eſſenos fuiſſe appellatos, propterea quòd ſolerent ſolem orientem adorare:* vid. Joſeph ἁλώσ. l. 2. c. 12. Druſius de trihær. p. 129. Conf. Euſ. l. 6. c. 31. Lutzenburg. in Elcheſ. Roſſ. de relig. mundi, ab ἀςρομαντείᾳ dictos Sampſæos cenſet. De iiſdem Hammond. de Epiſc. diſſert. 1. c. 3. §. 11. Arnd. (*b*) *Sampſæos ortas dicit circa an. 195. Elcheſaitas circa an. 239.* (*c*) addit: *librum quendam circumferebant, quem dicebant de cælo lapſum, cujus verba ſiquis audiſſet, delictorum veniam præter illam, quam Chriſtus exhibuit, conſequeretur.* Et (*d*) *Oſſeni & Elcezaitæ lingua incognita orabant, cujus interpretationem nemo quærere debebat, ſed ſaltem ita orare.* Quid aliud Latini hodie? Fidem ſimulari, adeoque negari poſſe docebant Helceſaitæ.

*Rodericus.*

§. 2.) Rodericus è Scythia cum Pictis ſuis veniens, à Britannorum Regio Mario Arviragi filio Stanmoviæ cæſus fuiſſe dicitur. (*e*)

*Manſuetus.*

Manſuetus Hibernus, primus Tullenſium Epiſcopus, anno miniſterii ſui 40. mortem obiiſſe perhibetur. (*f*) vid. an. 44. §. 18. & 34.

*Taurinus.*

Taurinus primus Ebroicenſium (non Eboracenſium) Epiſcopus vixiſſe fertur. (*g*) Hunc Baronius pro more, miſſum vult à B. Clemente, & ita in Martyrol. Rom. conſignatur ad diem 3. idus Aug. Cæteri verò Sixto Pontifice ad an. 260. Epiſcopum hujus loci fuiſſe produnt: ita Gallia Chriſt. T. 2. p. 571.

Trajanus de Dacis & Scythis ſubactis triumphat.

*a*) §. 2. (*b*) *p.* 461. (*c*) *p* 464. (*d*) *p.* 833. (*e*) *Vſſer. Ant. Brit. p.* 580. *ſeq. &* 1074. (*f*) *idem p.* 1039. *&* 1074. [*g*] *idem p.* 30. *&* 1074. *item Franc. Boſquetus hiſt. Eccl. Gall. l.* 1. *c.* 29. *& l.* 3. *c.* 24. 37.

JESU

An. 106.

# JESU CHRISTI *Annus* 106.
# TRAJANI *Imp. Annus* 7.

§. 1.) Anacleti P. an. 4. Coſſ. Suranus atque Marcellus: quos Calviſius ad an. 104. ita ponit, Suranus II. & P. Neratius Marcellus. *Anacletus, cùm adhuc Presbyter eſſet*, ut habet liber Pont. Rom. *conſtruxit deſuper corpus Petri in Vaticano Memoriam* (Gr. Martyrium) *ſeu Eccleſiam: quam perſeveràſſe inpoſterum, nec duriſſimis perſecutionum turbinibus, quod omnem admirationem ſuperat* (tu dic fidem) *proſtratam eſſe, affirmat Cajus. Imò & Paulo memoriam celebrem in via Oſtienſi erectam tradit.* Quæ Spondani verba mitigare videtur Staravolſcius, cùm ait. *Clemens Memoriam B. Petri conſtruxit h. e. quandam ædificii ſtructuram, quæ poſtea in Eccleſiam fuit conſecrata, ubi & ipſe ſepultus eſt in pace, juxta corpus D. Petri.* Scilicet ſub diriſſimis jam perſecutionum procellis hi Romani Epiſcopi occupare Romam & poteſtate uti ſua cœpere. At nonniſi multis pòſt ſeculis Eccleſiæ in cujuſquam Apoſtoli memoriam extructæ ſunt. Nihilominus jubet præclarus ille & audax fictitius Pontifex, ut omnes Epiſcopi quotannis Petri & Pauli liminibus præſententur, omni excuſatione depoſita: vid. diſt. 93. c. juxta S. Patrum. collat. cum can. 4. Synodi Rom. ſub Zacharia. P. Verùm Romæ tunc nulla Petri & Pauli limina fuerunt. Huc pertinet quæ Polyd. Vergilius: (a) *Martyrum cruore maduit inpr. Rom. tellus refertáque eſt divorum reliquiis, quæ brevi tempore undique à noſtris conquiſitæ eò deportatæ ſunt. Quæ res à principio naſcentis religionis, cumpr. Cleto atque Anacleto P. curæ fuit: hic enim ſeorſum à Profana plebe, loca, ubi martyres ſepelirentur, aſſignavit: ille verò notavit crimine ſacrilegii, ſi quis impediſſet, quò minus Apoſtolorum ſepulchra inviſerentur.* At alios ſibi credulos quærat ipſe nimis credulus, nos ſanè tam faciles non habebit. Rectè T. 1. Conc. p. 134. edit. Pariſ. Auguſtinum adducit, qui l. 22. de C. D. c. 10. dicit: *Nos martyribus noſtris non templa, ſicut Diis, ſed Memorias, ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt ſpiritus, fabricamus.* Atque tales memoriæ apud Euſ. l. 3. c. 24. *Trophæa* dicuntur.

*Templum Petrinum Romæ.*

a) *Invent. l. 8. c. 1.*

An. 107.

# JESU CHRISTI *Annus* 107.
# TRAJANI *Imp. Annus* 8.

Anacleti P. an. 5. Coſſ. Candidus & Quadratus. Blondelli calculo (*a*) ad exitum hujus anni, vel 108. ineunte, Polycarpus ad Philippenſes ſcribit: de qua Epiſtola Bar. ad an. 109. ſ. 31. & hic infrà ad an. 169. in obitu Polycarpi.

Edeſſæ in Syria Sarbelius, cum ſorore Barbea, ſub Lyſia præſide martyrio abſumpti perhibentur: Bar. ſ. 2. & in Martyrol. ad 29. Jan.

*a*) *de Epiſc. p.* 14.

---

An. 108.

# JESU CHRISTI *Annus* 108.
# TRAJANI *Imp. Annus* 9.

Anacleti P. an. 6. Coſſ. Commodus Verus atque Cerealis. Decem millia martyrum in Armenia, in monte Ararath crucibus affixa Bar. ſ. 2. & in martyrol. ad 22. *Iunii ait*, de quibus tamen Radulphus Tungrenſis (*b*) *De*
10000. mart. — 10000. *martyrum, quæ fabulosè* (*dicam donec aliud videro*) *finguntur, omni genere paſſionis Chriſti perpeſſi fuiſſe in monte Ararath, prope Alexandriam; nec eorum paſſio in aliquo martyrologio authentico annotatur, nec ipſorum diem Romæ in aliquo Calendario antiquo potui reperire &c.* Quæcunque tandem contra hæc κρησφύγετα quærat Baronius, nihil tamen obtinet, quamdiu authoritate deſtitutus hæc nobis obtrudere conatur. Adde Radulpho Hoſpinianum ad dictam diem: item Kortholt de perſecut. p. 100.

Eodem anno Bar. ſ. 2. & in Martyrol. ad 3. Julii Hyacinthum cubicularium Trojani paſſum putat: ut & Romulum Aulæ Trojani præfectum. (*c*)

*b*) *de canon obſerv. propoſ.* 11. (*c*) §. 1. *& in paſſionali R. ad Sept.*

---

An. 109.

# JESU CHRISTI *Annus* 109.
# TRAJANI *Imp. Annus* 10.

*Simeon Cleophæ tollitur.* — ſ. 1.) Anacleti P. an. 7. Coſſ. Senecio & Sura: quos Calviſ. ad an. 107. ſic exprimit: C. Soſius Senecio IV. & L. Licinius Sura III. Simeon Cleophæ, Epiſc. Hieroſ. tum quia Chriſtianus, tum quia ex Davidis ſtirpe oriundus, crucifigitur: Euſ. l. 3. c. 10. & 26. anno æt. 120. prout Marty-

rol

rol. R. ad 18. febr. habet. Ejus mortem idem Euſ. in chron. ad an. 110. collocat. De eodem. Eutychius (a) *Trajanus Simeonem interfecit, cùm epiſcopatu annos XXVI. functus eſſet.* De hoc Blondell. (b) *anno de reditu* (Hieroſolymas ex Pella) *circiter 36. Chriſti 107. Trajani 10. poſt 46. annorum regimen, ſub Trajano Cæſ. & Attico Conſulari, cruci ſuffixus Februarii 18. vel apr. 27.* (c) Hunc Simeonem ineptè Dorotheus cum Simone & cum Cleopha parente confundit, occiſumque in Oſtracina civitate Ægypti Cæſareæ ſub Trajano (fortè legendum Cæſare ſub Trajano) fabulatur. (d) Simeoni ſucceſſorem Juſtum faciunt, rejecto Thebute: Euſ. l. 4. c. 21. Unde hic Thebutis ſe non factum Epiſcopum indignatus, euſque virginem Hieroſolymitarum Eccleſiam per ſeptem Judaicas hæreſes clàm devirginare ſtatuit, ut habet ex Hegeſippo Euſ. l. 4. c. 22. (e) Porrò Juſtum faſtorum Græcorum compilator à diſcipulis Domino cum Matthia oblatum putavit. An. 109.

§. 2. Ignatius Antiochenus Epiſc. Apoſtolorum, inpr. B. Johannis diſcipulus, Evodii collaborator, vinctus Romam ad cauſam dicendam mittitur. Ideo autem eò miſſus credibile, quòd caput fuit fidelium Antiochenorum, & quòd Trjano Imp. Antiochiæ tunc degenti, animoſè & fortiter reſtitit. De hoc Eutychius (f) An. *Neronis XII. conſtitutus eſt Ignatius Patriarcha Antiochenus, qui cum annos XXXII. præfuiſſet, morte affectus eſt.* Larroque (g) 1. febr. anno 107. vel 109. XI. Trajani occubuiſſe ſcribit. Non confundendus autem cum Ignatio Martyre Africano: apud Cypr. l. 4. ep. 5. nec cum recentiore multò Epiſcopo Conſtantinop. Hunc Θεοφόρον καὶ Θεολήπτην vocant, quòd illum infantulum Chriſtus in manus acceperit: Niceph. l. 2. c. 35. quod fabulæ propius, ut ſtatuit Bar. ad an. 71. (h) Teſtimonia veterum de Ignatio videbis apud Uſſerium part. 2. à p. 1. Adde Hier. & Bellar. de Script. Eccl. Conferatur homilia Chryſoſtomi, quæ eſt 70. T. 5. ejus operum editionis Græcæ Savilianæ. Forbeſ. hiſt. l. 1. c. 3. §. 13. Dallæ. de ador. l. 1. c. 9. p. 74. Vedel. in Ignat. præf. p. 44. *Ignatii certamen.*

§. 3.) Præter diverſos, quos Friſius in Biblioth. (i) atque alii recenſent, Vedelius, & poſt eum luculentiùs Uſſerius Archiep. Armachanus, cum notis Ignatii ſcripta publicavere. Eadem Extant in Biblioth. Patrum partim Baſil. præf. p. 8. & in opere ipſo p. 5--70. partim in Pariſ. T. 2. p. 1. adjecto Ignatianæ vitæ & doctrinæ ſummario, & ſparſim notatis locis pluribus, quos ex illis epiſtolis citaverunt Patres. De his Cocus (k) *Sub Ignatii nomine prodierunt primò XI. Epiſtolæ, quæ paulò pòſt creverunt ad XII. & jam tandem ad XV.* Gerhard. Patrol. à p. 50. Ex profeſſo de ſcriptis tum Dionyſii Areop. tum Ignatii Jo. Dallæus: 1666. 4. Genevæ. De omnibus dubitat Larroquanus l. de Euchar. part. 1. c. 3. p. 40. in quo ſanè adſtipulatorem me habet:

*a) p. 344. (b) de Epiſc. præf. p. 12. (c) vid. Kortholt. de perſec. p. 90. (d) idem Blond. p. 104. (e) ib. p. 54. (f) p. 336. (g) de Euch. part. 1. c. 3. (h) conf. Micral. hiſt. Eccl. l. 2. §. 1. fusè Kortholt. l. c. à p. 91. Hammond. de Epiſc. diſſert. 4. c. 3 §. 23. (i) p. 87. (k) p. 109.*

An.109. habet: nec aliter ſentit ipſe Card. Perronius. De iiſdem Balth. Ravv. p. 10. *Non omnes Ignatii Epiſtolæ ejuſdem ſunt authoritatis: duodecim hodie haud dubiæ fidei extare refert Poſſev. in Appar. Euſebius verò hiſt. l. 3. c. 36. ſaltem VI. numerat. Hieron. in Catalogo addit unam ad Romanos.* De iiſdem Arnd. Ant. p. 867. Magdeb. Cent. 2. & Witak. de Script. q. 6. c. 12. aliquot monſtrat corruptelas: quæ in Ignatii Epiſtolas irrepſerunt. Licèt non negemus, quod Bovius nobis obiicit; quaſdam ſententias ex libris Clementis deſumptas reperiri in Epiſtolis Ignatii, tamen nondum conſtat, haſce ſententias omnes eſſe genuinas, & ab ipſo Ignatio ſcriptas, quando nequit negari, in Ignatii Epiſtolis multa offendi adulterina. Prolixè de hiſce Epiſtolis Blondell. de Epiſc. præf. p. 39. ad 49. In quem, ut & Walonem, pro Epiſcopatûs origine, cenſuram vid. Hammondi diſſert. 2. c. 1. ſeqq. & c. 22. ſeq. p. 53. & c. 2. ſeqq. & c. 11. inpr. c. 24. à §. 22.

§. 4.) Omnes in genere Ignatii Epiſtolas ſuppoſitas pronunciat, ſcriptáſque per Monachos S. Catharinæ Montis Sinai, Perronius in poſthumis (*l*) Non ſolùm nothas & adulterinas Epiſtolas alii Ignatio tribuunt, ſed illas etiam, quæ ejus genuinæ ſtatuuntur, integras & incorruptas ad nos perveniſſe aſſerunt, utpote Baronius ad hunc annum (*m*) ad quod Vedelius præfat. p. 33. ex Bellar. de Ser. Eccl. inpr. Uſſerius in notis ad ſingulas. Hinc traditiones Apoſt. non ſcriptas in XI. ejus Epiſtolis contineri Bar. §. 21. objicit, & illas traditiones notam veræ Eccleſiæ facit: §. 31. 32. (*n*) Ad quæ Vedelius præf. p. 17. inpr. ſeq. reſpondet. Miſeræ ſanè ſunt traditiones iſtæ, quæ fundamentum nullum habent, ut ipſe quidem Perronius nobis concedit. Iterum Barronius §. 33. Apoſtolicis Epiſtolis haſce comparat, de quo Vedel. p. 23. & 34. Sunt qui Ignatio XVI. alii XV. alii XI. alii & ſaniores quidem, VII. aſſignent. Quare nullius ponderis Meſtræi objectio (*o*) Patres antiquos has omnes ferme, quæ præ manibus habentur, Epiſtolas ad Ignatium retuliſſe: quandoquidem non XII. ſed VII. Epiſtolas illi tribuunt, quos inter Euſ. l. 3. c. 30. & Hier. in catal. qui operâ datâ eas recenſent (*p*) Scriptores recentiores hîc non admittimus. Inde manifeſtè erronea in Ignatio occurrunt: quòd ii, qui cum Judæis paſcha celebrant: item qui ſabbatho, aut dominicâ jejunant, tanquam Chriſti interfectores damnentur: quòd quadrageſimale jejunium præcipiat &c. Honorandum primò Epiſcopum, & pòſt demum Regem mandat: Edicit mulieribus, ne viros proprio nomine vocitent. Varios ordines ſacros commemorat, inter quos etiam Laborantes &c. Adi Crit. S. Riveti l. 2. c. 1-3. Vedel. præf. p. 24. & 37. Novit. Pap. 1. l. c. 49. De iiſdem Ignatianis Epiſt. author du Journal. du 29. Nov. 1666. *De illis veteres ſic clarè locuti, ut nullum reliquiſſe dubium videantur. Euſebii enim & Hier. tempore nonniſi VII. numerabantur: circa 6. ſeculum*

*alia*

*l*) *p.* 163. (*m*) §. 20. *Spond.* §. 4. (*n*) *confer Spond.* §. 5. (*o*) *Vedel. præf. p.* 29. (*p*) *Vſſer. p.* 28. *inpr. part.* 1. *c.* 3. *à p.* 12. *Kortholt de perſec. p.* 95. *ſeq.*

*aliæ V. repertæ : & à tempore Hier. aliæ tres novæ, at nonniſi Latinæ : unde* An. 109.
*communis ſententia illas tres ſuppoſitas eſſe. Diverſæ autem editiones ſunt VII. priorum epiſtolarum, in prima longè ampliores ſunt, ita ut exiſtiment poſteriorem editionem compendium eſſe prioris, vel priorem paraphraſin poſterioris. Recens editio demum apparuit, quando Uſſerius invenit exemplar Lat. in Bibliotheca Anglica : & eodem ferè tempore Voſſius Græcum in Bibliotheca Florentina. Aliqui omnes XII. Ignatio inſcribunt : alii nonniſi VI. vel VII. priores. Alii priori, alii poſteriori editioni ſubſcribunt. Salmaſius & Blondellus omnes rejiciunt, quibus Dallæus accedit : Hammondus autem his ſe opponit.*

§. 5.) Nunc ordine primùm de VII. Ignatii Epiſtolis, quas genuinas plerique vocant, agemus. I. Epiſtola ad *Trallenſes.* Pro authentia illius Hammond. diſſert. 2. l. c. c. 24. §. 19. *I. Ignatii Epiſt. ad Trallenſes.*

*Epiſcopo obedite ut Domino, ipſe enim vigilat &c.* item : *neceſſe eſt, ne quicquam faciatis ſine Epiſcopo eorum, quæ facitis, ſed obedite &c.* Hinc Bellarminus l. 4. de Pont. c. 16. vult, Papam leges ferre poſſe, quæ obligent conſcientiam. Reſp. 1. Omnibus ductoribus Paulus Hebr. 13. 17. hoc applicat, ad quem locum Ignatius reſpexit, unde etiam presbyterio, ſeu presbyteris & Diaconis obediri juſſit. 2. Non de Papa, ſed de Tralliano Epiſcopo loquitur. 3. Obedientiam in rebus divinis, quæ juxta Verbum Dei præcipiuntur, intelligit. *(p)* Inſt. At Papa Epiſcoporum omnium ſummus eſt. Reſp. Hoc verò demonſtrent priùs adverſarii : & ſi maximè ordine primus, non tamen poteſtate erit, ſeu imperio.

Ib. *Presbyteris ſubjecti eſtote, ut Chriſti Apoſtolis.* Uti paulò antè Chriſto Epiſcopum, ſic hoc loco Apoſtolis presbyteros comparat. Itaque Apoſtolorum erunt ſucceſſores, unde mox presbyterium conſeſſum Dei, & faſciculum ſeu conjunctionem Apoſtolorum vocat. Nimirum quia Epiſcopi, presbyteri, paſtores ſucceſſerunt Apoſtolis. Non autem aliam Petrus, quàm reliqui ſucceſſionem habet : quinimò tam presbyteros & Diaconos, quàm Epiſcopos Chriſti vicarios nominat. Sic Ignatius Romæ coronandus presbyteris & Diaconis (Polycarpo teſte) commendatam & concreditam fuiſſe Philippenſium Eccleſiam teſtatur. Ergo ut ſupremum gradum presbyteros conſiderat. Apoſtolorum ſucceſſores Irenæus l. 4. c. 43. Cyprian. l. 4. ep. 9. Hier. in 2. Mich. citatus à Grat. d. 35. c. Eccleſia. Aug. ſer. 36. ad fratres in eremo vocant. Proinde in Conciliis & Synedriis locum quoque presbyteri habebunt : hinc citharæ chordis ab eodem Ignatio in Epiſtola ad Epheſios conferuntur. Maximè quia non ſoli Epiſcopi, multò minùs ſolus Papa Roman. Chriſti vicarius, nec ordinarius, nec extraordinarius, confer Tit. 1. 7. Matth. 24. 45. 1. Cor. 1. 3. Quid ergo ad Papam, ſi presbytero ſponte obediendum dixerimus? Quid præterea ad Epiſcoporum Monarchiam & eminentiam, ſeu jurisdictionem, ſi ratione ordinis, non ex divina, ſed humana inſtitutione,

l primos

p) *Vide Vedel. c. 2.*

An.109. primos eſſe profiteamur,quibus tamen abſque ſynedrio,ſeu compresbyteris nihil agere licuit?Vel quid tandem hæc erga fidos paſtores obedientia, ad ſecularia clericorum negocia,quibus toti immerſi & impliciti? Quid ad exemptionem,& totalem laicorum plus quàm ſervilem ſubjectionem?

§.6.) *Eccleſia electa,cœtus ſanctus,ſynagoga ſanctorum.* Impii ergo in Eccleſia propriè non ſunt.

*Non ut Apoſtolus præcipio,ſed ego meipſum metior, ne gloriando peream.*Ergo Apoſtolis,& ſic eorum ſcriptis ſe ſuáque non æquiparat,proinde neque traditiones non ſcriptas obtrudit , ſicut Baronius(*q*) & cœteri volunt.Idem habet ad Philadelph.Nullum ergo Apoſtolicæ Antiochenæ Sedi Ignatius ſingulare hac in parte privilegium tribuit.

Μὴ γὰρ οὐκ ἐβουλόμην ὑμῖν μυστικώτερα γράψαι: ſuppoſitum eſſe locum uſque ad verba ἵνα Θεοῦ μὴ ἀπολειφθῶ: Vedelius c. 8. adeóque Ignatium primum hierarchiæ cœleſtis ſcriptorem & aſſertorem non fuiſſe contra Baronii §.35.oſtendit.Potiùs hæc & ſimilia totam mihi epiſtolam ſuſpectam reddunt.

*Quid aliud eſt Epiſcopus,quàm is,qui omni principatu,& poteſtate ſuperior eſt ; & quoad homini licet, pro viribus imitator Chriſti Dei factus eſt? Quid verò ſacerdotium aliud eſt , quàm ſacer cœtus , conſiliarii & aſſeſſores Epiſcopi? Quid verò Diaconi &c.*Ergo juxta Ignatium Epiſcopi ſummi ſunt Pontifices,nec Romano ſubjecti,ſed poteſtate pares.(*r*)Porrò verba de hac ſuprema Epiſcoporum poteſtate ſubreptitia eſſe ex l.2. conſtit.Clem. c.26. Vedelius judicat c.9. Quantum verò ab hac doctrina Ignatiana diſceſſum, ex Prælatorum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Cardinalium inſtitutione,Papæ cumprimis Romani monarchia patet. Omnem ſuperare principatum poteſtatem Eccleſiaſticam ultrò damus, intra tamen Eccleſiam, non extra eam,h.e.in rebus Eccleſiaſticis,non autem in ſecularibus, ſic tamen ut laici ab hac non excludantur.

*Ut Stephanus ille Sanctus Jacobo, Timotheus & Linus Paulo ; Anacletus & Clemens Petro* ſcil. Diaconi ſuis Epiſcopis miniſtrârunt. De Stephano contra Baron. an.34.§.291.ſeq.300. vide Vedel. cap.XI. Ergo Paulus æquè ac Petrus Romæ fuit Epiſcopus. Epiſcopum autem hoc loco i. q. Doctor, eundem Vedelium cap.10. conſule.

*Deſcendit in infernum ſolus, rediit autem cum multitudine.* Hîc, ut & apud Athanaſium in ſymbolo , omittitur ſepultura Chriſti. Contra alii commemorant eandem, & omittunt deſcenſum ad inferos. Ruffinus in explicatione Symboli, quæ vulgò Cypriano inſcribitur , in Romanæ Eccleſiæ Symbolo non haberi teſtatur. In Niceno quoque Symbolo ejus mentio non eſt. Quod inde factum, quia ἅδης, & שאול tam infernum, quàm ſepulchrum ſignificant,ac utraque tandem ſignificatio expreſſa fuit. Rectè autem his locis

*q*) §.31.32. (*r*) *Cham.T.2 l.10.c.9.§.5. Forbeſ.hiſt.l.16.c.1.§.10.*

cis ſepultura intelligitur: Matth. 27. 52. quorum corpora ſigilla fuerunt futuræ electorum Reſurrectionis. An. 109.

§. 7.) II. Ex epiſtola ad *Magneſios. In Dei concordia omnia agite, Epiſcopo præſidente Dei loco, presbyteris loco Senatûs Apoſtolici, Diaconis mihi ſuaviſſimis, ut iis, quibus commiſſum eſt Jeſu Chriſti miniſterium.* Non plures quàm tres gradus in Eccleſia tunc fuiſſe Ignatius in ſuis Epiſtolis frequenter docet. Presbyteros autem ſuccedere Apoſtolis hîc & alibi docet. Sicut verò Epiſcopi ex Eccleſiæ conſuetudine magis, quàm ex diſpoſitione Dominica, ita presbyteri cum Epiſcopo in commune regere Eccleſiam debent. Senatus Apoſtolicus i. q. alibi Synedrium, conventus, uſitatè presbyterium, quia presbyteris conſtabat, quo nomine Epiſcopi etiam veniunt, & ii Laici, qui ad presbyterium alleguntur. Conſtit. Apoſt. l. 2. c. 28. conſilium & ſenatus Eccleſiæ. Ita Pius I. ad Juſtum Viennenſem Epiſcopum: nominibus enim illis conventus ſupremi ad res regundas tam Græcis & Romanis, quàm Ebræis dicti. (s) Nota hîc presbyteros loco Apoſtolorum eſſe, uti & in Clementis loco modò allegato: at hodie Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores dicuntur. Quo igitur jure presbyteri à Synodis, & aliàs excluduntur? In presbyteriis & Synodis aliquem requiri ordinem nemo negat, ordinis itaque primatum & præſidentiam concedimus, unde nihil obtinent qui dicunt, coronam ſemicircularem presbyterii ex utraque parte Epiſcopalem cathedram cinxiſſe. (Hammond. de Epiſc. diſſert. 1. c. 13. §. 7. confer eund. c. 8. & 9. & 25. diſſert. 2.) Urget hunc locum & ſimilia Beveregius in notis pag. 14. b. at per Epiſcopum Synedrii ſeu Presbyterii præſidem, qui olim non Sedis, ſed ętatis reſpectu ita dictus, ſic vocatum contendimus, adeóque presbyterorum ætate, vel promotione primus erat: unde presbyteros Apoſtolis ſucceſſiſſe dicit: & tam presbyterio, quàm Epiſcopo ſubjici Trallianos jubet. 2. Epiſt. ad Magneſios.

*Omnes in unum templum Dei concurrite.* Aſſutum eſſe hunc locum Vedelius vult c. 4. contra Baron. §. 25. & ad an. 57. § 99. quia tunc temporis Chriſtiani templa nondum habuere, ut nec Origenis ætate, ex libro ejus 8. adverſus Celſum, & Arnobii lib. 6. adv. Gentes. Vel certè catechreſticè hîc Templum accipitur.

§. 8.) *Unusquiſque Chriſti amans celebret diem Dominicum.* Traditiones in Verbo Dei non ſcriptas commendare Ignatium hinc volunt Latini: quibus fusè Vedelius c. 7. reſpondet.

*Simus digni cognomento, quod accepimus &c.* Ergo non quivis Catholicus ſtatim eſt verè Catholicus, non quævis religio vera. Ib. *qui alio nomine appellatur præter hoc* (Chriſtianorum) *hic non eſt Dei &c.* Sic ſectarii & hæretici à ſuis capitibus denominari amant. Quò ergo Franciſcani, Dominicani &c. pertinebunt? vid. Vedel. c. 10.



s) *Selden. de Synod. l. 3. c. 15.*

An. 109. *Cùm Petrus & Paulus fundarent Eccleſiam* (Antiochenam.) Si ergo Petrus Antiochiæ Epiſcopus propriè dictus fuit, eò quòd fundavit illam Eccleſiam, ergo multò magis, vel æquo ſanè jure Paulus etiam fuit, quia Petro prior hoc fecit. Ergo duo ſimul Epiſcopi, imò plures. Vedel. c. 11.

*Ubi eſt Chriſtianiſmus, ibi non eſt Judaiſmus, unus enim eſt Chriſtus Jeſus.* Veræ ergo Catholicæ, puræ ac orthodoxæ Eccleſiæ nota eſt infallibilis vera doctrina, ſeu perduratio in vera fide. Ecquæ ergo Latinorum religio, ex Judaiſmo, Gentiliſmo &c. conſuta.

3. Epiſt. ad Philadelph. §. 9.) III. Epiſtola ad *Philadelphenſes*. De fide hujus Epiſtolæ Hammond. de Epiſc. diſſert. 2. c. 2. §. 2. & c. 19. & 21. & 24 à §. 4. & §. 15. c. 25. §. 23. 24. Philadelphenſium Epiſcopus ſuſcepit miniſterium communis Eccleſiæ. (*t*) Ergóne Univerſalis fuit ? Plures ſanè Univerſales fuere, ob merita ſic dicti, eò quòd non ſui tantùm commiſſi gregis, ſed univerſalis etiam Eccleſiæ rationem ac ſolicitudinem habuerunt, déque tota Eccleſia bene meriti fuerunt. Vide Clement. conſtit. l. 6. c. 14. ſimiliter Nazianz. in laudem Cypriani & Athanaſii. At quid præjudicii ipſis concedent hinc Papiſtæ ? Ipſe Eleutherus P. in Epiſtola ſua, qualiſcunque tandem illa ſit, ad Epiſcopos Gallicos. *Hujus rei gratiâ*, inquit, *Univerſalis vobis à Chriſto Jeſu commiſſa eſt Eccleſia, ut pro omnibus laboretis.*

*Fugite ut filii lucis & veritatis ſectionem unitatis, & pravæ doctrinæ hæreticorum &c.* Paulò pòſt: *Fratres, ne erretis, ſi quis eum ſectetur, qui ſe abſciderit à veritate, regnum Dei nòn hæreditabit : & qui non abſcedit à mendaci concionatore, in gehennam condemnabitur &c.* Ergo fideles probare ſpiritus poſſunt & debent. Ergo ſine ſchiſmatis vitio à communione falſa pertinaciter docente ſeceditur. Imò hæreticum & ſchiſmaticum digito oſtendit exerto, dum ait: *Si graditur ſecundùm aliena præcepta* (à Chriſto non præſcri-
vid. §. 12. pta) *hic non eſt Chriſti, ſed vulpes, corruptor vineæ Chriſti.* Inde fideles olim: Ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχείοις εὕρω τοῦ εὐαγγελίου οὐ πιστεύω; *Niſi Evangelium invenero in archivis, non credo:* quibus reſpondet: ὅτι ἐμοὶ ἀρχεῖα ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὗ παρακοῦσαι, πρόδηλος ὄλεθρος; *Jeſus mihi pro archivis eſt, quem nolle audire manifeſta pernicies eſt.* De ſchiſmaticis & hæreticis hîc agit: Baſil. Epiſt. can. ad Amphiloch. inter αἵρεσιν, σχίσμα, & παρασυναγωγὴν diſcernit. Hæreſin ſtatuit eſſe in omnibus, qui tuentur errorem fidei repugnantem; Schiſma diſſidium definit ob controverſias Eccleſiaſticas. Paraſynagogam eorum, qui ſynaxes ſeu menſas alias inſtituunt. Theodorus Studites Epiſt. ad Naucrat. tria hæreticorum genera facit: 1. eorum, qui κυρίως ſic dicuntur, quia in præcipuis ſeu fundamentalibus fidei impiè ſentiunt. 2. qui κατὰ κατάχρησιν ſic vocati, qui in rebus minoris momenti diſcordant ab Eccleſia. 3. ſi quis non ſit κακόδοξος, & interim crimen commiſerit, & ejus convictus nolit cedere canonibus Eccleſiaſticis. Omnia autem genera hîc intelligit Ignatius.

§. 10.)

*t) Conf. Blondel. de prim. pag. 6.*

*§.* 10.) *Una utamini Euch:riſtia : una enim eſt caro Domini noſtri Jeſu Chriſti, unus illius ſanguis, qui pro nobis fuſus eſt, unus item panis omnibus fractus, & unus calix, qui omnibus diſtributus eſt &c.* Oppoſitio eſt inter carnem & panem, inter ſanguinem & calicem ſeu vinum : adeóque fruſtrà Bellarm. l. 2. de Euchariſt. c. 2. inter carnem in cruce paſſam, & ſanguinem ut in cruce fuſum, à Sacramento Euchariſtiæ diſtinguit Imò idem Bellarminus veritatis vi victus l. 4. c. 26. *Unum panem eſſe omnibus confr.* &c. dicit : Non multum eſſe fidendum Græcis Codicibus, quia multi ſint in iis errores. Itaque contra tranſſubſtantiationem clariſſimè pugnat hic locus : ut & contra communionem ſub una : item contra Miſſam privatam, ſeu communionem ſolitariam. Sic unus olim panis oblatus, ac in multas conciſus particulas, communicantibúſque diſtributus fuit. (*u*) An. 109.

Ib. *Unum altare omni Eccleſiæ.* At hodie multa altaria in uno Templo. Olim ut unus Epiſcopus, ſic unum nonniſi in uno templo altare ſeu menſa potiùs. (*x*)

*Una eſt Eccleſia, quam ſuis ſudoribus & laboribus fundârunt S. Apoſtoli, à finibus terræ uſque ad fines.* Omnibus igitur Apoſtolis non minùs quàm Petro, fundamenti competit ratio, ex ſententia Patrum. Hinc ergo Monarchia Petrina probari non poteſt : neque enim Petrus peculiari modo fundamentum dicitur, ut Bellarminus prætendit l. 1. de Pont. c. 11. Ita nec Eccleſia Romana, ſeu Sedes Petri, Petra ſtatuenda, quia ſolus Chriſtus illa petra eſt invicta, & inconcuſſa, ut in hujus Epiſtolæ inſcriptione Ignatius oſtendit. Patet inſuper hoc loco, omnes æqualiter Apoſtolos prædicâſſe Evangelium per totum orbem : Col. 1. v. 2. & 6. Non ergo ſolus Petrus per omnia tranſiit.

*§.* 11.) *Virgines ſolum Chriſtum in precibus veſtris ante oculos habete, & Patrem illius.* Quid luculentius contra Divorum adorationem. Subjungit : *Utinam fruar veſtra ſanctimonia, ut Jeſu filii Nave, ut Melchiſedec, ut Heliſæi, ut Jeremiæ, ut Baptiſtæ Johannis, ut dilecti illius diſcipuli, ut Timothei, ut Titi, ut Evodii, ut Clementis, qui in puritate exegerunt hanc vitam.* Ne verò quis exiſtimet, quòd Miniſtrorum Verbi conjugium improbet, mox ſubjicit, *Non quòd vituperem reliquos Beatos, quòd rei uxoriæ operam dederint &c.* Atque Petrum & Paulum, & alios Apoſtolos nuptiis operam dediſſe aſſerit. Hinc Ignatii codices à philogamis depravatos clamant præter alios, Piſanus, (*y*) & Baronius, (*z*) quia in vetuſtiſſimis exemplaribus nulla Pauli mentio inter conjugatos, niſi in quibusdam Græcis, antiquitate tamen non æqualibus, ait Baronius, quaſi unicus is & certiſſimus antiquitatis & authentias judex ſit. Imò verba illa, *& alii Apoſtoli*, licèt ſint in omnibus exemplaribus Græcis, Latinis, antiquioribus, recentioribus : videntur ex

 textu

*u*) *Larroq. de Euchar. part. 1. c. 4. p. 60.* (*x*) *idem ib. c. 5 p. 102 Dallæ. de Cultu Latin. lib. 8. c. 30 p. 1145. Arnd. Ant. l. altare.* §. 14. (*y*) *de continentia c. 5.* (*z*) *ad an.* 57. §. 64. 65.

An. 109. textu abradenda, inquit Margarinus de la Bigne in hunc locum. Inprimis de Pauli conjugio vide Uſſer. part. 1. c. 17. toto. Iterum Ignatius: *Si quis univerſa hæc confiteatur, ſed legitimam commixtionem, & liberorum procreationem, corruptelam & pollutionem appellet, aut cibos aliquos deteſtandos, putet, talis apoſtatam illum draconem in ſe habitantem fovet.* Ullibíne clericos eximit? (a)

§. 12.) *Principes obediant Cæſari, milites principibus: diaconi & reliquus clerus unà cum populo univerſo, militibus, principibus & cæſare, ipſi Epiſcopo pareant, Epiſcopus Chriſto &c.* Bella hæc omnia pro Papa & clero! At non Romanis, ſed Philadelphenſibus, qui proprium Epiſcopum habebant, hæc ſcribit. Præterea fideles hortatur, aſt tum Cæſar, principes, populus univerſus nondum tales erant. Unde jure merito locus ſuſpectus, imò Epiſtola. Vide Uſſer. c. 16. à p. 119.

*Hæc non ut Apoſtolus præcipio &c.* ita ad Rom. *Non ut Petrus & Paulus præcipio vobis: illi erant Apoſtoli* (quare non dicit, Petrus erat Papa?) *ego autem ſum minimus.*

*Apoſtolis, ceu presbyterio Eccleſiæ*) Apoſtoli ſunt presbyteri: & presbyteri ſunt Apoſtoli. Scil. Apoſtoli erant presbyteri univerſales totius Eccleſiæ: alii verò presbyteri i.e. presbyteri particularium Eccleſiarum, quorum collegium unum aliquem habebat, qui non poteſtate, ſed ordine primus fuerat: confer Vedel. c. 14. Ad Apoſtolorum collegium confugere jubet Ignatius: quo quid aliud vult, quàm regimen Eccleſiæ non monarchicum, ſed ariſtocraticum, adeóque Chriſti loco illos eſſe in his terris? Hinc Chryſoſt. hom. 17. in Matth. Sacerdotes omnes vicarios Chriſti eſſe aſſerit. Omnes enim ſunt operarii Chriſti.

Si quis legitimum conjugium corruptelam vocet & pollutionem, (φθορὰν καὶ μολυσμὸν) aut cibos aliquos deteſtandos putet, *talis apoſtatam illum draconem in ſe habitantem fovet.* Duobus modis homo in habitantem Diabolum habere dicitur. 1. quoad vitam & actiones, tam internas, quàm externas, earúmque fontem & ſcaturiginem. 2. quoad fidem & doctrinam.

*Jeſus mihi pro archivis eſt.* Docet, antiquitatem notam veræ Eccleſiæ non eſſe: aliàs ſanè gentiliſmus Antiochiæ abjiciendus præ Chriſtianiſmo non fuiſſet. Ex antiquitate ergo & veritate æſtimanda religio, nec mala conſuetudo, utut diuturna, bona eſt. Hunc locum contra traditiones, de quibus Bar. §. 24. defendit Vedelius c. 17. *Vide* §. 9.

§. 13.) *Boni ſunt ſacerdotes, ſermoniſque miniſtri, præſtantior eſt Pontifex, cui ſancta ſanctorum, & ſecreta Dei credita ſunt.* Rectè Chamierus (b) hæc & alia ſimilia non probare, primitus Epiſcopos non eoſdem cum presbyteris fuiſſe: ſed tantùm Epiſcoporum inſtitutionem eſſe antiquam, at non Apoſto-

a) *vid. de Dom. l. 2. c. 10. §. 17. item Uſſer. à p. 116. collat. cum Clement. Conſtit. l. 6. c. 8. & 10. & 25. Hoſpin. de Mon. p. 31. b. De ciborum autem prohibitione Vedelius c. 15.* (b) *Tom. 2. l. 10. c. 6. §. 33.*

Apoſtolicam.Neque ulla inde jurisdictio concluditur, ſed ordo. Melior E-piſcopus non ratione Miniſterii, ſed quantum ad authoritatem, non toto genere diverſam,ſed in eodem ſubſiſtentem. Ad hæc non immeritò ſuſpe-ctus eſt hic locus Vedelio,c.18.ob vocabulum ſacerdotis (ἱερέως) primitivæ Eccleſiæ incognitum. Summus Pontifex,ἀρχιερεὺς, ſolus eſt Chriſtus,quæ tamen loquendi formula ſequiori tempore non pro Romani Papæ Monarchia,ſed pro quovis loci alicuius Epiſcopo fuit accepta. An.109.

*Decet vos,ut Dei Eccleſiam,eligere Epiſcopum,vt obeat legationem Dei, vt concedatur illis in eundem locum congregatis,etiam glorificare nomen Dei.* Ergo inſtitutio & confirmatio Epiſcopi,non ab Epiſcopo Romano dependit: quin ad clerum & populum,ſeu plebem talis electio pertinuit. De eodem Ignatius Epiſt.ad Smirnenſes agit.Ad quæ Blondellus(de Epiſc.p.392.)Conſtat clerum plebémque convenire,eligere,nominare,gratum habere,poſtulare, teſtari, annuere, rogari, conſensûs decretum edere ante Conſtantini M.tempora ex æquo conſueviſſe.Ita in ſynodalibus canonibus ſinguli Epiſcopi à ſuis comprovincialibus ordinari, cenſeri, judicari, deponi jubentur. Peſſimè ergò, & novo, & tyrannico exemplo adempta populo Epiſcopum eligendi poteſtas. (*e*)

§.14. IV. Epiſtola ad *Smyrnenſes.* Ejus inſcriptio πεπληροφορημένη ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ (Eccleſiæ) *plenè inſtructa in fide & charitate*: contra dubitantiam Pontif. facit. *4. Epiſt. ad Smyrnenſes.*

*Dominus Jeſus Chriſtus rogavit,*(Luc.22.)*ne deficeret fides Apoſtolorum.* Proinde non pro ſolo Petro rogavit,uti ſomniant:Vedel.c.3.confer Forbeſ. Inſtruct.Theol.l.15.c.11.§.2. ſeq. ex Macarii homil.5. & Theophil. in Luc. 22.ac Cypr. l.4.ep.4.

*Omnes Epiſcopum ſequimini, ut Chriſtus Patrem, & Presbyterorum collegium ut Apoſtolos* &c. item: *Sine Epiſcopo nemo quicquam faciat eorum, quæ ad Eccleſiam ſpectant.* Et: *Non licet ſine Epiſcopo baptizare, neque ſacrificium immolare, neque dochen celebrare.* Presbyteros ſubeſſe debere Epiſcopis, vullt hic Ignatius. At juris divini hoc eſſe, probare adverſarii ante omnia debent. *Idem Epiſcopum honorate ut Principem ſacerdotum imaginem Dei referentem, Dei quidem propter principatum, Chriſti verò propter ſacerdotium.* Profectò quemadmodum priorum decretalium faber ſuis ſe judiciis prodit: utpote toties & ubique repetitis coccyſmis de clavibus Petri, de præeminentia Sedis Romanæ, de adpellationibus, dum etiam multas tum inuſitatas novitates inducit; ita non minus fictus omnino hîc Polycarpus, dum nullibi non uſque ad tædium de Epiſcopis, illorum jure & privilegiis tractat, quaſi una hæc Chriſtianorum religio & ſalus; quaſi etiam temporibus adeò duris nihil non licuiſſet. Adde quod non modò multa inoportuna habeat, ſed & inſolita illis temporibus. *Principem ſacerdotum* nobis exhibet,

*e*) *vid.Vedel.c.19. de Dom.l.3.c.3.§.5.Cham.T.2.l.13.c.13.§.4.*

An.102. exhibet, at quarto adhuc ſeculo vetabant Africani, viri pientiſſimi, quempiam ita vocari. Ecquid ipſe Gregorius Magnus? Sed demus hoc: tamen juxta Ignatium neque primus Epiſcopus, neque cœteri Papæ ſubſunt: vide Vedel. c. 5. contra Bellar. Quid ſi verò plures unà Epiſcopi, uno in loco extiterint. ita Θυσίαν i. e. ſacrificium Ignatius vocat Euchariſtiam: de quo idem Vedel. c. 4.

Ib. *Honorare oportet & Regem* (at tum nullus Rex,) *nec enim Deo quisquam præſtantior, aut ſimilis ei in rebus omnibus creatis.* Ergo poteſtas Regis à Deo, cui omnes ſe ſubjicere tenentur, etiam ipſi Clerici.

*Laici Diaconis ſubjiciantur, Diaconi Presbyteris, Presbyteri Epiſcopo, Epiſcopus Chriſto, ut ipſe Patri.* En hierarchica! iſthæc, ut & plura alia ex Clementis Conſtit. ſurrepta rectè noſtri notant. Adhæc laicorum & clericorum termini tum in uſu nondum erant. Et tamen nonniſi tres Eccleſiaſticorum ordines recenſentur, & apertè quivis Epiſcopus non Archiepiſcopo, aut Patriarchæ, vel Papæ, ſed Chriſto immediatè ſubjicitur. Ita in Eccleſia nemo major Epiſcopo, juxta Ignatium. Neque negamus majorem eſſe Epiſcopum ſuo principe politico, imò quemvis fidelium Verbi Miniſtrum, ſed nonniſi in Eccleſia h. e. ſacri ordinis ſeu miniſterii ratione, & tamen principi ſuum jus non adimimus.

*§. 15.)* Ignatius inter cœteros eas ſalutat, quæ *in perpetua degunt Virginitate.* Reſp. 1. Imò ſalutat etiam totas familias, ſeu conjugatos. 2. Non ſequitur, has virginitatis votum feciſſe, multò minus tale, quale hodiernæ vovent moniales. Adhæc ſi ſibi donum hoc non conceſſum poſtea ſentirent, nubebant, ut loquitur Cypr. l. 1. ep. 11. Quare per ἀειπαρθένους eas rectè iutellexeris, non quæ neceſſariò in perpetuum abſtinuerunt, ſed ad id uſque tempus, quo data eſt hæc epiſtola.

Locum Theodoretus dial. 3. ex hac Ignatii epiſtola de Euchariſtia allegat, quem Baronius, Bellar. & cœteri, pro ſua tranſſubſtant. adducunt, qui tamen locus hodie in hac ejus epiſtola non extat: unde imponere probantur, quando vel verum Ignatium, vel ſaltem incorruptum ad nos perveniſſe dictitant: de quo fusè Vedel. cap. 7.

*5. Epiſt. ad Polycarp.* *§. 16.)* V. Ignatii Epiſtola ad *Polycarpum.* De hac judicia virorum gravium vide apud Uſſerium in Epiſt. Ignatii part. 1. c. 2. proleg. à p. 9. & parte poſtr. à p. 85. ita ut ex ipſis adverſſ. aliqui de authentia ipſius addubitent. Hos inter Bona Liturg. l. 1. c. 22. §. 1. contra Baronii an. 58. §. 102. ubi de curſoribus agit ad S. Cœtus convocantes: cui loco adde ejuſdem Annaliſtæ an. 44. §. 79. Sequentibus autem rationibus Cardinalis Cardinalem refellit. 1. Quia in Ignatii epiſtola non de Curſore agatur qui S. Synaxim indiceret, ſed de Legato, qui mittendus erat in Syriam ad Antiochenos. 2. Quia talis convocatio ad naſcentis Eccleſiæ tempora difficillima referri non poteſt ob acerbiſſ. perſecutiones, unde veriſimilius ſolam devotionem aliquos

coëgiſſe

coëgiſſe ad ſtatutas horas concurrere. 3. Hanc epiſtolam non genuinum An.109.
Ignatii fœtum eſſe, ſed ſuppoſititium. 4. Quia Baronius nullum illorum temporum teſtimonium proferat. Nimius itaque Epiſcopalis eſt Hammondus, dum pro Hierarchia defendenda quævis nimis facilè ſuſcipit & admittit: vide illum diſſert. 2. de Epiſc. c. 25. §. 4. ſeq.

*Si quis poteſt in caſtitate manere, maneat.* At præmittit εἴτις δύναται, ſi quis poſſit. Neque verò hîc votum continetur, neque cœlibatus abſque conditione. Quæ utinam ratio reſtitueretur hodie Chriſtiano orbi, neque inaniter tot fruſtráque, ac in ſui perniciem hoc jactarent, séque contrà graviter polluerent. Vedel. c. 1. & 2.

VI. Epiſtola ad *Epheſios*. Rectè ad hanc Cocus: (pag. 113. f.) *Si hæ Epiſtolæ Ignatii eſſent, & incorruptæ atque integræ ad noſtras manus perveniſſent, ad calcem illarum haberent Amen, & gratia, quia in ſingulis id apponere ſolitum Ignatium Baronius ad hunc annum §. 35. teſtatur. Atqui nonniſi in Epiſtola ad Epheſios, eadem verba poſt ſalutationem habentur: nec in illa quidem, ſi vera ſit editio, quam nobis dedit Perionius.* Confer Hammond. diſſert. 2. cap. 15--18. & 20. & c. 24. §. 18. c. 25. §. 9--16. c. 26. §. 2. — 6. Epiſt. ad Epheſios.

*Niſi quis intra altaris ſepta ſit* (ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου) *privatur pane Dei.* Ad hæc Vedelius: Altare apud veteres quatuor ſignificata habet. 1. Notat Jeſum Chriſtum. 2. Eccleſiam totam. 3. Eccleſiæ univerſæ membra. 4. Menſam qua utebantur in Cœna S. quæ lignea primitus fuerat; ita dicta ad modum V. T. alii quidem totius Eccleſiæ, alii nonniſi altaris ſepta intelligunt. At quomodo inter hos turbines talia haberi potuiſſent? Frequentiſſimum verò veteribus Scriptoribus, ut nomine altaris locum deſignent, ubi conſecrabatur & celebrabatur S. Cœna: ligneas autem habuiſſe tabulas vid. Larroq. de Euchar. part. 1. cap. 5. à p. 97. inpr. pag. 100.

*Novi multos per vos tranſeuntes habere perverſam doctrinam &c.* Ergo hæreticus eſt is, qui eligit ſibi, & pertinaciter ſectatur doctrinam non traditam à Chriſto.

*Os Chriſti* (ſcil. Jeremias cap. 15. v. 19. dicit) *Si ſeparaveritis pretioſum à vili, ut os meum eritis* (vos Epheſii.) Igitur quando Petrus os diſcipulorum dicitur, non mox ſequitur ejus Monarchia. Contra Bar. an. 33. §. 12. Multò minus cùm Papa os Petri vocatur, ejus erit ſucceſſor.

*Frangentes panem unum, qui eſt medicina immortalitatis &c.* Synecdoche etiam vini ſacri perceptionem includens, more loquendi uſitato. Unus autem communis fuit panis qui omnibus communicaturis frangebatur. (*d*)

§. 17.) VII. Epiſtola, ad *Romanos*. De illa Hammondus de Epiſc. diſſert. 2. c. 10. & c. 25. f. & diſſert. 3. c. 8. §. 14. — Epiſt. 7. ad Rom.

Inſcriptio: Ἐκκλησία ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων; *Eccleſia quæ præſidet in loco Romanæ regionis, ſeu in provincia ſive præfectura Romana:*



*d) Dallæ. de cultu Lat. l. 3. c. 26. pag. 435.*

An.109. *na*: h. e. in urbicaria regione. (*e*) *Eccleſia Deo digna, decentiſſima, beatificanda, laudanda, digna quâ quis potiatur, caſtiſſima, & eximiæ charitatis &c.* Et paulò ſuperiùs: *Eccleſia ſanctificata & illuminata &c.* Ergo Caput eſt omnium aliarum Eccleſiarum, ajunt adverſarii. Reſp. 1. Præſidet Eccleſia, at non ſola Romana, ſed quæcunque alia, quia cathedra ei tribuitur, ac fidei & morum eſt magiſtra, cui ſe omnes ſubmittere debent. 2. Non unum Papam, ſed totam Eccleſiam Romanam alloquitur Ignatius. At totum illud corpus caput Eccleſiæ ne ipſi quidem adverſarii faciunt. 3. Neque ſi daretur hoc, conſequentia valida eſſet. Nam fuiſſe olim hanc Eccleſiam honore & authoritate primam damus, atque illi loci & ordinis primatum quendam concedimus, ſed quid hoc ad poteſtatem Pontificiam. Præſideri dixit Ignatius, vel ſi activè reddere malis, præſidere, at non ubique, ſed in loco Romanæ regionis. Sic ſanctificata & illuminata vocatur; anne verò cœteras non ſanctificatas & cœcas fuiſſe ſtatuemus? Igitur Spondanus cauſam non habet, quur §. 3. tantopere glorietur, & ex Ignatio unum hoc dictum ad fucum faciendum ſeligat. An regio Romanorum, & totus orbis æqualia, ipſi dijudicent. Et quod potiſſimum, nullius in hac Epiſtola, Summi Pontificis fit mentio.

*Frumentum ſum Dei, dentibus ferarum malarum, ut mundus panis Dei inveniar.* malè hæc ad operum merita torquent.

*Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus hujus vitæ: panem Dei volo, panem cœleſtem, qui eſt caro Chriſti Dei, &c.* Nihil omnino hæc pro tranſſubſtantiatione faciunt, quandoquidem de vita æterna loquitur, quam ipſi Chriſtus promeruit.

§. 18.) Octo inſuper reſtant Epiſtolæ, falsò tamen Ignatio tributæ. De tribus poſtremis Martialis Mæſtræus Doctor Pariſ. in notis ad Ignatium, ita loquitur: *Quod attinet ad duas priores Epiſtolas Ignatii ad B. Johannem Evangeliſtam, aliáſque duas ſequentes, alteram Ignatii ad Mariam Deiparam, & alteram Mariæ ad Ignatium, cùm Græcè nunquam conſcriptæ repertæ fuerint, nec illarum ullus veterum Patrum ad Bernardum usque meminerit, tutius meo judicio fuerit eadem vel in apocryphorum ordinem redigere, aut ſaltem, ut non omnino certas ac genuinas habere.* Confer omnino Bellarm. de Script. Eccl. & T. 1. indicis Romani libror. expurg. cujus cenſura præfixa eſt Ignatianis Epiſt. T. 3. Bibl. vet. Patr. edit. 3. De earundem fide dubitare videtur Bar. ad an. 48. §. 26. & ad præf. an. §. 34. Quod ſi hæ tres Epiſtolæ Apocryphæ ſint, vel certè dubiæ, quia illarum nulla extat mentio apud veteres, ob eandem rationem non melioris notæ erunt ſequentes, de quibus jamjam acturi.

*Epiſt. ad Mariam Caſſobol.* a. Ignatii Epiſtola ad *Mariam Caſſobolitem* ſeu Caſtabalenſem proſelytam, ſive Zarbenſem. Mæſtræus putat fuiſſe honeſtam fœminam, cujus memi-

*e*) *Hammond. diſſert.* 4. *c.* 5. §. 10. & 11.

meminerit Paulus ad Rom.16. & ita dictam, quòd omnia ſecularia abjeciſ- An.109.
ſet,ut devotius ac ſimplicius vacaret Dei cultui. Hæc Epiſtola cujus ſit momenti vide Uſſer. part. ult.p.76. & 81. Ab hac ad illum datas viciſſim literas volunt.

Ib. *Cùm adhuc Romæ eſſes apud B. Anacletum P. cui nunc ſucceſſit Beatiſſ. Clemens, Petri & Pauli auditor.* Atqui Papæ nomen omnibus Epiſcopis commune fuiſſe, & fortè nec Ignatii ætate adhuc uſitatum, ne triviales quidem ignorant, ita ut Monarchiam Papalem non inferat. An verò Clementem ſucceſſiſſe Anacleto concedent? Errore librariorum factum putat Baronius ad an.93.§.1. & 7. cùm dicendum potiùs eſſet, Clementem ſucceſſiſſe Cleto, vel potiùs Lino, ſi credimus Turriano: pro Epiſt. Pontiff. l.2. c.10. inpr. adi Vedel. cap.3. Tam Pauli verò, quàm Petri auditor Anacletus fuiſſe perhibetur: ſcil. quia uterque Romam fundavit: idem c.4. & 5.

*§.19.)* b. Ignatii Epiſtola ad Tarſenſes, cujus ſit commatis vid. Uſſer. *Epiſt. ad Tarſenſ.* part. ult. à p.97.

Inter alia hoc inter hæreſes à Miniſtris Satanæ diſſeminatas recenſet, videl. Quòd Chriſtus ſit ille, qui eſt ſupra omnia Deus.

*Ib. Eas, quæ in virginitate ſunt, honorate, tanquam ſacerdotes Chriſti.* Minimè tamen monaſticum votum pro cœlibatu hinc concluditur, quandoquidem non tantùm omnes virgines, ſanctè & caſtè viventes, ſed & quivis verè Chriſtiani pii Dei ſacerdotes dicuntur. Adde quòd fœminæ etiam miniſterium Eccleſiaſticum exercentes apud Tertullianum virgines vocantur: vide Vedel. cap.1.

c. Ejuſdem Ignatii Epiſtola ad *Philippenſes.* In hanc cenſuram vide *Ep. ad Philipp.* Uſſerii part. ult. p.114. ſeq. Et ſuo & Presbyterorum nomine ſcribit, itaque non abſque Senatu Eccleſ.

Ib. (Crux) *Trophæum eſt contra ipſius potentiam, quod ubi viderit, horret, & audiens timet, & antequam fabricaretur crux, ſtudebat ut fabricaretur, & operabatur in Juda, in Phariſæis &c.* Gratis pro crucis veneratione hic allegatur locus, quia hîc non de ſigno crucis, ſed de crucifixione Chriſti agitur. Vedel. cap.1.

Ib. *Quadrageſimam ne ſpernite, continet enim imitationem converſationis Dominicæ &c.* confer can. Apoſt.66. ſeqq. & conſtit. Clem. l.5.c.12. quæ falsò Ignatio, ut & integræ Apocryphæ Epiſtolæ tribuuntur: vid. Vedel. c.2. & 3. ubi copiosè de quadrageſimali jejunio: ſic c. 4. de jejunio feriarum quartarum & ſextarum: cap.5. & 6. de jejunio diei Sabbathi. c.7. de Paſchatis celebratione. Ib. *Si quis cum Judæis celebrat Paſcha, aut ſymbola feſtivitatis eorum recipit, particeps eſt eorum, qui Dominum occiderunt & Apoſtolos ejus.* Ergo multi magni viri hoc crimine tenebuntur. Quis ad voces adeò tragicas, inquit Dallæus (*f*) non expaveſcat? Quis non totius religio-



*f*) *de uſu Patr. p.*177.

An.109. religionis Chriſtianæ ſummam agi putet? Annon verò ſeria magis tractari & inculcari potuiſſent? (*g*)

Ibidem negatur Verbum, quod caro factum eſt i. e. Filium Dei in homine habitâſſe. Hinc Scholiaſtes: Hic locus videtur mihi non carere mendo.

Ib. *Saluto collegium virginum.* At quis credat Rouſſelio (*h*) & Baronio ad an. 57. §. 55. ac cœteris, monialium collegia jam Ignatii tempore extitiſſe? Σύςημα autem non Collegium, ſed cœtum totum, corpus omnium, quotquot Philippis erant virgines i. q. σύςρεμμα apud Polybium:

§. 20.) Ignatii Epiſtola ad *Antiochenos.* De hac Uſſer. part. ult. à p. 103.

*Epiſt. ad Antioch.* *Evodius primus vobis ordinatus eſt ab Apoſtolis* (Petro & Paulo) *Antiſtes:* ἐνεχειρίσθη τὴν ὑμετέραν προστασίαν. Si Evodius primus fuit Antiochenus Antiſtes, ergo non Petrus. Nec ſatisfacit Baronius ad an. 39. 18. primum fuiſſe poſt Petrum; quia iſthuc comminiſci eſt, Petrus enim ab Ignatio, ejuſdem loci Epiſcopo non numeratur. Si Petrus fuit, quare Paulus unà cum Petro alium ordinavit? Ergo & Paulus ejuſdem cum Petro poteſtatis fuit. Et ea ratione Ignatius Evodium, quia primus fuit, Patrem vocat. Apoſtoli verò ſpeciales Epiſcopi nullibi fuêre, ſed fundârunt & plantârunt Eccleſias, ſicut idem Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ fundationem tam Paulo, quàm Petro in Epiſt. ad Magneſios adſcribit. (*i*)

Reſcribere fingitur ſuis: *Presbyteri paſcite gregem, qui inter vos eſt, donec Deus deſignaverit eum, qui principatum in vobis habiturus eſt.* Non dixit: Paſcite gregem, donec Papa Rom. vobis Epiſcopum ordinaverit. Etſi verò genuinum Ignatii fœtum hanc Epiſtolam non agnoſcamus, inde tamen liquet, abſente, vel ſublato Epiſcopo licentiam Presbyteris dari gregis paſcendi, & omnia, quæ Epiſcopus agebat, agendi, i. e. conſignandi, ordinandi: prout Romæ etiam factitatum invenimus.

Ib. *Cæſari ſubjecti eſtote in iis, in quibus ſubdi nullum animæ periculum eſt.* Si de gentili Magiſtratu hæc dixit, neque ullum à ſubjectione exemit, multò magis hodie eadem ſubjecto locum inter Chriſtianos habebit.

Ridiculè prohibet, Ne mulieres audeant viros proprio nomine vocare.

Ib. *Saluto ſubdiaconos, cantores, lectores, janitores, laborantes, exorciſtas, confeſſores.* Bellè! Ergo probè jam his hominum generibus erant ſtipati Antiocheni. At ſubdiaconos, acoluthos, & tres minores ordines, exorciſtas, lectores & oſtiarios, procedente tempore Eccleſiam ſibi conſtituiſſe à Magiſtro ſententiarum rectiſſimè obſervatum. Ad hæc Bona l. 1. c. 25. §. 17. Solidum (ex hac epiſtola) argumentum pro omnibus (minoribus ordinibus) ſumi non poteſt, quia nec ſingulos enumerat, & inter eos Laborantes recenſet & cantores, miſcens ſimul ordines & officia Eccleſiaſtica. Dicendum

(*g*) *Conſule Cocum pag.* 114. *Ravv. p.* 466. *Drelinc. au ſans viſage* § 18. *p.* 156. (*h*) *l.* 3. *c.* 4. § 9. (*i*) *vid. Vedel. c.* 1. *&* 2.

dum igitur, inquit, cum S. Thoma, quòd temporibus Apoſtolorum omnia miniſteria, quæ ordinibus minoribus competunt, non à diſtinctis perſonis, ſed ab uno duntaxat miniſtro exercebantur &c. at quid hoc aliud, quàm fateri, illos ordines Apoſtolorum tempore non extitiſſe, prout revera ſe res habet: ita ut falſus ſit Caſalius qui cap. 27. hunc locum pro ſe adducit. Salutat quoque Ignatius τὰς φρουροὺς τῶν ἁγίων πυλώνων τὰς διακόνους: *Cuſtodes ſacrorum veſtibulorum Diaconiſſas.* Ad hæc Cocus (k) Diaconiſſarum talium cuſtodum nulla apud ullum veterum fit mentio, ut nec divinorum curſorum, de quibus Epiſtolâ ad Polycarpum: parciſſima Laborantium. Confer Voſſium in Epiſt. Plinii II. de Chriſtianis p. 42. & Arnd. antiq. tit. Clerus à §. 161. & 172. An. 109.

§. 21.) e. Ignatii Epiſtola ad Heronem, Diaconum Antiochenum, pòſt Ignatii ſucceſſorem de hac Uſſer. pag. 109. *Epiſt. ad Heronem.*

*Vino et carnibus ne prorſus abſtineas, nec enim abominanda ſunt.* Confer conſtit. Clem. l. 7. c. 21. Propter hæreticos hoc in Epiſt. ad Philadel. dicit, unde fortè compilator id huc congeſſit. Ab hoc verò piaculo Papiſtæ an liberi, tu judica: vide Vedel. c. 1.

Ib. *Quicunque dixerit quidpiam παρὰ τὰ διατεταγμένα, præter ea quæ conſtituta ſunt* (ordinata ſeu præcepta & tradita divinitus) *etiamſi fide dignus ſit, quamvis jejunet, quamvis in virginitate degat, quamvis ſigna edat, quamvis prophetet, pro lupo illum habeas &c.* ubi per διατεταγμένα non intelligit traditiones non ſcriptas & Verbum Dei ſimul, ſed Verbum Dei, ſeu illud, quod jam clarè & apertè Deus nobis patefecit, cui nec addi, nec detrahi quicquam vult.

Ib. *Nihil ſine Epiſcopis facito. Sacerdotes enim ſunt, tu verò Sacerdotum Miniſter, baptizant, ſacra peragunt* (alii ſacrificant, Gr. ἱερουργοῦσι) *eligunt, manus imponunt; tu verò illis miniſtras, ut S. ille Stephanus Jacobo & Presbyteris, qui erant Hieroſolymis.* Ex hoc & ſimilibus Ignatii locis rectè Blondel. (l) colligit Epiſcopum cum Presbyteris olim ejuſdem poteſtatis collegium ſeu presbyterium feciſſe, cui æqualiter olim attendere & ſe ſubjicere cœteri debuerint. Obſervabis inſuper. 1. Authorem hunc plures ſimul Antiochenos ponere Epiſcopos. 2. Duos nonniſi ordines facere Miniſtrorum, prout fit à Clem. in Epiſt. ad Cor. poſt Paulum ipſum, Epiſcopos & Diaconos. 3. Illum Epiſcopos Antiochenos eoſdem ſtatuere, Diaconorum reſpectu, qui erant Presbyteri Hieroſolymitani. 4. Illis Antiochenis Presbyteris tribuit non tantùm jus tingendi & offerendi i. e. Sacramenta adminiſtrandi, ſed etiam χειροτονίας καὶ τῆς χειροθεσίας i. e. eligendi & ordinandi: confer Vedel. c. 4. Ad hunc locum M. Ant. de Dom. Epiſcopali dignitati addictior, Epiſcoporum & Presbyterorum nomina confundi agnoſcit, unde inter Epiſcopum primi & ſecundi ordinis diſtinguit. Verùm quia ta-



k) pag. 115. (l) de Epiſc. 305.

An. 109. lia hoc loco Epiſcopis tribuuntur, ut Presbyteris hodiernis non conveniant, putat Ignatium Heroni, tanquam futuro ſucceſſori, etiam eos Epiſcopos commendâſſe, qui alibi etiam fuere, ut illos in omnibus conſulat. Conſentit Hammond. (*m*) dum omnes Antiochiæ ſeu metropoli ſubjectos Epiſcopos intelligendos cenſet. Aſt verò clariſſimum ex textu fit, Ignatium cum Herone tanquam cum nudo Diacono Antiochiæ egiſſe, unde addit: *Tu verò illis* (Epiſcopis ſeu Presbyteris) *miniſtras*. Atqui ſolis Antiochenis, non aliis, miniſtravit. Plures ergo uno in loco Epiſcopi, ab inferioribus attendendi. Ita Antiochiam Hieroſolymis ſimpliciter confert. Vide eundem l. 2. c. 3. §. 21. coll. cum c. 9. §. 4. Neque meritò iſdem Hammondus l. c. Walonem i. e. Salmaſium flagellat, quòd ex hoc loco Epiſcopalem modernum ordinem evertere intendit, quaſi ita hanc Epiſtolam genuinam agnoſcat, quam tamen alibi rejiciat: Quandoquidem iſthoc ex adverſariorum conceſſione facit, adeoque illos ipſorum & fidiculis conficere vult. Id quod nos toto hoc opere unicè ſequimur.

*Ignatii Epiſt. ad B. Iohannem & B. Virg. Mariam.* §. 22.) Porrò duas B. Ignatii *ad S. Johannem*, ſuum præceptorem, ſuppoſitas epiſtolas apud Uſſerium p. 188. ſeq. item *ad B. Virginem*, & hujus ad illum reſponſum: p. 190. ſeq. De ſingulis ib. part. 1. pag. 142. & 127. nec non apud Cocum à p. 109 videbis. de B. Mariæ Epiſt. Bellar. in Catalogo p. 27. f.

*vid. an. 381. §. 16.* Cantum alternum ſeu Antiphoniam ab hoc Ignatio in Eccleſiam introductam, oſtensámque ei cœlitus Angelorum viſione, qui hymnos alter ad alterum S. Trinitati concinebant, Socrates l. 6. c. 8. ſcribit. At Theodoretus, l. 2. c. 24. inquit Bona l. 2. c. 4. §. 1. eam conſuetudinem ad Flavianum & Theodorum refert; id tamen non abſolutè de quocunque alterno cantu, ſed de Pſalmis Davidicis ex verbis Theodoreti intelligit. Apparet certè ex Liturgiis etiam Apoſtolorum virorúmque Apoſtolicorum, ſi modò genuinæ eſſent, tum vetuſtum fuiſſe Antiphoniarum uſum, tum plebem etiam reſpondiſſe, ídque linguâ cognitâ. Neque enim initio Religionis ubique virorum Eccleſiaſticorum chori fuerunt & abundantia.

*Dionyſ. Areopag.* §. 23.) *Dionyſius Areopagita* converſus Act. 17. 34. anno 52. juxta Bar. (*n*) Primus Epiſcopus Athenienſis: Euſ. l. 3. c. 4. Romam illum Athenis adducunt: de quo ſuprà ad an. 98. §. 5. inde cum Eutropio in Gallias à Clemente miſſus ac ibidem Pariſ. præfuiſſe Eccleſiæ fingitur. Eundem Dionyſium Ughellus (*o*) primum Crotonienſem in Italia Epiſcopum factum ait quando illac tranſibat Romam petens. At mox alterum Epiſcopum Flavianum ad an. 537. ſub Vigilio P. collocat. Tres autem Dionyſii probè diſtinguendi apud hiſtoricos celebrantur. 1. hic noſter præſens Areopagita. 2. Corinthius magni nominis Epiſcopus, ad an. 166. Juſtino σύγχρονος: vid. Euſ. l. 4. c. 22. 3. Alexandrinus Epiſcopus ibidem celebris, Origenis diſcipulus,

*m*) *diſſert. 2. de Epiſc. c. 7. à* §. 11. (*n*) §. 10. *Spond.* §. 1. *&* 4. (*o*) *Ital. S. Tig. p.* 527.

ſcipulus, ad an. 217. Verùm de Gallicano ſeu Pariſ. iſthoc Dionyſio ne inter An. 109.
ipſos quidem adverſarios uſquequaque convenit: vid. Bar. à ℱ. 38. inpr. ℱ.
49. ubi ipſum Greg. Turonenſem, Gallicanum ſcriptorem, rerum illarum
longè peritiorem, qui anno 574. vixit, flagellat, ipſe tamen præ illo flagellandus. De Dionyſio Martyrol. Rom. ad 9. oct. in hunc modum: *Lutetiæ Pariſiorum natalis S. Martyrum Dionyſii Areop. Epiſcopi, & Ruſtici Presbyteri, & Eleutherii Diaconi: ex quibus Dionyſius ab Apoſtolo Paulo baptizatus, primus Athenienſium Epiſcopus eſt ordinatus: deinde Romam veniens, à B. Clemente R. P. in Gallias prædicandi gratiâ directus eſt: & ad præfatam urbem deveniens, cum ibi per aliquot annos commiſſum ſibi opus fideliter proſequeretur, tandem à Præfecto Feſcennino, poſt graviſſima tormentorum genera, unà cum ſociis gladio animadverſus martyrium complevit.* Atque hæc cum aliis conferre ibidem laborioſè Baronius ſtudet; unde etiam in annalibus ℱ. 51. liberaliter potiùs, quàm conſtanter, *Jura*, inquit, *veritatis ſunt ampliora omni antiquitate, quippe quæ nulla plurimorum ſeculorum valeant præſcriptione lædi, nec innumera teſtium multitudine obrui atque labefactari.* Ergo ſanè contrà S. Scripturam nulla valet antiquitas, nullus ex Patribus, nec quidquam aliud. Gal. 1. 8. Bar. accedit Bellarm. in Cat. ubi; *de Dionyſii operibus* (quæ recenſet) *viri docti & Catholici nihil dubitant. Soli hæretici Lutherani, & quidam ſcioli, Eraſmus, Valla, & pauci alii hoc negant.* Sequentes ergo nec docti, nec Catholici, ſed ſcioli ſunt Gaza, Sixt. Senenſis, Cajetanus, Petavius &c. de ejus operibus pluſquàm dubitat Card. Perronius (*p*) *Nunquam ego allegarem*, inquit, *opera S. Dionyſii* &c. Inpr. hunc Dionyſium de ponte dejicit Launojus doctiſſ. Sorbon. diſcuſſ. cap. 3. pag. 52. Ex quo, ut & famoſiſſ. Sirmondo, & aliunde fusè & luculenter idem probat Gallia Chriſtiana T. 1. pag. 400. ſeqq. & Pariſienſem quidem Decii demum tempore ex Severi lib. 2. & Greg. Turon. lib. 2. cap. 30. docet. Unde ſecundus loci Epiſcopus Mallo. 3. Maſſus. 4. Marcus. 5. Adventus. 6. Victorinus, qui ſedit circa an. 346. Quia Bona (*q*) apertè & ſuo nomine hunc Dionyſium impugnare non audet, ideo ſub aliorum prætextu ita hoc præſtat, & prolixè quidem ut νοθείας dubium nullum relinquat. Confer eundem l. 2. c. 3. ℱ. 1. p. 324. Hilduinum Abbatem, ſub Ludovico Pio, paulò poſt noni ſeculi initia, primum hunc finxiſſe Dionyſium, & poſteris perſuaſiſſe, edito, quod etiam hodie ſupereſt, de hoc argumento Areopagiticon opere, fabellis, & impoſturis bene inſtructo, Dallæus de uſu Patrum p. 31. ex Sirmondo & Launoyo atteſtatur: item p. 51. ex Eraſ. in act. 17. 34. quem Eraſmi locum Bibliomaſtiges temerè expunxerunt. Ex ſilentio veterum Hypatius Epheſius anno 532. rejecit hunc impoſtorem: ib. p. 57. fuſiùs de eodem à p. 95. *ſuprà an.*
ubi iterum Latinorum fides examinatur. Contra Baronii an. 48. ℱ. 12. cen- 44. § 37.
ſuram & 251. §. 1. 1.

(*p*) *inpoſthump.* 91. (*q*) *Liturg. l.* 1. *c.* 8. §. 5.

An. 109. ſuram in Gregorium Turon. agit p. 321. De eodem Pſeudo-Dionyſio habet Urſin. de Eccleſ. Germ. à p. 227. Adde his Zimmerm. in dictum Tertull. §. 131. p. 323. Larroq. de Euchar. part. 3. c. 1. p. 803. Hoſpin. ad 9. oct. & de Templ. p. 126. de Mon. p. 96. Gerhard. Patrol. à p. 13. Micræl. hiſt. Eccl. l. 2. §. 1. p. 53. Arnd. Antiq. à p. 857. item p. 732. Author du journal des ſcav. du 29. Nov. 1666. patrocinium ſuſcipiens hujus Dionyſii, ait etiamſi videntur ante tempora Gregorii M. non innotuiſſe, tamen compenſari hoc ſilentium, ſequentium ſeculorum conſenſu. Quod ſanè perquam miſerum & deſperatum argumentum. Tu Morinum viſe. Ejus M. S. apud Lambec. T. 4. B. p. 229. & T. 3. p. 230. De pluribus M. S. ejus operibus: idem T. 3. p. 70. ad 73. in eadem opera ſcholia: ib. p. 67. alius de vocabulis ejus difficilibus: p. 68.

§. 24.) At verò cujuſcunque furfuris & notæ ſit hic noſter Dionyſius, quàm immane tamen Latini ab antiquo diſceſſerint, ipſe nobis patefaciet. (r) Utut verò ſuſpectus, & revera falſarius, multa tamen ex eo obtrudunt. (s) Ejus opera Latinè Pariſiis excuſa an. 1498. cum ſcholiis Jacobi Fabri Stapulenſis: item Coloniæ 1546. cum commentariis Dionyſii Carthuſiani, cùm aliquot verſionibus. In eundem ſcholia extant Maximi. Nova editio Græco Latina Pariſ. an. 1615. operâ Petri Lauſſelii Societis J. Presbyteri edita. Ejus epiſtolam ad Demophilum, & Reſponſum vide apud Balſamonem (t) De eodem Mareſius: (u) Utraque Monarchia Cœleſtis & Eccleſiaſtica Dionyſio Areopagitæ à Pontiff. ſcriptoribus adſcribitur: item libelli de nominibus divinis, & de Theologia myſtica, cum Epiſtolis nonnullis: ſed res ipſa loquitur hunc ſcriptorem non eſſe Dionyſium, Pauli diſcipulum, cujus meminit Lucas in Actis, verùm hominem eſſe aliquot ſeculis ipſo recentiorem, utpote qui eum Eccleſiæ ſtatum deſcribit, qui ei non convenit, niſi diu poſt Apoſtolos, & pace jam Eccleſiæ reddita. Ideo nulla hujus authoris, quod fatetur Bellarminus, (x) ante ſeculum VI. apud veteres mentio reperitur, etſi Hieronymus & Euſebius diligentiſſimè incubuerint in conquirendis omnibus ſcriptis & monumentis eorum, qui ante ſe de rebus Theologicis ſcripſerunt. Ficti hujus Dionyſiii carcer in templum abiit, volúntque fabulones, cùm decollatus fuiſſet in monte martyrum, ſuum caput in ſuis detuliſſe manibus uſque ad ſecundum lapidem, atque ibi in gremium cujuſdam matronæ depoſuiſſe illo in loco, cui poſtea à Dionyſio nomen impoſitum eſt, qui hodie notus ſepulchris Regum Galliæ. Argumenta, quibus fusè evertitur Pſeudo-Dionyſii authoritas, cum ſolutione argutiarum in contrarium, reperies apud Rivet. l. 1. Crit. S. c. 9. 10. 11. & Cocum p. 92-98. cumpr. verò prolixè & ſingulari tractatu Dallæus: 4. Gen. 1666. & aliàs hinc inde in ſuis opuſculis, utpote de adorat. l. 4. c. 10. 634. Viſe quoque Magde-

*r) vid. Dallæ. de ador. l. 5. c. 7. p. 767. (s) idem de cultu Lat. l. 1. c. 10. p. 45. (t) edit. Pariſ. p. 1108. ſeq. (u) in anecd. (x) conf. Bar. §. 59. Spond. §. 15.*

Magdeburg. Centuriatores c. 1. l. 2. c. 10. Alſted. de Eccleſ. Triumph. c. 6. §. 8. 9. Cham. T. 1. l. 9. c. 3. à §. 27. An. 109.

§. 25.) Scriptor non eſt planè inutilis, nam etſi multa habeat Platonica ac plura magis ſubtilia, quàm ſolida, & totum ordinem cœleſtis curiæ deſcribat tanta cum aſſeveratione, ac ſi fuiſſet ipſe hic magiſter ceremoniarum, & ibi Pauli inenarrabilia ſolus percepiſſet: poteſt tamen plurimum inſervire ad cognoſcendum Eccleſiæ ſtatum & ordinem, poſt tempora Concilii Niceni, & quarti ſeculi. Authorem horum ſcriptorum non modò laudant Papiſtæ, ſed mille etiam teſtimonia inde petunt. Uſque ad Gregorii M. tempora delituiſſe hæc vult Bellarminus: verùm tantum theſaurum tandiu abſconditum fuiſſe credibile haud eſt, cùm libri minoris longè pretii producti, & abſque hoc Dionyſio multa Eccleſiam latuiſſent. Quiſquis mercium harum inventor, ſeculo quinto & quidem adulto vixiſſe creditur. *(y)* 2. Stylus authoris non ſimplex eſt & ſincerus, ſed argutus nimis, tragicus, ampullatus, inflatus, aſper, obſcurus & affectatus, nihil Apoſtolicum redolens, nihil Paulinum, imò nihil Atticum: quin ſuo quodam inſtituto & conſilio voces in Eccleſia uſitatas perpetuò refugit, unde Platonicus potiùs videri queat, inpr. etiam in argumento de Angelorum ordinibus. 3. Ejus libri pleni curioſitatis, temeritatis & vanitatis, ita ut quæ ἄῤῥητα Paulo, ac nefas proferre, ipſe, ceu ſcitu ſummè neceſſaria, expanderit: confer Col. 2. 16. Atque tantum abeſt, ut vel ſemel præceptoris ſui Pauli meminerit, ut illius loco nominet Hierotheum quendam. 4. Utut obtendat Baronius *(z)* maturè hæc Dionyſii opera innotuiſſe, ſecus tamen longè ſe res habent, prout docti id jam ſatis probatum fecere. *(a)* 5. Multa habet de templis, altaribus, locis ſacris, de choris, catechumenis extra fores templi ſtatuendis &c. quæ in uſu nondum erant: vid. Hoſpin. de Templ. c. 5. ut neque Monachi, quorum tamen meminit Eccl. Hierar. c. 6. unde Monachus Græcus Illyrico fuiſſe videtur. In Epiſtola ad Demophilum ita de Templis loquitur, ac ſi magnificè fuiſſent extructa. Sic Patriarchar. meminit, quæ tamen dignitas & titulus longo tempore poſt demum obtinuit. 6. In libro de divinis nominibus c. 4. Ignatii ad Romanos ſententia allegatur, *Amor meus crucifixus.* At hoc cum tempore minimè convenit, quia regnante Domitiano mortuus Dionyſius, teſtibus Simeone Metaphraſta, Hilduino, Hincmaro, Trithemio p. 7. in fine libri de Eccleſ. Hierarchia Timotheum vocat filium, παῖδα, qui tamen illo ſi non major, certè par fuit pietate, authoritate & doctrina. Contrà Ignatius Timotheum jam tum, cùm ad Philadelph. ſcriberet, vita exceſſiſſe dicit. *(b)* Idem patet ex ejuſdem Epiſt. ad Epheſios ubi Oneſimum jam Epheſiorum Epiſcopum commemorat, quem Timotheo defuncto ſucceſſiſſe ajunt. Sic l. 1. de divinis nominibus c. 3. ſcribit ſe adfuiſſe, unà cum Jacobo



*(y) Dalla. de ador. l. 4. c. 10. p. 634.* (z) §. 61. *Spond.* §. 16. (a) *Rivet. à p.* 153. *Cocus p.* 94. *alii.* (b) *Bar.* §. 55. *Spond.* §. 13.

An. 109. cobo fratre Domini, Petro & pleriſque aliis S. fratribus, ad contuendum corpus illud, quod authorem vitæ Deúmque conceperat, id quod fieri nullatenus potuit. Ita multò majores præceptores hinc inde nominat. At illius tempore præter Apoſtolos, vix erant alii ſcriptores Eccleſiaſtici. Sub finem Hierarchiæ dicit, ſtudiorum ſuorum duces didiciſſe ab Apoſtolis, quos ſanctos præceptores vocat, quænam verba ſanctiſſima eſſent. Si igitur inter illum & Apoſtolos interjecti fuere alii duces, non fuit Apoſtolis coævus. Sic Clementem Philoſophum Alexand. citat, qui multis pòſt ſeculis vixit. 8. Libro de cœl. hierarchia c. 7. Cherubim inſulsè derivat. Ita confer c. 13. ejuſdem rationem de Seraphim.

§. 26.) Verumenimvero cùm pro illis, tanquam pro aris & focis pugnent, excerpamus nonnulla ex eodem, eíſque illa reponamus. Cap. 5. Hierar. Eccl. (c) dicit Epiſcoporum hierarchiam immediatè terminari in Jeſum, ſicut inferiores ordines Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum terminantur in Epiſcopum. Ubi Dionyſius non tantùm de ordine, ſed etiam de jurisdictione Epiſcoporum loquitur, quia ſimpliciter dicit, Epiſcoporum hierarchiam terminari immediatè in Jeſum; ſcil. ita, ut non ab hominibus ſed à Jeſu habeant omnem ſuam perfectionem, ratione nempe ordinis & jurisdictionis. Tres itaque nonniſi ordines facit, Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos. (d) Addit: Jeſum eſſe omnis hierarchiæ, tum ſanctitatis, tum divinæ actionis principium. Et rurſus *Jeſus eſt omnium hierarchiarum author & perfectio.* Hinc Epiſt. 8. ad Demophil. *Quòd ſi quiſpiam* (ex Hierarchicis i. e. Epiſcopis, ſeu Apoſtolorum ſucceſſoribus) *aberret ab officio, is cogatur in ordinem à Sanctis, qui ſunt ejuſdem ordinis.* Quid de Petri primatu inter Apoſtolos, ratione ordinis, qui in omni ſocietate neceſſarius eſt, ſentiat, id l. de divinis nom. c. 3. (ubi etiam Paulum magnis laudibus anteponit aliis Apoſtolis) explicat, quando ipſum Coryphæum, ſeniorem & ſummum Theologum &c. nominat, item Præſidem & Principem, non autem cum ſuprema poteſtate ſupra cœteros, nam alio loco præpoſuit Jacobum Petro, dum ait ſcribens ad Timotheum apud Damaſc. orat. 2. de dormit. Deiparæ: *Aderat autem & Domini frater Jacobus & Petrus, ſuprema & antiquiſſima Theologorum ſummitas.* Porrò ſi Epiſcoporum ſummitas immediatè terminetur in Jeſum, tum immediatè à Jeſu omnem Epiſcopi ſuam accipiunt poteſtatem, quandoquidem ſimpliciter abſque ulla reſervatione Dionyſius loquitur, ac init. c. 5. Eccl. Hierarch. pollicetur, ſe expoſiturum αὐτὰς τὰς ἱερατικὰς τάξεις τε καὶ ἀποπληρώσεις, δυνάμεις τε αὐτῶν καὶ τελειώσεις. Quin ipſe Bellar. l. de Clericis c. 14. hoc Dionyſii teſtimonio probat, Epiſcopos eſſe Presbyteris majores, quantum ad poteſtatem jurisdictionis. Supra Epiſcopum ergo in Eccleſia alium gradum altiorem dari non ſtatuit Dionyſius. Nec in univerſali, ſed in quavis particulari Eccleſia ſtatuit Monarchiam.

§. 27.)

(c) *p. 122.* (d) *Arnd. Ant. l. clerus* §. 170.

§. 27.) De clavibus ſeu poteſtate Eccleſiaſtica in hier. Eccl. c. 7. (e) An. 109. *Ei* (Petro) *qui illuminatus fuit divinis illis benedicti Patris revelationibus, oracula dixerunt: Quicquid ligaveris* &c. *nimirum,* addit ille, *quia tum ipſe, tum quicunque Pontifex* (i. Epiſcopus ἱεράρχης) *ei ſimilis, & pios admittit, & atheos excludit.* Hinc ibidem præmittit: *Accipite Spiritum S. quorum remiſeritis* &c. Quoquidem apertè docet, Eandem, quam Petrus, Apoſtolos poteſtatem à Domino accepiſſe. In eodem capite: *Separandi poteſtatem habent Pontifices, ut præcones divinorum judiciorum* ἐκφαντορικῶς καὶ διαπορθμευτικῶς, *ut præco ſ. portitor ſive nuncius: non quòd eorum irrationabilibus cupiditatibus ſapientiſſima divinitas quaſi miniſtra ſubſequatur.*

Idem cùm multas alias in hierarchiæ Eccleſ. ceremonias deſcribat, unctionis tamen in ordinandis Eccleſiæ Miniſtris meminit nuſpiam: prout c. 5. in conſecrationis deſcriptione apparet: ubi ait: *Pontifex* (Epiſcopus) quidem &c. ita apud Lambec. B. T. 2. p. 783. Miſſa Pontificalis h. e. Miſſa celebranda per Epiſcopos.

Illam Liturgiam, ait Bona l. 1. c. 8. §. 5. i. quam Dionyſius c. 3. magnifico ſtylo deſcribit, Apoſtolicam plerique exiſtimant. Quod quidem eatenus concedit, ſi hic Dionyſius ille Areopagita, Athenarum Epiſcopus, & S. Pauli diſcipulus fuerit. Non autem fuiſſe prolixè ibidem probat.

De S. Cœna eod. cap. p. 99. *Poſitis in divino altari veneratione dignis ſignis per quæ Chriſtus etiam ſignificatur, & percipitur, ſine mora præſtò eſt catalogus ſanctorum, qui eorum conjunctionem cœleſtis atq; ſacræ unionis individuæ cum eo declarat.* Nihil ergo pro invocatione Sanctorum facit. Recitatio nominum piè defunctorum è tabb. ſeu diptychis in adminiſtratione S. C. quia non efflagitabantur interceſſionis ſuffragia ſeu patrocinia Sanctorum, ſed 1. Ut viventes ad pietatem & exemplum imitationis provocarentur. 2. Ut ſancti illi prædicarentur eſſe non mortui, ſed vivi. 3. Ut oſtenderentur eos eſſe in memoria apud Deum. 4. Quando altari impoſita ſunt venerabilia ſymbola, per quæ Chriſtus σημαίνεται καὶ μετέχεται, ſignatur & ſumitur, ſtatim, inquit, adeſt deſcriptio Sanctorum, ut indicetur individua ipſorum conjunctio: & ſacratiſſima unio cum Chriſto: Hoſpin. de feſtis Chriſt. p. 12. & ex eo, imperfectè tamen & tacito nomine, Zimmerm. §. 226. Idem Dionyſius multoties externa ſymbola vocat ſigna. (f)

Utut Dionyſius dicto loco ritus Euchariſticos accuratè exponat, ne omiſſa quidem altaris & totius ſacri ambitus ſuffitione, de aureo ligneóve vel geſtato, vel erecto & adorato crucis ſigno nulla uſquam occurrit (g) ſic nihil habet de reliquiis ſub altaribus. (h) Idem panem illum, qui frangebatur in ſacra menſa, & ex quo communicantes omnes participabant, diſer-



e) p. 149. (f) Lampad. de Coucil. part. 2. p. 158. & 163. Larroq. de Euch. part. 2. c. 3. 381. (g) Dallæ. de ador. l. 5. c. 12. p. 785. (h) ib. l. 4. c. 10. p. 633.

An.109. tiſſimè unum & eundem panem fuiſſe dicit. (*i*) Ibidem contra Miſſam privatam: *Cùm ipſemet Epiſcopus accedit* (ad S. ſigna) *tum cæteros invitat &c.* (*k*)

*§. 28.*) Vitam Dionyſii Areopagitæ operibus partim præmiſit, partim ſubjecit Lanſſelius ex Sym. Metaphraſta, Suida, Mich. Syngello, Methodio, Maximo &c. Ita Joh. Docreus de vita, paſſione, ſepultura Dionyſii hujus ſociorúmque ejus libellum ſcripſit. (*l*) Sub Domitiano decollatus à Methodio fingitur, & caput ſuum à loco cui Mont-martre nomen, ad S. Dionyſii fanum, ubi ſepultus, manibus ſuis ultra 2. milliaria geſtâſſe creditur. Ad quæ rectè Molinæus (*m*) *Vetuſtiſſimus hiſtoricorum Chriſtianorum Gallicanorum Sulpitius Severus hiſt. l. 2. oſtendit, nullos ſub Domitiano, ac diu pòſt martyres extitiſſe in Gallia, quando ſcribit, Sub Aurelio Antonini filio perſecutio quinta agitata, ac tunc primùm inter Gallias martyria viſa: ſerius trans alpes religione transgreſſa.* Ad hæc Dionyſius iſte, qui judicis perſonam jam ſuſtinuit, quando Paulus Athenis prædicavit, proculdubio juſtam jam ætatem egit, proinde nimium ſe extendi non permittit.

*Zoſimus.* *§.29.*) De *Zoſimi* tranſitu vid. Martyrol. R. ad 19. Junii: item Bar. annal. *§.* 37. Kortholt. de perſec. p. 100.

*Parmenas.* *Parmenas* unus ex VII. Diaconis, Philippis extinctus; martyrol. ad 23. Jan. & in annal. l. all.

*Paulus Epiſc. Narb.* De *Paulo* Martyrol. R. ad 22. Martii: *Narbonæ in Gallia natalis S. Pauli Epiſcopi, Apoſtolorum diſcipuli, quem tradunt fuiſſe Sergium Paulum Proconſulem, qui à B. Apoſt. Paulo baptizatus, & in Hiſpaniam cùm pergeret, apud Narbonem relictus &c.* De eodem Gregorius Turon. l. 1. c. 30. ubi tamen eum unà cum aliis, tempore Decii Imp. in Gallias perveniſſe teſtatur. Unde Bar. ib. ut & in annalib. *§.* 49. erroris manifeſti eum arguit, & ſcriptoris ſimplicitatem ſugillat, ipſe maximè coarguendus. In Gallia Chriſt. T. 1. p. 365. Paulus quidem primus recenſetur Narbon. Epiſcopus, Româ cum VI. aliis Epiſcopis ad prædicandum in Galliam miſſus &c. Secundus loci Epiſcopus Stephanus vocatur. 3. Hilarius & quidem ad an. 422.

*Eugenius Epiſc.* De *Eugenio* Epiſcopo Tolet. Dionyſii Areop. diſcipulo ad 15. Nov.

*i*) *idem Dallæ de cultu Lat. l. 3. c. 26. p. 436. & c. 24. p. 421. Larroq. part. 1. c. 7. i. & part. 3. cap. 1. p. 795.* (*k*) *iterum Dallæ, ib. l. 4. c. 4. & c. 10. p. 505.* (*l*) *Friſ. Bibl. p. 95. col. cum p. 133.* (*m*) *oper. T. 3. pag. 168.*

JESU

# JESU CHRISTI *Annus* 110.
# TRAJANI *Imp. Annus* 11.

§. 1.) Anacleti P. an. 8. Coſſ. Gallus & Bradua, quos Calviſius ad an. 108. vocat Ap. Annium Trebonium Gallum, & M. Atilium Metilium Braduam. *Ignatius* Romæ in Theatro à leonibus diſcerptus. Ejus cor integrum repertum, illiq; literis aureis nomen Jeſu inſcriptum fuiſſe Legendæ ajunt. *S. Ignatii Paſſio.* Cœterò de B. Ignatii actis & martyrio Uſſerius in Ignat. part. poſtr. præf. item à p. 1. conſule: collat. cum Euſeb. l. 3. c. 30. Iren. l. 5. Ejuſdem Ignatii elogium, Heroni illius ſucceſſori tributum, idem Uſſer. part. med. à p. 191. exhibet. vid. Martyrol. item Hoſpin. ad Kal. Febr. Non autem eſt quur Baronius vel circa reliquiarum cultum, vel circa Ignatii translationem tantopere exultet, quandoquidem nec inter auctores convenit. Ignatii reliquias ſeu oſſa à Syris, qui antea illum comitati fuerant Romam, Antiochiam translata, magno cum occurſu atque triumpho vult annaliſta, vel quis ſibi hæc talia vel ſomniando imaginari poſſet ſub tam gravi perſequutionis tempeſtate, per tantum itineris ſpatium, tanto omnium civitatium, quæ in via, cum concurſu & applauſu, ſolenniter referri potuiſſe? Adde quòd Cardinalis ipſe haud diffiteatur ejuſmodi translationes apud Romanos prohibitas fuiſſe, ac martyrum reliquias igni tradi, aut in fluenta projici ſolitas, ne à fidelibus honorarentur. (a)

§. 2.) Ignatio in Epiſcopatu Antioch. *Hero*, illius Eccleſiæ Diaconus *Hiero ſuc-* ſucceſſiſſe ſtatuitur. De illo Eutychius *(b)* Jeron anno Trajani VI. conſti- *cedit* tutus Patr. Antiochenus, qui annos 20. ſedit. Ad an. VII. refert Regenvol- *Ignatio.* ſcius. *(c)* Cùm igitur Hero ex Diacono legitur factus Epiſcopus, eo ipſo conſtat nihil diſcriminis tunc fuiſſe inter Epiſcopos & Presbyteros: ut hoc ipſum ſuprà ad an. 109. §. 21. ex Ignatii ad Heron. Epiſtola didicimus.

Ad eundem an. *Oneſymi*, Timothei in Epheſina Eccleſia ſucceſſoris, *Oneſimi* martyrium collocant. De quo paſſionale Rom. ad 16. Febr. Vinctus Ro- *natalis.* mam perductus, ac pro fide Chriſti lapidatus, primò ibi ſepultus fuit, inde ad locum, ubi Epiſcopus ordinatus, corpus ejus delatum dicitur. Niceph. l. 3. c. 11. ſub Domitiano deletum ſcribit. Tres autem Oneſimos Baronius loco all. facit. 1. Pauli, de quo hoc loco. 2. Ab Andræa Conſtantinopolitanum Epiſcopum ordinatum. 3. Sueſſionenſem. Vide Regenv. p. 280. Kortholt. p. 100.

*Phocas* Synopenſis in Ponto ſublatus, cujus reliquiæ Viennam Galliæ *Phocas.* translatæ, ut habet Martyrol. ad 14. Julii. Neptuno ſacrificare nolentem

n 3 ardenti

a) *viſe Kortholt. à p. 98. (b) p. 351. (c) l. 3. c. 1.*

An. 110. ardenti camino injectum ajunt. Illum Spondanus (d) ad hunc, Bar. (e) ad an. 114. collocant. Inſuper Martyrol. ad 5. Martii alium Phocam Antiochiæ paſſum vult, eúmque annot. in illum, anno 14. extinctum ajunt: vid. Hoſpin. ad 5. Mart.

*Creſcens.* §. 3.) *Creſcentis* paſſionem Spondanus ad an. 110. Bar. ad an. 118. collocant. De illo in Martyrologio ad 27. Junii: In Galatia S. Creſcentis diſcipuli B. Pauli Apoſt. qui in Gallias tranſitum faciens, verbo prædicationis multos ad fidem Chriſti convertit: rediens verò ad gentem, cui ſpecialiter datus erat Epiſcopus, cùm Galatas ipſos uſque ad finem vitæ ſuæ in opere Domini confirmâſſet, demum ſub Trajano martyrium conſummavit. Viennenſem & Moguntinam Sedes erexiſſe Latini credunt, at in Galatia objiſſe ex Martyrol. diſcimus. Igitur ſatis maturè in Gallia & Germania nunciatum Evangelium. Ita Pezelius (f) *In Saxonia Egiſtus, Apoſtolorum diſcipulus, oves Chriſti collectas paſcebat; Maternus & Creſcens in aliis Germaniæ partibus:* Unde Eccleſiæ Germanicæ ab Irenæo, Tertulliano & Hieronymo celebrantur. Laudantur *Severinus* coloniæ (g) *Pontulus* Auguſtæ Raurieorum, *Fridolinus* Argentinæ &c. Epiſcopi &c. (mortuus hîc poſtremus dicitur anno 500. juxta Hoſpin. ad 6. Martii.) Alii ex Irenæi l. 1. adv. Valentin. c. 30. citò Eccleſias habuiſſe Germaniam docent. Porrò ſub eodem Trajano *Zacharias* Viennenſis itidem Epiſcopus, Creſcentiſque ſucceſſor ſublatus perhibetur. De ejus memoria Martyrol. ad 26. Maij.

*vid. an. 33. §. 33. 36. & an. 44. §. 39.*

*Primus ſuccedit Cerdoni Epiſc.* §. 4.) *Cerdo* Epiſcopus Alexandr. anno Sedis XI. Baronii judicio, in cœlum migravit, cui *Primus* ſucceſſit, qui eandem Sedem annos XII. tenuit. De his Eutychius (p. 347.) itidem Patr. Alex. *Cerdo ſedit annos X. cujus loco Barmius (*Primus*) eligitur.*

Dyrrhachii in Macedonia *Aſtius* Epiſcopus: item VII. Itali ibidem, ſcil. *Peregrinus, Lucianus, Pompejus, Heſychius, Papius, Saturninus & Germanus intereunt:* de quibus ad 7. Julii; & Bar. in annal. §. 11.

*Proclus & Hilarion* circa hæc tempora obtruncati perhibentur: vid. 12. Julii. item *Helladius* Antiſiodorenſis Epiſc. ad 9. Maii; qui T. 2. pag. 266. Galliæ Chriſt. Eladius adpellatur ac quinto demum loco ſine anno ponitur, cujus præceſſor Valerianus anno 346. Concilio Agrip. interfuit. Eladio ſucceſſit *S. Amator*, qui eſſe deſiit anno 420. vel 418.

Iiſdem temp. *Favorinus* & *Plutarchus* florent: item *Sextus*, præceptor Antonini, & *Agathobulus*, vid. Euſeb.

*vid. an. 101. §. 2.* §. 5.) Euſebius l. 3. c. 35. ex Hegeſippo tradit, Eccleſiam uſque ad Trajani tempora integram & incorruptam manſiſſe. Quò plus igitur ab Apoſtolorum temporibus receſſit, eò magis corruptioni obnoxia fuit. Tandem, cumpr. à Phocæ Imp. temporibus, prudentiores ſub Antichriſto doctores, liberè vel loqui, vel ſcribere ampliùs non auſi, adeò quidem, ut ipſi quo-

(d) §. 3. (e) §. 4. (f) *hiſt. part. 2. p. 261.* (g) *vid. Hoſpin. ad 23. Oct.*

quoque Imp. & Reges ſua libertate privati fuerint, renitentibus tamen & hanc tyrannidem animoſè notantibus & incuſantibus haut paucis, uti varia id exempla probant obvia. An. 110.

## JESU CHRISTI *Annus* 111. An. 111.

## TRAJANI *Imp. Annus* 12.

Anacleti P. an. 9. Coſſ. Palma & Calviſius, qui Calviſio ad an. 109. A. Cornel. Palma, & C. Calviſius Tullus II. dicuntur: & his ſuffecti P. Ælius Hadrianus, qui poſtmodum Imperator factus eſt, & Publius Celſus.

Terræ motus ingens, quem Dio prolixè deſcribit, Antiochiam concuſſit ac totam penè ſubvertit: vid. Evagr. l. 2. c. 11.

---

## JESU CHRITI *Annus* 112. An. 112.

## TRAJANI *Imp. Annus* 13.

*§*. 1.) Evariſti P. an. 1. Coſſ. Piſo & Haſta, juxta Caſſiodorum; Baronio Criſpus & Orfitus. Calviſio ad an. 110. Clodius Criſpinus & Solenus Orphitus. Sedit *Anacletus*, juxta Carranz. an. 9. m. 2. d. 10. juxta Damaſ. Plat. Starav. an. 9. m. 3. d. 10. ſecundum Coſter. an. 12. m. 2. d. 27. at duos tantùm dies ponit auctor des Eſtats. Munſtero an. 12. m. unum cum dimidio. Euſebio l. 3. c. 12. al. 14. an. 12. ſedit, Clementíque ſacerdotium tradit. Ita alii hujus electionem ad an. 103. alii ad an. 84. collocant. Ejus memoria d. 13. Julii celebratur. Ordinationes fecit duas, ſecundùm Damaſum, unam autem, ſecundùm Platinam; Presbyteros V. Diaconos III. Epiſcopos per diverſa loca VI. Verùm ſi Univerſalis fuiſſet, nonne tanto temporis intervallo longè plures ordinâſſet? Exilis ergo ejus fuit poteſtas, arctis limitibus circumſcripta. Ecquis verò credat ipſum, ut & reliquos deceſſores in tantis diſcriminibus ſepultos fuiſſe in Vaticano, juxta corpus B. Petri, ubi eidem Anacletus memoriam jam antè extruxerat. Quare exempla ejuſmodi memoriarum haut nobis objiciant adverſarii. *Anacleti mors.* *an. 106.*

*§*. 2.) De Decretalibus Paparum Epiſtolis ſuprà ad an. 102. copioſè actum. Priorum autem unum & eundem fuiſſe inſulſum compilatorem ex collatione clarum fit atque manifeſtum. Tres Anacleto adſcribuntur, de quibus valde, fruſtrà tamen triumphant, unde Starav. *Ejus Epiſtolis omni ſapientiâ plenis docetur Sedem Rom. ſupremum jus in Eccleſia habere, à quo nulla* *Decretales Anacleti.*

*conce-*

An. 112. *concediturappellatio, ut Concilia Oecumenica approbârunt.* At quæ? Hæ ſanè tres Epiſtolæ ingenium & defectum hominis abundè produnt, quandoquidem nulla in illis cohærentia, contrà S. Scripturæ intolerabilis perverſio & abuſus, ſtylus horridus, unicum exaltandæ Sedis Rom. ſtudium, atque Clericos non in rebus ſacris, ſed profanis judiciis occupandi. Vix quidquam de S. Miniſterio, de fidei dogmatibus nihil, nihil de diris perſecutionum vexationibus, ſed pompoſa omnia & ventoſa, compilata longè pòſt, è ſcriptis Ambroſii, Auguſtini, Iſidori, Bonifacii Moguntini &c. His ſingulis larvam probè detrahit Blondellus in PſeudoIſid. proleg. p. 62. ſeq.

*Ejus prima Decretalis.* Primam Anacleti Epiſt. vide T. 1. Concil. edit. Venet. p. 300. & T. 1. p. 134. edit. Pariſ. & in eandem Blondel. proleg. p. 32. & in ipſo opere p. 101. Cocum p. 53. Ideo Bona (a) *Conſtat Analceti epiſtolam ſuppoſititiam eſſe, & ex malè compactis recentiorum ſententiis conſarcinatam.*

Ea in 4. partes dividitur. (a) de iis, qui ſacerdotes accuſant. inter cœtera. *Sit navis* (Eccleſiæ) *Author Dominus ipſe omnipotens Deus, gubernator verò Chriſtus, tum deinde proretæ officium Epiſcopus impleat, Presbyteri nautarum, Diaconi diſpenſatorum locum teneant* &c. ubi Papa? fortè quia Chriſti locum implet.

Ib. *Accuſandi vel teſtificandi licentia denegatur iis, qui Chriſtiani non ſunt.* At tum temporis Epiſcopi Rom. latitabant & ne mutiebant quidem, nec accuſationes audiebant, ſed ipſi accuſati martyria ſubibant, vid. 3. q. 4. c. Beatus prædeceſſor.

Ibi *Non oportet variis detractionibus & accuſationibus labefactari judices & primates Eccleſiæ* &c. Otioſus ergo Imperator ſedebat cum reliquis Magiſtratibus.

*Deo ſacrificantes perfectè, non debent vexari, ſed portari, ferri, conſolari, atque ab omnibus venerari.* Latiniſſimè Latinorum Princeps!

§. 3.) (b) Secunda Epiſtolæ pars, ut Epiſcopus Deo ſacrificans teſtes ſecum habeat, ut in ſacratis ſacrificare locis probetur: Deut. 12. v. 13. contra privatam Miſſam hoc loco, contra privatam communionem verò in proximè ſeqq. agit. Gratianus Soteri hunc canonem tribuit: Micrologus utrique adſcribit. *At neutri convenire certiſſimum eſt*, inquit, Bona l. 1. c. 13. §. 6. *nihil enim magis alienum à praxi & ſpiritu illius ſeculi quàm ſolitaria Miſſæ celebratio, nec puto voluiſſe S. illos Pontifices editâ lege abuſum tollere, qui nonniſi poſt aliquot ſecula inter Monachos irrepſit.* Polydorus (b) Anacleto hoc decretum tribuit, rationem illius addens: *Ne fruſtra* (ſacerdos) *beneprecando diceret, Dominus nobiſcum, ſi minus quàm duo ſacris intereſſent.* Verùm non adminiſtrantes, ſed ad præſentem populum communicaturum hæc verba recitabantur, unde reſpondebat: *Et cum ſpiritu tuo.* Caſalius pro more veterum ritus

a) *Liturg. l. 1. c. 13. §. 6.* (b) *inv. l. 5. c. 12. ſ.*

ritus ex adulterinis probans, cap. 35. i. ita habet: *Anacletus ſuppoſuit ſacra veſtimenta ſacerdotum & aliorum Eccleſiæ Miniſtrorum jam antea fuiſſe decreta, ſic præcipiens Epiſcopis: Epiſcopus ſecum habeat Miniſtros ſacros indutos veſtimentis in fronte & à tergo.* Optimè! An. 112.

Ib. *Peracta conſecratione omnes communicent, qui noluerunt (tu dic nolunt) Eccleſiaſticis carere liminibus. Sic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & S. Romana tenet Eccleſia.* Conf. de conſecr. d. 2. peracta. Probè iſthoc notandum contra communioem privatam. Ubi tamen hoc decretum non Anacleto, ſed Chriſti inſtitutioni, & Apoſtolorum praxi & mandato tribuendum: 1. Cor. 11. Ita Bona l. 2. c. 13. §. 4. *qui olim aderant communicabant.* ita Caſalius c. 18. i. eidem Anacleto decretum hoc aſſignat, *ut omnes communicent.* Inde ſalutare hoc inſtitutum, & ut omnes & frequenter communicarent, poſtea non continuatum dolet Polyd. inv. l. 5. c. 10. p. 384. Videſis Dallæ. de cultu Lat. l. 4. c. 17. Larroq. de Euch. part. 1. l. 11. p. 232. Novit. Molinæ. l. 3. c. 5. p. 307. Zepper. Polit. Eccl. l. 1. c. 14. p. 154. Hodie nonniſi ſpectatores ſunt reliqui: quinimo Julius IV. ordinavit in Conc. Trid. ſi quis dicat Miſſam ſolitariam eſſe illicitam & abrogandam, hunc anathema eſſe.

(c) Tertia pars. De peregrinis & provincialibus judiciis. Sic (d) ut oppreſſus judicio ſecularium, appellet judicium ſacerdotum, & de majoribus cauſis ad Sedem Apoſtolicam referendis. Hem felicia ſub perſecutoribus tempora!

Ib. *Privilegia Eccleſiarum & ſacerdotum, Sancti Apoſtoli, juſſu Salvatoris, intemerata & inviolata omnibus decreverunt manere temporibus.* vid. 25. q. 2. privilegia. & 3. q. 6. Leges Eccl. Idem hoc pro exeptionibus & immunitatibus Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum, Caſalius c. 72. adducit. Quî ergo Trajanus, omnéſque illius ævi magiſtratus non magnopere commendentur? Quare verò omnibus ſuis privilegiis exuit Papa cœteros Epiſcopos, ac in extremam redigit ſervitutem omnes Eccleſias? (c)

Ib. *Peregrina judicia ſubmovemus.* Quàm imperitè & incommodè locus Gen. 19. 9. de Lotho advena, & quidem ſub Dei loquentis perſona accommodatur!

Ib. *Unaquæq; provincia* (c. 3. q. 6. unaquæque) *tam juxta Eccleſiæ, quàm juxta ſeculi leges, ſuos debet juſtos, & non iniquos habere judices, & non externos, niſi Apoſtolicæ Sedis decreverit authoritas &c. ad XII. ejuſdem provinciæ judices, ad quorum judicium omnes cauſæ civitatum referuntur, deferatur negocium. Si autem fuerit Eccleſiaſticum, apud Epiſcopos* &c. *Si verò fuerit SECULARE, apud ejuſdem ordinis viros, judicio tamen Epiſcoporum, quum Apoſtolos privatorum Chriſtianorum cauſas magis Eccleſiis deferri* (ita pervertit locum 1. Cor. 6.) *Et ibidem ſacerdotali judicio terminari voluit. Omnis*



c) *vid. M. Ant. de Dom. l. 9. c. 8. §. 38.*

An.112. *enim oppreſſus* (2. q. 6. omnis oppr.) *liberè ſacerdotum* (*ſi voluerit*) *appellet judicium, & à nullo perhibeatur, ſed ab his fulciatur & liberetur. Si autem difficiles cauſæ, aut majora negocia orta fuerint, ad majorem Sedem referantur.* (His dictis non tantum Gratianus ſuum Jus, ſed & Caſuiſtæ ac Conciliorum Collectores, Theologi, & Canonici Juris Doctores, jurati Papales ſuas ornant & commaculant chartas.) *Et ſi illic facilè diſcerni non poterunt, aut juſtè terminari, ubi fuerit ſummorum congregata congregatio, quæ per ſingulos annos bis fieri ſolet & debet, juſtè & Deo placitè coram Patriarcha NB. aut Primate Eccl. & coram patricio ſeculari judicentur negocia in commune. Quòd ſi difficiliores ortæ fuerint quæſtiones, aut Epiſcoporum vel Majorum judicia, aut majores cauſæ fuerint, ad Sedem Apoſtolicam* (*ſi appellatum fuerit*) *referantur* &c. Adhuc porrò utrunque gladium, duplex forum ejusque plenariam ordinationem, obnoxium Imperatorem & magiſtratus omnes, negitet quis Papæ? Quid putidius amabò hiſce, mendacius quidatque impudentius? Ecquod manifeſtius malæ ac deſperatæ cauſæ indicium?

*Secunda Decret. Anacl.*

§. 4.) Anacleti Decretalis ſecunda, quatuor itidem partibus conſtans. (a) de ordinationibus Epiſcoporum & omnium Clericorum (b) de accuſationibus Epiſcoporum (c) quòd minùs quàm à tribus Epiſcopis Epiſcopus non debeat ordinari. (d) in quibus civitatibus Primates, in quibus Metropolitani eſſe debeant. Fraudem ejus detegunt Blond. l. c. proleg. p. 63. & in tract. p. 120. ad 136. Cocus p. 55. Inter alia habet: *Ordinationes Epiſcoporum, authoritate aspoſtolica, ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, Epiſcopis ſunt celebrandæ.* diſt. 64. ordin. Epiſc. Hac Epiſtola Caſalius c. 27. utitur pro ordinum diſtinctione eorundémque functionibus.

Ib. *Sacra unctione, exemplo Prophetarum & Regum, capita eorum (more Apoſtolorum & Moſis) ungentes.* Hinc Unctio Anacleto tribuitur. (*d*) At non uncti fuerunt Apoſtoli, nec ullos Clericos, ſed ægros ſanandos unxerunt: quid verò nobis cum Moſaicis ritibus?

Ib. *Jacobus Hieroſ. à Petro, Jacobo & Johanne Apoſtolis eſt ordinatus.* diſt. 66. porrò. Idem habet Anicetus in ſua Epiſtola. Igitur Petrus in hoc collegas & æquales habuit.

Ib. *Sacerdotes à proprio ordinentur Epiſcopo, ita ut cives, & alii ſacerdotes, aſſenſum præbeant.* diſt. 67. reliqui ſac. (*e*)

Ib. *Summi Sacerdotes i. e. Epiſcopi, à Deo ſunt judicandi.* Summi ergo Sacerdotis nomen non eſt Papæ proprium; neque reliqui Epiſcopi, quia Summi ſunt, peccantes à Papa non judicandi, nî ipſe quoque Papa judicari velit. (*f*)

Ut probet falſarius iſte, Deum judicium in ſacerdotes & Epiſcopos ſoli ſibi reſervâſſe ex locis Matth. 21. 12. Joh. 2. 14. Marc. 11. 15. nummularios & venden-

*d*) *de Dom. l. 2. c. 2. §. 53. Novit. l. 3. c. 7.* (*e*) *Blondel. de Epiſc. 468. Zepper. polit. Eccl. l. 2. c. 3. Ravv. 226.* (*f*) *Cham. l. 10. c. 9. §. 1. ſeq.*

vendentes in templo Hieroſ. ſacerdotes fuiſſe fingit, & quia hos Chriſtus An. 112.
proprio ejecit flagello, ideo clericos à laicis non eſſe judicandos. Idem ex Pſ. 82. *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum* &c. probat, quo loco tamen de judicibus & principibus temporalibus ſermo (ita Epiſt. 3. num. 5. idem teſtimonium habet.) Sic ſolos clericos ſervos Domini, proinde ab eo ſolo judicandos facit &c. Sic deinceps quæ de omnibus electis prædicantur, ea ſolis clericis applicat. Ut probet, Chriſtum in ſacerdotum calumnitoribus non habitare, locum ex Luc. 9. 58. profert: *Vulpes habent luſtra* &c.

Ib. *Ejectionem* (depoſitionem) *Summorum Sacerdotum* (Epiſcoporum) *Dominum ſibi reſervâſſe*. i. q. d. 80. eject. ſcil. ut Laicos excludat.

*§. 5.) Contemplari oportet Aaron ſummum ſacerdotem, illum Epiſcopum fuiſſe, filios ejus presbyterorum demonſtrâſſe figuram* &c. Scil. totum V. T. cultum & ceremonias Moſis reducere vult.

Eadem religione Petri primatum elicere vult: *in N. T. poſt Chriſtum Dom. à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primò pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt &c. Hic ergo ligandi atque ſolvendi poteſtatem primus accepit à Domino, primúsque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. Cœteri verò Apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, ipſúmque principem eorum eſſe voluerunt* &c. i. q. diſt. 21. c. in N. T. Adde his, quæ Epiſt. 3. habet. At non ſoli Petro, ſed cum Petro reliquis ſimul eundem honorem & poteſtatem datam ſuo loco probatum ivimus, nec ipſus Anacletus negat. Si primus Petrus id accepit, ergo etiam reliqui, adeoque æquales erunt Petro. Ergo & reliquorum etiam Apoſtolorum ſucceſſores erunt Epiſcopi, ſicut hic falſator apertè profitetur. Quòd ſi Apoſtoli Petrum Principem ſuum eſſe voluerunt: Ergo à Chriſto Princeps non eſt factus. Ita Epiſt. 3. *Apoſtoli ſtatuernt, quis eorum primus & potior eſſet.* Ergo ordinis fuit principatus, non honoris. Ergo clavium h. e. ligandi ſolvendíque poteſtas, quæ jurisdictionem quoque continet, æquè cœteris, ac Petro data. Confer c. 24. q. 1. c. loquitur. Nihil ergo Rufum (*g*) juvat, quando Petrum nihilominus Principem & caput fuiſſe contendit. Fuerit ſanè, ut non inviti largimur, nihil tamen hæc ad ſingularem poteſtatem ſeu jurisdictionem. Et Cypriano, & aliis hoc paritatis teſtimonium, licèt immutatis nonnullis, tribuitur: unde diſcas haut antiquum eſſe impoſtorem, nec illo ævo antiquiorem, quo Romanus Papa univerſalem ſibi poteſtatem tribuit. Nec obſtat quando Ep. 3. dicit: *Inter B. Apoſtolos quædam fuit diſcretio. Et licet omnes eſſent Apoſtoli,* addit, *Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe idipſum voluerunt, ut reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis.* At ubinam voluerunt? Si voluerunt, ubi ergo à Domino? Neque Petro ſingulare in reliquos privilegium conceſſum unquam oſtendent. Pone in

O 2 Petro

g) *contra Car. Mol. p. 86. & part. 2. p. 68.*

An.112. Petro temporis, ordinis, vocationis, ætatis aliquod privilegium, ecquid inde momenti?

*§. 6.) Apoſtoli, jubente Domino, in toto orbe diſperſi, Evangelium prædicaverunt: ipſis quoque decedentibus in locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi* &c. (vid. Epiſt. 3. n. 1.) *Videntes autem ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos, rogaverunt Dominum meſſis, ut mitteret operarios in meſſem ſuam. Inde electi ſunt ab eis LXX. diſcipuli* (at Domino ipſi hoc tribuitur Luc. 10. 1.) *quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum ſunt conſtituti in Eccleſia* &c. Ergo omnes Epiſcopi æqualiter ſuccedunt Apoſtolis: neque ulla differentia inter Petrum & reliquos Apoſtolos, atque inter Epiſcopos conſtituitur. Ita Alex. II. Epiſt. 1. *Epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorum ſunt.* At Apoſtolicum munus poſt Chriſti in his terris, etiam quod ad jurisdictionem, ſupremum fuit.

Ib. Monarchiam evertit, dum plures Epiſcopos ad ordinandum aliquem Epiſcopum requiritur, *ne aliquid contra fidem Eccleſiæ unius tyrannica authoritas moliatur.* Præcipit ut ordinatio publicè fiat, ſeu ut ordinatio non conferatur, niſi Clerici & Laici fideles adſint.

Ib. *Provinciæ multo ante Chriſti adventum tempore diviſæ ſunt maxima ex parte & poſtea ab Apoſtolis, & à Clemente, ipſa diviſio eſt renovata* &c. vid. diſt. 90. c. provinciæ. ubi ad politicam formam Eccleſiarum regimen inſtitutum teſtatur. At ſanè non ab Apoſtolis, nec à Clemente, ut nugatur ἐμπαίκτης, Eccleſiaſtica hæc ratio mandata; ſed longè pòſt, uti Concilia docent. Unde tamen hoc ſequitur, non divini, ſed humani eſſe juris Sedium prærogativas, ac ab ipſorum Ethnicorum more, originem ducere. Et hoc ipſo Romani Epiſcopi primatum cadere, quia illi propter urbem, ceu orbis Dominam, & Imperatoriam Sedem, primæ fuerunt datæ. Non ergo ob Petri præſentiam. (*h*) Ideo verò apud Rom. primitus inſtitutas provincias foráque diverſa, ait Anacletus, ut qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, ipſa appellarent, quoties opus erat. At Reges ſub Imperio Rom. tunc nullos fuiſſe neminem præterit.

*Tertia Anacleti Epiſtola.* §. 7.) Tertia Anacleti Epiſtola quinque partes habet. 1. De bipartito ordine ſacerdotum 2. De conſtitutione ſeu ordinatione Epiſcoporum ac presbyterorum. 3. De diſcretione Epiſcoporum & civitatum. 4. Ut difficiliores cauſæ ad Sedem Apoſt. referantur. 5. Non admittendos ad accuſationem ſive ad teſtimonium, qui antea inimici fuerunt, & de extraneo judicio. Eam enervant Blondel. Proleg. p. 63. in tract: 136. ad 147. Cocus p. 55. ſeq.

*Epiſcopi Apoſtolorum, Presbyteri LXXII. diſcipulorum locum tenent.* Ex hoc ipſe Carranza: *Primùm à Domino conſtituti hi duo ordines, Epiſcoporum*

h) *Confer de Dom. l. 3. c. 2. §. 2.*

*rum & Sacerdotum, & amplius quàm iſti duo, nec nobis à Deo collati ſunt, nec* An. 112.
*Apoſtoli docuerunt.* Confer Caſalium c. 27. At ſeptem hodie clericorum ordines, varia inſuper Epiſcoporum, aliorúmque Prælatorum genera, quorum omnium Dux & Caput Papa Rom. (*i*)

Ib. *Epiſcopi non in caſtellis, aut modicis civitatibus debent conſtitui, ſed presbyteri &c.* diſt. 80. c. Epiſcopi non in. item: *Epiſcopus ad honorabilem urbem titulandus & denominandus eſt: presbyter verò ad quemcunque locum, vel Eccleſiam &c.* de Dom. l. 9. c. 3. §. 9. Ergo ordinatio ſine titulo, ſeu beneficio facta non valet: confer Concil. Melden. c. 52. quia ſcopus & intentio Miniſtri, ſeu illius, qui ex altari vivit, iſthoc requirit.

Ib. *Presbyter ad quemcunque locum vel Eccleſiam præficiendus, in ea diebus vitæ ſuæ duraturus &c.* Eadem ratio cum Epiſcopis, quia ſpirituale cum Eccleſia conjugium cenſetur. Hinc gleba terræ Eccleſiaſtici cenſiti. At verò de translationibus ſæpius alibi.

§. 8.) Ib. *Epiſcoporum ordo unus eſt, licet ſint primates illi, qui primas civitates tenent, qui & in quibusdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur. Illi autem, qui in Metropoli à B. Petro Apoſtolo ordinante Domino, & à prædeceſſore noſtro S. Clemente, ſeu à nobis conſtituti ſunt, non omnes Primates, vel Patriarchæ eſſe poſſunt: ſed illæ urbes, quæ præfatis & priſcis temporibus primatum tenuere, Patriarcharum aut primatum nomine fruantur: reliquæ verò metropoles, Archiepiſcoporum aut Metropolitanorum &c. quia hæc eadem & leges ſeculi in ſuis continent principibus: aliæ verò primæ civitates, quas vobis conſcriptas in quodam tomo mittimus, à S. Apoſtolis, & à B. Clemente, ſive à nobis Primates prædicatores acceperunt.* Nugatur cum aliis ex impudenti hac ψευδομυθίᾳ Rufus contra Car. Molinæ. pag. 287. vid. Conc. Antioch. c. 9. (*k*) Hinc igitur videas: unde Primatiæ ortæ, ex urbium ſcilicet amplitudine & præeminentia, ſeu ex ratione ſecularis dignitatis.

Ib. *Hæc verò SS. Romana & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Salvatore noſtro primatum obtinuit; & eminentiam poteſtatis ſuper univerſas Eccleſias &c.* d. 22. Ss. Rom. In ore quidem omnes indeſinenter verba Chriſti, *Quicquid ligaveris &c.* ſed gratis habent: (*l*) Ita hæc eadem collector Conciliorum (*m*) pro primatu Romanæ Eccleſiæ inter alia allegat. Et hac Epiſtolâ inferius: *Hæc Apoſtolica Sedes cardo & caput (ut prætactum eſt) omnium Eccleſiarum, à Domino, et non alio, eſt conſtituta &c.* Ita Petrum ſtatim ab Apoſtolis principem electum, ſtatim à Chriſto dicit, ſtatim illi Paulum addit. Sic Romam ab ipſo Chriſto primatum & eminentiam accepiſſe, mox verò à Petri præſentia & morte deducit.

§. 9.) Ib. *Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana urbe B. Apoſtoli Pauli &c.* Quî ergo ſtomachantur hodie tantopere in famigeratum Ab-

 batem

*i) vid. Dorſchei Thomam Aquin. p. 113. Ravv. 234. Arnd. 212,* (*k*) *Cham. T. 2. l. 11. c. 18. §. 52.* (*l*) *de Dow. l. 4. c. 10. §. 13.* (*m*) *T. 1. p. 8. edit. Ven.*

An. 112. batem Pariſinum Arnoldum, quòd Apoſtoli utriuſque æqualitatem & ſocietatem aſſertum it? Ex Romana Petri præſentia, inſtitutione, regimine, morte, primatum Romæ adſcribendum: at quid non de Paulo?

Ib. *Pro omnibus aſſidua apud Deum omnium Sanctorum effunditur oratio* (à Petro & Paulo.) Unde ineptè invocationem Sanctorum extrudere volunt. Multò autem ineptius ex Rom. 1. 10. Annaliſta noſter ſpecialem curam & interceſſionem pro Romanis.

Ib. Primas ſedes à ſeculari regimine deductas deſcribit, ſcilicet Romanam, Alex. & Antioch. ſic tamen ut Romanam manifeſta adulatione, ſine ullo legitimo S. Codicis teſtimonio excipiat & præferat. Eodem teſtimonio pro Patriarcharum origine utitur Caſalius pag. 409 ad caput 28. ubi verò Romano pag. 110. eam jurisdictionem tribuit, quæ excedit illam Patriarcharum, in cauſis ſcilicet univerſalis Eccleſiæ, in cauſis fidei, & moribus generalibus Eccleſiæ, ſeu de deponendis Epiſcopis, ſeu de judicandis ipſis patriarchis. Quem tamen non piget allegare ſententiam Symmachi P. ad Eonium Arelat. *ad Trinitatis inſtar, cui una eſt atque individua poteſtas, unum eſt per diverſos Antiſtites ſacerdotium.* Videſis de Dom. l. 3. c. 10. §. 17. item à §. 1. Igitur tres nonniſi tales Sedes vocat. Nobis, quos Novatores vocat Veterator Baronius, (*n*) & nomen Patriarcharum, & rem diſplicere ait. Quidquid verò de nomine tum ex Judæis, tum ex Gentilibus adducat, non curamus, cùm & de Montaniſtis Hieronymus Epiſt. 54. hoc idem affirmet. Sedium verò prærogativas nullo in Evangelica & Apoſtolica hiſtoria fundamento niti, ipſa res docet. Neque enim ſolus Petrus præ cœteris tantam poteſtatem habuit, minus uſurpavit, neque hæc ſola loca præſentiâ ſuâ honoravit, imò Romam fortè oculis nunquam aſpexit, certè ſedem fixam ibi non habuit. Arbitraria ergo initio res fuit, ad politicæ formæ normam, quæ variè itaque deinceps immutata fuit. (*o*) Ideo tribus hiſce ſedibus pòſt Conſtantinopolitana & Hieroſolymitana acceſſere. Hæc ipſa Pſeudo-Anacleti verba, totidem pene collectio Creſconiana apud Baronium ad an. 382. §. 19. & Spond. §. 4. tribuit Concilio Rom. ſub Damaſo, adeóque nugarum & impoſturarum finis nullus eſt. Harum Sedium ſpecialem fundatorem Petrum eſſe, ſeu illius auctoritate inſtitutas Spond. ad ann. 39 §. 5. atque etiam reliquas Romanæ fuiſſe ſubjectas, ut vices ejus ſupplerent ad an. 325. §. 34. ait. R. Petrus multas alias fundavit, tum per ſe, tum per alios, ut non minus alii Apoſtoli. De Romana tabulas priùs legitimas producant. Aſt ubi hæret bonus Paulus?

§. 10.) Bellè hicce ἀπατηλὸς pro Petri primatu non modò Chriſti mandatum, ſed & Apoſtolorum votum in teſtimonium profert, atque ex Cephæ nomine idem evincere contendit, dum id Caput & Principem, quaſi ex Gr. κεφαλή eſſet, imperitè reddit.

*Tonſura.* Huic Papæ comæ & barbæ tonſuram Platina, Vergilius atque alii adſcri-

*n*) §. 2. *Spond.* §. 3 (*o*) *Cham. T.* 2. *l.* 11. *c.* 18. §. 51.

ſcribunt: alii verò Aniceto: vide Baron. ann. 175. §. 4. & Hoſpinian. de Mon. p. 63. a. ſine dubio à ſimilitudine nominis. Huc facit, quæ vir doctus monet: *Pierius in oratione de barbis ſacerdotum putat, planè eſſe alium ſenſum decreti, ſcilicet teneri Laicos nec barbam radere, nec comam nutrire: cui ſententiæ accedunt Capuccini, quibus volupe eſt barbas habere in folio, cùm Franciſcani ejusdem cæteroquin ordinis ſibi barbam radant ad cutem uſque. Monet inſuper Pierius, hoc fuiſſe decretum non Anacleti, ſed Concilii Carthag. IV. & Alex. III. ex illo.* Alia verò primi illi ſub cruce Epiſcopi curabant, quàm rationem de coma & barba Clericorum. An. 112.

Aliud ejusdem decretum, *ne Laici Epiſcopum accuſent.* 2. q. 7. Laici.

Item: *Ut ſingulis annis Apoſtolorum limina viſitent Epiſcopi, qui ordinationibus Apoſtolicis ſubjacent.* 9. diſt. juxta S. utrum hoc temporibus tam duris fieri potuerit, & quidem ab univerſis Catholicis Epiſcopis, ecquis affirmaverit? Unde T. 1. Conc. edit. Ven. p 310. ſubiicit collector: *Hic eſt canon 4. ſynodi Rom. habitæ ſub Zacharia P.*

Eidem Anacleto *Dominus vobiſcum* aſſignat Jacobus Manlius: at Gratianus de conſecr. diſt. 1. Sotero.

Staravolſcius ita hujus Papæ decreta exprimit: *De ordinationibus Epiſcoporum & omnium clericorum, de accuſationibus eorum, déque ordine, primatu, ac prærogativis Eccleſiaſticarum perſonarum: tum quo loco, & quibus teſtibus ſit ſacrificandum.* De eodem Caſalius c. 26. *Decrevit ut clerici ſacris ordinibus publicè à proprio Epiſcopo initiarentur.* Et Carranza: *In ſacerdotio complexus eſt Anacletus Diaconos & Subdiaconos.*

*§. 11.)* Succeſſit Anacleto poſt dies XIII. ut vult Damaſus, *Evariſtus*, natione Græcus, ex patre Judæo, nomine Juda Bethlehemitico, ne quis eum deducat ex tribu Dan. Ejus creationem Eutychius (*p*) ad annum Domitiani II. collocat. Coſterus ad ann. Dom. 97. Les Eſtats ad 96. Carranza ad 110 Starav. ad 112. Trajani 13. De eo Spond. §. 4. ex libro de Rom. Pont. Titulos in urbe Roma diviſiſſe presbyteris affirmat: de quibus etiam Baronius & ad hunc, & ad 439. annum: item in notis ad Martyrol. 26. Julii: ubi per titulos domos fidelium intelligunt divino cultui mancipatas, in quibus Chriſtiani ſacra peragere, ſeu ſynaxes agere conſueverant, quas alias Eccleſias vocant. Horum titulorum nomenclationem à rebus fiſcalibus derivant, cùm Tituli impoſitione rem aliquam ſibi fiſcus ſolitus eſſet vendicare: eos vela fuiſſe volunt imaginibus vel nominibus Imperatorum inſignita, quæ cortinæ regiæ Ambroſio Ep. de Baſilicis tradendis ad Marcel. eam tamen inter Titulos & Vela differentiam fuiſſe Baronius autumat, ut Velis imago depicta Imperatoris, Titulis verò nomen ejus inſcriptum fuerit. Quæ tamen ratio an perpetua fuerit, dubito: ita conjectura mera, imò commentum, nullo fultum teſtimonio legitimo, quando Spondanus ait, Titulos hos Chri-

*Evariſtus ſuccedit.*

*vid. an. 44 §. 52. & an. 93. §. 2.*

p) pag. 347.

An. 112. Chriſtianorum Crucis ſigno inſignitos fuiſſe. De his ita Caſalius c. 8. *Factum, ſuadentibus poſt Evariſtum & Hyginum temporibus, ut ſe non amplius à Regionibus, quibus praerant : ſed paſſim ab ædificiis, & patrimoniis Eccleſiæ à piis viris et matronis in ſubſidium presbyterorum et Diaconorum legatis, diſcriminis ſe causâ nuncuparent &c. Inde presbyteri & Diaconi Cardinales ſuos Titulos adepti etc. Hinc Tituli orti Equitii, Veſtinæ, Pammachii, Lucinæ, Julii, Caliſti, Paſtoris, Eudociæ, Æmilianæ, Creſcentianæ, Faſciolæ, Tigridæ. Tituli autem hujuſmodi nihil aliud erant, quàm reditus vel proventus ex villis, prædiis, fundis, aut agris, à piis relicti &c.*

*Romæ baſilicæ, Tituli, Presbyteri, Diaconi.*

*§. 12.)* De his ſuo i. e. Canoniſtarum more Rouſſelius. (q) *Aucto Romæ fidelium numero, cùm pluribus opus eſſet Baſilicis* (quaſi verò Baſilicas habuerint temporibus tam iniquis,) *contigit, ut nonnulli Chriſtiani ſuas ædes traderent Deo dedicandas: quas Epiſcopus conſecretas diſtinxit alias ab aliis vario titulo affixo* (an licuit?) *adinſtar fundorum principis &c. His ergo Eccleſiis ſeu Titulis adſcribebantur Presbyteri, ita ut ab illis recedere non poſſent, niſi cum venia Epiſcopi &c. Diaconi autem diverſis regionibus urbis præpoſiti fuerunt, tum ut ſcirent, quid in unaquaque regione fieret, & ad Eccleſiam referrent, tum ut pauperum curam haberent.* (At quid hodie?) Idem Rouſſelius Titulorum ſeu Baſilicarum diviſionem inter Presbyteros Evariſto tribuit: regionum autem urbis inter Diaconos Fabiano. *Evariſtum*, addit, *imitati Hyginus et Dionyſius, variè autem à variis immutata hæc & aucta,* ut ibidem proponit. Inſuper *Evariſtus VII. Diaconos ordinâſſe fertur, qui cuſtodirent Epiſcopum prædicantem,* (h. e. ei aſſiſterent) *propter ſtylum veritatis :* aliqui, ut teſtes eſſent bene ſecti verbi: aliqui, ut ab his contra hoſtes veritatis defenderetur. Spondano pro more, ut hierarchiam cœleſtem referrent: vide de Dom. l. 2. c. 4. §. 49. item Serranum de VII. Romæ Eccleſiis: 8. Colon. 1600. Caſalius & reliqui priſtinæ Eccleſiæ conditionem planè ad ſequentem, vel etiam præſentem metiuntur & depingunt. Romæ in una Baſilica olim plures fuiſſe presbyteros, vide apud Blondel. de Epiſc. pag. 224. De nomine verò ædificiorum nulla nobis lis, modò de re conveniat. Quare rectè Mareſius: *Non Templa,* inquit, *& Baſilicas, ſed cryptas habuere & ſepulchreta, fidelium titulis inſignita. Sed hoc potuit fieri ab Evariſto, ut cuique cum presbytero illius aſſignaretur ſua ſpecialis parochia, in qua vicini Chriſtiani minori cum ſtrepitu & periculo poſſent convenire. Et dicitur Evariſtus VII. Diaconos inſtituiſſe illis aſſignatis VII. urbis regionibus. Sed cùm veriſimile non ſit, Eccleſiam Romanam tamdiu Diaconis caruiſſe, cùm & ipſe Linus Petri Diaconus ſtatuatur, tamen aſſignatas ſuas in urbe regiones presbyterorum titulis ſeu parochiis reſpondentes, ut pauperum, qui in villis verſarentur, curam reſpectivè haberent. Hinc verò factum ſucceſſu temporis, ut Cardinales Eccleſiæ Romanæ, qui revera nihil aliud ſunt, quàm illius presbyteri & Diaconi, ab hoc & titulo*

q) *l. 2. c. 10. à §. 1.*

*& titulo illo ſolerent inſigniri. Quamvis & Titulorum uſum, & Cardinalium* An. 112.
*nomen in aliis quoque receptum fuiſſe oſtendat Fileſacus Sorboniſta, de origine Parochiarum c. 3.* quam hoc loco Damaſus Evariſto Titulorum & Parœciarum inſtitutionem tribuit, eandem ipſe Dionyſio P. ad an. 260. adſcribit. *Non videtur res tam antiqua,* ait Salmaſ. (*h*) neque ſanè calamitoſum tempus id permiſit. Certè Chriſtiani primitus templa nulla habuere, unde illis hoc à Paganis fuit objectum: Orig. cont. Celſum l. 8. Minut. Fel. Arnob. l. 8. Polyd. I. 5. c. 6. inv. Unde in cæmiteriis, & ubi poterant, convenerunt. Mox aëris injuriæ depellendæ exigua ædificia in cæmiteriis ſtruxêre, dicta *Fabricæ*, quales Damaſus Fabiano P. tribuit. Poſt an. CCV. halcyonia quædam nacti ſub Severo, Gordiano &c. *Oratoria* ſolidiuſcula extruxere, quæ Euſ. l. 8. c. 8. προσευκτήρια, unde Diocletianus mox ea ſola æquanda curat. Quiſquis ergo locus remotus & abditus templi loco ipſis fuerat, maximè etiam privatorum fidelium commodæ ædes, quæ tamen privatæ manebant, nî fortè tandem in fidelium uſum offerebantur. Ecquis ergo credat nonniſi tot Romæ, conventus olim fuiſſe, quot jam Tituli, vel vetera Templa ſeu Baſilicæ? Putáſne verò nonniſi in conſecratis conveniſſe locis? Certis autem nominibus ſeu Titulis diſtinctivis vocâſſe loca adiri ſolita credibile, at ſine publicè propoſitis tabellis, ut putant, vel ſignis ſimilibus.

*Fabricæ.*
*Oratoria.*

§. 13. Baronius per Titulum Eccleſiam, vel potiùs Baſilicam intelligit, unde ad 26. Julii: *Romæ obtinuit vetus loquendi uſus, ut non omnis Eccleſia, Martyrúmve memoria Titulus diceretur, ſed tantùm inſigniores Eccleſiæ.* Atqui hoc ipſo probamus & contendimus hoc tempore nullos adhuc Titulos ſeu Baſilicas fuiſſe. Idem ad 5. Aug. habet. *Eò etiam referri quis poſſe putet,* (ait Blondel. de Epiſc. p. 226.) *quòd ex ædificatis à Conſtantino M. Baſilicis (ſi unam Apoſtolorum excipias, quæ uſqne hodie Baſilica dicitur) nulla ad Gregorii I. tempora in titulis fuit: Marcellini & Petri, Crucíſque Eccleſias primus inter Titulos retulit Gregorius; ſed neutra deinceps Baſilicæ nomine gaviſa eſt, licet hanc inter præcipuas ſuas Eccleſias ad hanc uſque diem numeret Roma: Marcellus anno circiter* 310. *ſive XXV. ſive XV. (quot ad annum* 400. *fuiſſe vult Onuphrius) titulos in urbe Roma conſtituit quaſi diœceſes: quorum (licet ante ſeculi quarti finem ad XXIIX. numerus excreverit, prout ex Concilii l. ſub Symmaeho ſubſcriptionibus conſtat) nequaquam tamen in infinita propemodum Eccleſiarum urbicarum multitudinem per annos* 1100. *auctus eſt.* &c. Ita Alphon. Ciaconius in Pontifice 6. *Titulos in urbe presbyteris diviſit, ut unuſquiſque ſuæ paræciæ terminis cœteríſque limitibus diſtingueretur. Adjungit: Mandavit etiam ut oratoria prædicandi cauſa ædificata à Sacerdotibus conſecrarentur.* Ad quæ Seldenus (*i*) *quaſi dedicandi ſeu conſecrandi ritus tunc fuiſſent*

P

*h*) *Appar. de prim. P. p.* 148. (*i*) *de Synedr. l.* 3. *c.* 15. §. 4.

An. 112. *ſent in uſu familiari Sacerdotales. Ita quocunque tandem nomine Templa appelles, minimè tamen credi fas eſt, tunc temporis externa, ejusmodi ædificia, multò minus Baſilicas extruere publicè licuiſſe, nedum apertè Titulos affigere, quibus à profanis locis diſtinguerentur.* Seldeno Titulos à fiſcalibus diduci titulis non ſufficit, quia hoc nomine venit inſcriptio etiam qualiſcunque, quâ res, cui infixa inciſave fuit, meliùs prætereuntibus innoteſcat: unde Τίτλος ex Lat. Joh. 19. 19. 20. i. q. ἐπιγραφὴ inſcriptio, apud Marcum c. 15. 26. & Lucam c. 23. 38. Ita Alex. ab Alex. (*k*) *Tituli, quòd inſignia capitis ea ornamenta ferrent. Atque ex hac origine,* ſubjungit Seldenus, *etiam hodiéque, Eccleſias ipſas, prædiáque illis aſſignata, in Jure Pontificio, ejúsque formis, paſſim denotant Tituli.*

*Cardinales.* §. 14.) Atque ex his Titulis & ordinatione Evariſti Cardinalium originem deducunt, unde hodiéque *Cardinales Presbyteri & Cardinales Diaconi.* (*l*) Alii Marcellum primum circa an. 305. autorem faciunt. (*m*) De his Spond. (*n*) *Perſeveravit per multa ſecula, ut ſeptem tantùm in Eccleſia Rom. Diaconi miniſtrarent, quibus Fabianus illud muneris poſtea addidit, ut XIV. urbis regionibus præeſſent, ſingulis binas aſſignans, ut pauperum curam agerent; unde & Diaconi Regionarii dicti, qui in Concilio Rom. ſub Sylveſtro Diaconi Cardinales nominati: ubi tamen in aliis urbis Eccleſiis non deerant Diaconi, in ſingulis ſaltem duo.* Triplex hodie Cardinalium officium. 1. Commune cum Epiſcopis, Presbyteris & Clericis. 2. Eſt eligere Papam. 3. Pontificem in regenda Eccleſia adjuvare. (*o*) Papam quomodo eligere teneantur, habebis Decretal. l. 6. Can. ubi periculum. De Cardinalibus conſule Tileni ſynt. diſput. T. 2. diſp. 38. à §. 5. item Platum de Cardinalis dignitate & officio. 12. Lugd. 1623. alios. De iiſdem Blond. de Epiſc. p. 225. Omnes titulares presbyteros, cujuſcunque parochiæ fuerint, ſive Epiſcopalis, ſive obſcurioris, pro Cardinalibus habuit Gregorius, qui Cardinalem parochialem, proprium, in Eccleſia peculiari incardinatum, ejus miniſterio affixum interpretatus eſt. Cardinales itaque Chriſtiani orbis Principes non fuiſſe, ſed univerſos titulorum urbicorum Cardinales ad an. 1100. & quod excurrit, infra Epiſcopos quoſcunque ſediſſe, Romanorum Pontificum Concilia docent. Quocirca errat Bellar. quando Apol. c. 4. p. 38. ait: Excreſcente nimium Presbyterorum & Diaconorum multitudine paulatim ad paucos (eligendi Pontificis, eúmque conſilio & operâ adjuvandi) redactam functionem, qui deinceps Cardinales i. e. principales dici cœperunt. Hinc etiam Baronius (*p*) *Titulus i. q. Memoria, ſeu Eccleſia.* Et dein: *Romæ obtinuit vetus loquendi uſus, ut non omnis Eccleſia Martyrúmve memoria Titulus diceretur, ſed*

*k*) *l. 5. c. 4.* (*l*) *Bar. §. 9.* (*m*) *Polyd. l. 1. c. 9. confer ex Onuphr. Libert. Gal. T. 1. p. 396.* (*n*) *§. 5.* (*o*) *Bell. l. 1. de Cler. c. 16. §. Iam. de officio. Bar. an. 882. §. 8.* (*p*) *ad 26. Iulii coll. cum Bellar. de Cler. l. 1. c. 16.*

*ſed tantùm inſigniores Eccleſiæ, quibus præficerentur Cardinales Presbyteri. Inde ordinatus i. q. titulatus, attitulatus* &c.

# JESU CHRISTI *Annus* 113. An. 113.
# TRAJANI *Imp. Annus* 14.

*§. 1.)* Evariſti P. an. 2. Coſſ. Calpurnius Piſo, & Ruſticus Bolanus. Hos Calviſius ad an. 111. reponit, eíſque Calendis Julii ſuffectos ait C. Julium Urſum Servilium Servianum II. & L. Fabium Juſtum. Juſtus Hieroſ. ex hac vita ſubtractus annò epiſcopatus III. De hoc Eutychius (*a*) anno Imperii Trajani Imp. VI. conſtitutus eſt Judas (aliàs Juſtus) Epiſc. Hieroſ. poſt VII. annos ſive Trajani 14. Zacchæus (al. Zacharias) qui VII. quoque annos ſedit. Juſto ſucceſſerunt intra XXV. annos, Zacchæus (Hoſpin. & Martyrol. ad 23. Aug.) Tobias, Benjamin, Joannes, Matthias (Martyrol. ad 30. Jan.) alter Benjamin, Philippus, Seneca, Juſtus, Levi, Ephræm, Joſes, Judas, qui ultimus ex progenie Judæorum præfuit illi Eccleſiæ. Regenvolſcius (*b*) non tantùm ex Euſ. l. 4. c. 5. Quindecim ex Circunciſione Epiſcopos Hieroſ. facit, omiſſo Benjamino hujus nominis II. Sed Juſtum etiam & Eumenem ex eodem Euſebii loco, ac priorem quidem, exactis undecim annis in Epiſcopatu Hieroſ. ad Eccleſiam Alexandriæ moderandam, ſextum ordine deſignatum eſſe. Ego verò nihil ejuſmodi apud Euſ. reperio, ſed Alexandrinos Epiſcopos cum Hieroſ. confuſos à Regenvolſcio ſtatuo. (*c*) Porrò hic Zacchæus alter à publicano. Ex Judæ autem, ceu ultimi, hiſtoria colligit Baronius, gravi tum perſecutione Eccleſiam Hieroſ. jactatam fuiſſe ſub Adriano Cæſ. ob Judæos rebellantes inſtigante illos Barchocheba, quos repreſſerit Imperator, neque Hieroſolymis eos habitare permiſerit, qui priori nomine urbi abrogato, eam de ſe Æliam appellari voluerit. Quòd autem Sulpitius Severus (*d*) inde colligit, Adrianum putâſſe, ſe fidem Chriſtianam loci injuria pereмpturum, ac loco Dominicæ paſſionis, Dæmonum ſimulachra conſtituturum, haut eſt probabile, cùm Adrianus Chriſtiano nomini faverit, in ſuo larario Chriſti ſimulachrum habuerit, & de Chriſto publicè colendo ſeria conſilia agitaverit, quæ ſacerdotes & Philoſophi impediverunt. Sic Oroſ. (*e*) aſſeverat, Judæos Cotheba duce, excruciâſſe Chriſtianos, quòd illi adverſus Romanos inſurgere renuerent: at eoſdem Chriſtianos vindicatos ab Hadriano, Judæis introeundi Hieroſolymam ademptâ licentiâ, Chriſtianis autem civitate permiſſa. Fortè ex tyranno mitior factus Imperator. (*f*)

*Iuſtus Hieroſ. obiit.*

*Ejus ſucceſſores.*

*vid. an. 130. §. 5.*

*§. 2.)* Quòd ſi igitur uſque ad an. 138. Epiſcopi Hieroſ. ex Judæis nonnſi

P 2

*a) p. 351. (b) hiſt. l. 3. c. 1. p. 209. (c) confer Mycræl. hiſt. l. 2. §. 1. (d) l. 2. (e) l. 7. c. 13. (f) conf. Kortholt. p. 114.*

An.113. nonniſi oriundi fuerint, deinceps verò Marcus & ſequentes ex Gentilibus; ſequitur uno & eodem tempore non fuiſſe uno in loco diverſos Epiſcopos, & neque ſchiſma in magnis Eccleſiis, ut volunt Epiſcopales: vid. Hammond. de Epiſc. diſſert. 5. c. 1. à §. 22. Ita ergo Legis ſervitus à libertate fidei atque Eccleſiæ ſublata eſt, Marco ex gentibus apud Hieroſoſolymitanos Epiſcopo conſtituto.

An.114.

## JESU CHRISTI *Annus* 114.
## TRAJANI *Imp Annus* 15.

Evariſti an. 3. Coſſ. Trajanus Aug. VI. & Julius Africanus. Phocas Antiochiæ martyr fit. Martyrol. 5. Maii. Inde credunt ſuperſtitioſi, quòd ſi quis à ſerpente morſus, januam baſilicæ martyris credens attigerit, confeſtim ſanetur.

An.115.

## JESU CHRISTI *Annus* 115.
## TRAJANI *Imp. Annus* 16.

*Richimer Francus moritur.*

Evariſti P. an. 4. Coſſ. Publius Celſus & Clodius Criſpinus.

Ad hos Coſſ. Calviſius ponit ex Trithemio Richimeri Francorum Regis obitum: cui ſucceſſit Odemar filius, qui regnavit an. 14. homo pacificus.

An.116.

## JESU CHRISTI *Annus* 116.
## TRAJANI *Imp. Annus* 17.

*Judæi domantur.*

§. 1.) Evariſti P. an. 5. Coſſ. Ninnius Haſta: & Manilius Vopiſcus. Judæi diriter per Imperium Rom. tam in Chriſtianos, quàm in Gentiles graſſantes, magnis ſtragibus ſequenti anno domantur, ut Euſ. atque Dio habent, item Oroſ. l. 7. c. 12. De hoc Eutychius (*a*) *Eo tempore reverſi Judæi Hieroſolyma, cùm multiplicati eſſent adeò ut impleretur ipſis urbs, regem ſibi præficere conſtituerunt, quod cum Trajano nunciatum eſſet, miſſo ille Hieroſolyma duce cum ingentibus copiis, innumeros interfecit Judæos. Contra Trajanum iſtum*, pergit, *prodiit Babeli rebellis quidam, contra quem profecto Trajano inita eſt inter ipſos pugna, in qua multi ex utroque exercitu cæſi ſunt, ipſeque Trajanus in prælio interfectus.*

*a* p. 351.

*ſectus*. Atqui aliam in Trajano mortis rationem ad an. 119. videbis. De hoc Pezelius: *Excitârunt Judæi ſub Trajano jam ſene, & in Arabia bellum gerente, ſeditiones. Nam in Ægypto & Cyrene, et Cypro, ſuprà 40000. hominum trucidârunt inſigni cum ſævitia. Judæos autem Lucius Quietus paſſim profligavit, magnámque eorum multitudinem ſtravit, unde præſes Judææ factus eſt ab Imp.* Id verò Bucholz. ad an. 116. ita reddit: *Cùm Judæi in Meſopotamia bellum adverſus incolas redintegrarent, Trajanus præcepit L. Quieto, vt eos provinciâ exterminaret: adverſus quos Quietus aciem inſtruens, infinita millia eorum interfecit &c.* De hoc Calviſ. ad an. 114. ex Xiphil. *Judæi in Ægypto, duce quodam Andrea rebellant, & ad 200000. hominum millia occidunt, & reliquos occiſorum carnibus veſci cogunt, multos à vertice ſerris diſciderunt medios, multos objecere beſtiis, multos inter ſe certare coëgerunt. Iidem in Cypro etiam ad ducenta & quadraginta millia capitum trucidârunt: At L. Quietus ibidem internecione eos delevit, legémque tulit, vt Judæo capitale eſſet, ſi in Cyprum veniſſet. In Ægypto Alexandriæ Judæi ſimiliter à gentibus ſuperati.* Conſule Eutr. Oroſ. An. 116.

## JESU CHRISTI *Annus* 117. An. 117.
## TRAJANI *Imperat. Annus* 18.

Evariſti ann. 6. Coſſ. Vipſtanus Meſſala & M. Vergilianus Pedo. Horrendi occurrunt terræmotus in Oriente, quibus Antiochia etiam penitus everſa eſt: de quibus pluribus Dio in Trajano.

Hoc anno Euchus & Achlena ſive Athena, parentes S. Cathaldi, & Dichus vir ſapientiſſimus, in Hibernia claruiſſe Uſſerio dicuntur. (a)

a) *Antiq. Brit. 751. ſeq.*

## JESU CHRISTI *Annus* 118. An. 118.
## TRAJANI *Imperatoris Annus* 19.

§. 1. Evariſti P. an. 7. Coſſ. Ælianus & Vetus: hi Calviſio ad an. 116. Aimilius Ælianus & L. Antiſtius Vetus nominantur. Papias Hierapolitanus Epiſc. Johannis Evangeliſtæ auditor, teſte Hieron. in catalogo, & Auguſt. de C. D. l. 20. c. 7. quod negat, & meritò quidem Baronius, (a) ut & Platina, (b) & alium Johannem ſeniorem intelligendum ajunt. Sanè id ipſum ipſius Papiæ verba volunt apud Euſ. l. 3. c. 33. Hunc adverſarii authoritate & antiquitate ejus abutentes magni faciunt, ut probare poſſint, Petrum Romæ fuiſſe *Papias.*



a) *à* §. 3. *Spond.* § 2. (b) *in Evariſto.*

An.118. fuiſſe,quos inter Bellarminus,(*c*)ubi Apoſtolorum fuiſſe diſcipulum affirmat,aſt ſeriùs vixiſſe ex ſuperioribus patet. Scripſit quinque libros Explanationum Verborum Domini: Vir eloquentiſſimus habetur, ſed exigui judicii: quia &fabuloſus,& chiliaſta,cum Cerintho docens,Sanctos regnaturos 1000. annis poſt reſurrectionem cum Chriſto in terris, abuſus loco Apoc.20.vide Euſeb.l.all.Hier.in Catal.Oſiand.Cent.2. Unde,teſte Platinâ, Irenæum, Apollinarium, Tertullianum, Victorinum Pictav. Lactantium, quibus adde Juſtinum Martyrem,& alios celebres Patres,in errorem pertraxit.(*d*)Unde rectè Dallæus(*e*)probat conſenſum B.Patrum,non eſſe neceſſarium veritatis argumentum. Eò autem noxium magis dogma fuit, quia noviſſimum diem ſcire ſe ſomniabant: contra Matth.13.32.Tenuiſſimi fuit judicii Papias, ut loquitur Euſebius, & non ſolùm chiliaſtarum parens, ſed quoslibet etiam obſcuros rumuſculos,quaſcunque aniles fabulas facilè ſine judicio collegit,& ſtudioſè diſſeminavit.Unde diſcas: 1.Patrum vel veris, vel ſuppoſitis ſcriptis extra Scripturæ conſenſum nihil tribuendum. 2.Sicut Papias traditionibus nimium intentus deceptus fuit, ita & alios ſecum abduxit: proinde ad traditiones non provocandum. Inde Baronius cautè de illis pronunciat: (*f*) *Ex quibus*,inquit,*facilè intelligas,in traditionibus habendum eſſe delectum,ut non mox,ut quis ſe aliquid ex majorum traditione accepiſſe tradit*, (ut de Papia accidit) *fidem omnes illi adhibeant; ſed illam eſſe traditionem tenendam & amplectendam,quæ ab Eccleſia Catholica ſibi authoritatem vendicat.*

*§.2.*) Verùm aliter nos longè,ídque jure, ut enim Eccleſiæ judicium & conſenſum non negligimus, ſic non eam intelligimus Eccleſiam, quæ nomen habet ſine re,ſed illam, quæ S.Scripturam pro norma, cynoſura & judice retinet, illáque innititur. Proinde ab allegando Papia,& ſcriptoribus ſimilibus abſtinendum,ac Verbo Θεοπνεύστῳ inſiſtendum cenſemus. Hujus autem Papiæ memoria ad 22.Febr.recurrit. Alius fuit Lambardus natione,Grammaticus,qui circa an.1200.claruit.Plura de chiliaſmo in Apollinari,ubi an à ſolo Papa Rom.condemnatus fuerit videbis.

Seniorum nomine Epiſcopos, imò etiam Apoſtolos veniſſe, ex ejus procœmio in libros V.de Dominicorum oraculorum enarratione Blondellus(*g*)probat: *Quæcunque*,inquit,*aliquando à Senioribus*(παρὰ τῶν πρεσβυτέρων)*rectè didici,& memoriæ mandavi,tibi contexere non gravabor &c.Si quando quis veniſſet, qui Seniores frequentâſſet, Seniorum conſiderabam ſermones, quid Andræas,&c.Quid etiam Ariſtion,& Senior Johannes Domini diſcipuli loquebantur.*Mox de Marco Evangeliſta,ex Johannis relatione verba facturus addit,*Hoc etiam Senior dicebat,&c.*

*c*) *T.1.contr.3.generali,quæ eſt de Rom.Pontifice l.2.c.2 §.11.* (*d*) *de Dom.l.5.c.8.123.Rivet. Crit.S.præf.c.9. p.57.* (*e*) *de Patr.p.288* (*f*) *§.5.obſcurius Spondanus §.2.* (*g*) *de Epiſc.p.22.*

An. 119.

# JESU CHRISTI *Annus* 119.
## TRAJANI *Imp. Annus* 20.

Evariſti P. an. 8. Coſſ. Niger & Apronianus; vel juxta Caſſiodorum Catilius & Fulvus. Trajanus Imper. apud Selinuntem Ciliciæ civitatem, unde Trajanopolis poſtea fuit dicta, ſive morbo, ſive veneno fuit extinctus: de quo Baronius, alii copiosè. Calviſius ad ann. 117. Mortuus profluvio ventris, ubi vixiſſet an. 63. m. 9. d. 4. & regnâſſet annos 19. m. 6. d. 15. Sub Trajano Imperium Romanum ampliſſimum fuiſſe ſtatuunt, ut è Plinii II. Panegyri conſtat: fundamentum & primum lapidem Julius poſuit: Auguſtus parietes: Tiberius verò tectum. (a) Trajano ſucceſſit Hadrianus, ei affinitate junctus, adoptatus à Trajano ſtudio Plotinæ Trajani conjugis. Igitur Hadrianus ex Syriæ provincia ſibi commiſſa Romam contendit, & ſecum in urna aurea reliquias Trajani in curru triumphali vehit. Notant autem docti, primum fuiſſe Trajanum apud Romanos, qui in urbe, in foro ſepultus: poſtea in ædibus, tandem in templis fieri ſolitum. (b) Ubi ergo reliquiæ, & illa Papiſtarum cœmiteria urbica? De anima Trajani precibus Gregorii M. P. ab inferis liberata Spondan. §. 2. Baronius T. IIX. ad ann. 604. ubi fabulam meritò contra Joh. Damaſcenum, & magni nominis recentiores Theologos (quos vocant) ſtatuunt. (c) Atque utinam in cæteris non minus ſaperent! Hinc tamen Damaſceni ingenium diſcas. Huc facit, quod nonnemo monet: Parùm abeſt, quin totus infernus in purgatorium degenerârit à tempore Gregorii I.

*Trajani Imp. obitus.*

*Succeſſor Hadrianus.*

a) *Chr. Franc. in Imperio Ger. Rom. p.* 32. (b) *Rogers de relig. mundi* (c) *Caſal p.* 440. *B. vid. Kortholt de perſec. p.* 101. *ſeq.*

An. 120.

# JESU CHRISTI *Annus* 120.
## HADRIANI *Imp. Annus* 1.

§. 1) Evariſti P. ann. 1. Coſſ. Hadrianus II. & Fuſcus Salinator. Licet nullum edictum ab Hadriano promulgatum fuerit contra Chriſtianos, Tertulliano teſte, ſufficiebant tamen contra illos jam antehac latæ leges, ſicque perſecutionem quartam excitavit, quam alii tertiæ annumerant, alii ad an. 126. collocant, alii aliter, nimirum pro diverſa ratione initii, medii & finis, hinc non tantùm ſub Hadriano, ſed etiam ſub Antonino Pio motam dicunt. (a) Ben-Cochabum, qui ſe pro Meſſia venditabat, ſeditione irritatum Imp. in Chriſtianos deſæviiſſe ajunt, cui Ariſtides Philoſophus, & Quadratus

*Perſecutio IV.*

*vid. an. 130.*

Athen.

a) *Confer Euſ. l. 8. c. 2--9. Kortholt, à p.* 103.

An. 120. Athen. Epiſc. ſcriptis libris apologeticis, Serennius verò Granianus (al. Serenus Granius, al. Servianus) Imperatoris Legatus, literis finem attulerunt. Sic cùm ſub Antonino Pio perſecutio recrudeſceret anno 140. vel ut Baronius habet, anno 150. Juſtinus Philoſophus apologiam exhibuit Imperatori, qui perſecutionem inhibuit publico edicto promulgato Epheſi in totius Aſiæ Concilio: prout hæc ſingula ſuis videbimus locis. (b) *Ælius Adrianus*, inquit Eutychius pag. 352. *contra rebellem in Babelem, profectus ipſum profligavit. Dein in Ægyptum contendit.* (c) *Gravia autem valde ab eo paſſi ſunt Ægyptii, dum homines ad idolorum cultum adigeret, quam ob cauſam multos, etiam è Chriſtianis, morte affecit: inter cœteros Mar Aſtatium cum uxore & duobus filiis, quibus olla ahenea incluſis, aquam ſuperfundens, ignem ſuppoſuit, donec coquerentur.*

*vid. an. 128.*

§. 2.) Tam verò ſuſpecta ſunt Martyrologia & Legendæ, ut non tutum ſit ubique de veritatis teſtibus ex illis facile quid pro certo & indubitato venditare. Occurrit Euſtatius ſeu Euſtachius miles, & Theopiſte uxor, de quibus Niceph. l. 3. c. 29. item Martyrol. ad 20. Sept. hi cum duobus filiis Agapio & Theopiſto damnati ad beſtias, ſed Dei ope nihil ab iis læſi, in bovem æneum candentem incluſi martyrium Romæ conſummârunt. De Euſtathii actis Lambec. B. T. 4. p. 130. Ita Marſus & Peregrinus Evangelium in Gallia docentes, ſupplicium capitis ſubiiſſe feruntur. Sic Romæ paſſi dicuntur Zoticus, Irenæus, Hyacinthus, & Amantius: Martyrol. ad 10. Febr. Regulus Arelat. Epiſc. 30. Martii, quem Gallia Chriſt. T. 3. pag. 1016. primum loci Epiſcopum ponit, abſque anno tamen. Marcianus Ravennat. Epiſc. 22. Maii, atque alii alibi. Num hic an alius Agapius ignoro, quem Ughellus Ital. S. T. 5. p. 550. Veronenſem tertium facit Epiſcopum defunctum ann. 130. Prid. Non. Aug.

*vid. an. 128. §. 2.*

Non omittendum hoc loco, quod vult Hammondus, (d) ex epiſtola Adriani ad præſidem Ægypti Servianum, ſcilicet agnoviſſe tum ipſum Imperatorem diſcrimen inter Epiſcopos & Presbyteros, de qua Fl. Vopiſcus in Saturnino: *Illi,* inquit, *qui Serapin colunt, Chriſtiani ſunt: & devoti ſunt Serapi, qui ſe Chriſti Epiſcopos dicunt. Nemo illic archiſynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Chriſtianorum Presbyter non Mathematicus &c.* Atqui judicet æquiſſimus lector, num non alterum pro altero accipiat Adrianus, & annon potiùs rudis & ignarus rerum Chriſtianarum hæc ſcribat?

§. 3.) Aliud Eccleſiæ malum, hæreticorum ſcilicet acceſſit furor atque rabies. (e) Nam etſi prioribus temporibus hæreticis non caruit Eccleſia, haut tamen propter Apoſtolos, eorúmque diſcipulos (qui Trajani temporibus penitus eſſe deſierunt) altas agere radices potuerunt. Quamobrem ſub Hadriani faſcibus hæreſes cæpiſſe Clemens Alex. (f) ſcribit, & Euſeb.

*Hæretici.*

ex

(b) *Adi Magdeb. cent. 2. c. Oſiand. c. 2. l. 1. c. 11. Vincent. l. 11. c. 52. Euſ. l. 4. c. 3. Niceph. l. 3. c. 29.*
(c) *Bar. ad an. 128. §. 6* (d) *diſſert. 3. de Epiſc. c. 10. § 8.* (e) *vid. Calviſ. ad an. 118.* (f) *Strom. l. 7.*

(*g*)ex Hegeſippo Eccleſiam virginem manſiſſe dicit,ut rectè Spondan. §.4. annotat, & idem nos ſuprà anno 101. §. 2. attigimus. (*h*) Aliò autem Spondanum, cum Bar. §. 18. tendere animadverte, quando *Baſilidem* pridem ortum cum aliis, at nunc demum graſſantem in Eccleſiam irrupiſſe volunt, quemadmodum Uſſerius tract. in Ignatium (*i*) monet, nimirum ut Ignatii interpolatorem defendant, dum hìc impoſtor non ſolùm in Epiſt. ad Philadelph. hæreſeos à *Saturnino* primùm introductæ, ſuppreſſo authoris nomine meminit; ſed etiam in Epiſt. ad Trall. nominatim Baſilidem fugiendum eſſe hortatur; quum tamen ſub Trajano martyrium ſubjerit Ignatius, & ſub ſucceſſore ipſius Hadriano hæretici iſti poſtea emerſerint: teſte Theodoreto l. 1. hær. fab. & Clem. Alex. ſuprà. item Euſ. l. 4. c. 7. ut & in chron. ubi 25. annis poſt mortem Ignatii Baſilidem collocat. Nec quicquam Baronii commentum illud rem juvat, Baſilidem primùm in Ægypto, vivente adhuc Ignatio, inde poſt ejus mortem Saturninum in Syria ſcholam erroris aperuiſſe. Non enim primum peſtifera hæc dogmata ſparſiſſe Baſilidem, ſed Saturninum (al. Saturnilium) in hac nequitia ipſi præiviſſe, ex Tertull. de præſcr. c. 46. liquet, qui poſtquam de Saturnino egiſſet, ſubjicit, poſtea Baſilides hæreticus erupit. Sic non minus ex Epiphanio contra Baſilidem hær. 24. patet, qui Baſilidem, relicto in Syria illo ſuo condiſcipulo, majora multò prædicare cœpiſſe ſcribit, ac plures quàm illum ſectatores collegiſſe, & à Saturnilio ac Simone erroris argumenta mutuatum fuiſſe. Confer Aug. de hær. c. 3. & 4. Arnd. 452. Horn. hiſt. p. 64 Hammond. de Epiſc. diſſert. 1. c. 3. à §. 9. Tam ergo felix & callidus commentor eſt Cardinalis, ut ſuis fabulis veteres vendat.

An. 120.

*Baſilides.*

§. 4.) Alius fuit Baſilides Epiſcopus Hiſp. ob crimina in Synodo Afr. IV. unà cum Martiali damnatus: de quo ad an. 258. Hujus verò hæretici impura dogmata vid. apud Tertull. de præſcr. c. 46. Danæ. in Aug. c. 4. Luzenb. Roſſum, Horn. Micræl. Bar. & Spond. Hujus hæretici 24. volumina, quæ in Evangelia confecerat, fortiter refutavit Agrippa, cognomento Caſtor, ſicuti Hier. de Scr. Eccl. docet, cujus tamen opus periit. Inter alia novos Prophetas, ad errorem ſuum nobilitandum excogitavit, ſimulare in perſecutionibus prohibitum non eſſe, barbara Angelorum nomina confinxit, imaginibus, incantationibus & invocationibus uſus, quæ utinam hodie revocata non fuiſſent! Saturninus Antiochenus, Baſilides Ægyptius fuit. Baſilidis filius Iſidorus per omnia æquè futilis fuit, ut Epiphanes Carpocratis ſoboles. Sed bene eſt, quòd Spond. (*k*) ad ſe aliquatenus redit, nimirum quia Ignatius Baſilidis quidem, non autem Saturnini mentionem fecit, credere ſe, poſt Ignatium demum Saturninum exortum. Ita profectò eſt. At Saturninum non præceſſit, ſed ſequutus Baſilides, ut ſuprà comprobatum.

q Nec

*g*) *l. 4. c. 21. Gr.* κβ (*h*) *conf. Dalla. de Patrib. p. 3.* (*i*) *part. 1. p. 137.* (*k*) §. 11. *Bar.* §. 18.

An. 120. Nec juvat quicquam, quòd Baſilidis mentio fiat in Epiſt. ad Trall. quia non Ignatii, ſed deceptoris verba ſunt.

*Carpocrates. Gnoſtici.* §. 5. *Carpocratiani* á Carpocrate Alexandrino, qui & *Gnoſtici*, quo nomine eruditionem & rerum divinarum cognitionem ſibi tribuebant: vid. Bar. à §. 20. Fæces hæreticorum meritò, ob turpitudines maximè infames & blaſphema dogmata dicti. Duos inter ſe pugnantes Deos ſtatuit, Legem & bona opera ceu inutilia rejecit, malorum ſpirituum inſidias nonniſi obſequio evitari poſſe: Jeſum nudum hominem eſſe, ac de utroque ſexu: reſurrectionem corporis non eſſe, ſed μετεμψύχωσιν &c. vid. Danæ l. al. c. 7. alios. *Floriniani* ſeu *Floriani*, item & *Libertini*: de quibus Forbeſ. inſtr. l. 1. c. 37. & l. 2. c. 2. *Adamiani*: Epiph. hær. 52. Danæ. c. 31. De Gnoſticis Bar. à §. 13. Spond. à §. 12. Danæ. c. 6. Roſſus: fuſè Hammond. l. al. à c. 3. Gnoſticorum hæreſiarcham Baſilidem vocat Hier. T. 1. p. 125. T. 3. p. 115. Inde orti etiam *Samoſateniani* i. e. Ariani. Primus ſceleratam Gnoſticorum hæreſin ab Ægyptiis profectus Marcus intra Hiſpanias intulit, ut habet Sulpit. Sev. l. 2. Hi ſceleribus ſuis Eccleſiæ curſum egregiè impediverunt atque ſanctam Catholicam fidem denigrârunt: (*l*) ita ut nihil novi ſi ab adverſariis hæreticotum crimina nobis imputentur. Dicti etiam *Borboriani* ſeu *Borboritæ, Goddiani, Stratiotici, Phibionitæ, Barbelitæ & Zacchæi, Naaſiani.* Horum progeniem *Antitactas* etiam dictam Clemens Alex. docet. (*m*) Quia Scriptura commendat communionem inter fratres, quæ deducit ad regnum cælorum, iſti κοινωνίαν illam de promiſcua confuſione libidinum interpretati ſunt, ac naturales impulſus ſequendos dixere. Interea legitimum conjugium, liberorúmque procreationem abominati: cumpr. ipſorum Levitæ, ut Epiphanius docet. Quem errorem Latini, juxta vaticinium Dan. 11. imbibere, contra Legem Dei, & veterum conſuetudinem, ubi multi olim Epiſcopi & presbyteri uxorati fuiſſe leguntur, utpote Vicelio conductitio rhetore fatente, Dionyſius, Fauſtinianus, Sylverius, Sergius, Hormiſda, Valerius, Tertullianus, Leo, Felix, Oceanus, Numidicus, Hilarius, Gregorius Nazianzeni pater, Reſtitutus &c. Quibus addi debent Chæremon, Spiridion, Baſilii pater Nyſſenus, Philogonius, Apollinaris, Syneſius &c. Quin honorificum olim ex Epiſcoporum linea ortum fuiſſe, ſicut Polycrates apud Euſ. l. 5. c. 25. contra Victorem diſputans gloriatur ſeptem ſuorum συγγενῶν, cognatorum ordine fuiſſe Epheſi Epiſcopos, & ſe in ſucceſſione eſſe octavum. Unde conjugii dignitas, caſtitas & ſanctitas à Clem. Alex. Strom. l. 3. hoc non poſtremo argumento defendebatur, quòd Apoſtoli in ſacratiſſimo Eccleſiæ miniſterio conſtituti, fuiſſent conjugati.

§. 6.) Iidem hæretici Chriſtum habuiſſe corpus phantaſticum ſomniârunt. At quid hodie aliud, quàm corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini ſine

*l*) *Larroq. de S. Euch. p.* 16. (*m*) *Bar.* §. 37. 38. *Spond.* 18.

ſine ſuis proprietatibus fingitur? Iterum illi hæretici dogmata ſua vulgo ignota eſſe voluerunt, & Laicis Scripturæ lectionem interdixerunt, teſte Iren. l. 1. c. 13. ita ſanè Romani. Adhæc iſdem Irenæus l. 1. c. 24. docet Baſilidis ſectatores imaginibus & invocationibus uſos: & c. 24. narrat, Carpocratianos ſeu Gnoſticos imagines quaſdam tum coloribus depictas, tum ex alia materia fabricatas habuiſſe: vid. Bar. §. 10. Spond. §. 7. confer Gejerum de ſuperſtit. c. 3. §. 43. & dixiſſe formam Chriſti illo tempore, quo fuit cum hominibus, à Pilato factam: *illas*, inquit, *imagines, cum imaginibus Philoſophorum mundo proponunt, coronant, & reliquam obſervationem circa eas ſimpliciter ut Gentes faciunt.* Epiph. T. 2. l. 1. hær. 27. dicit: *Carpocratem occultè feciſſe imagines Chriſti, Pauli &c. ipsíſque ſuffitum feciſſe & eas adorâſſe.* Aug. de hær. ſcribit, Marcellinam ſociam Carpocratis coluiſſe imagines Jeſu & Pauli, Homeri & Pythagoræ adorando & incenſum ponendo. Non ergo ſtultum figmentum noſtrum eſt, ut ſtolidè Spond. à §. 7. Bar. §. 10. conjectat & fingit, imagines veras coluiſſe Baſilidem, quas ille, pro lenienda idololatria ſua, nonniſi amuleta & characteres fuiſſe ſomniat: neque exempla eum juvant, quandoquidem utrunque de illis dici poſſe certiſſimum. Vide Dallæ. de imag. l. 1. c. 7. ubi adverſariis occurrit Chriſti imaginem obtrudentibus: Hoſpin. de Templ. p. 155. & 159. & 282. Quòd ſi verò imagine exprimere Chriſtum, vel alios licuiſſet, id Patres non ita ſimpliciter reprehendiſſent. Miſcuit autem Diabolus cultum Chriſti cum aliis, ut hoc ipſo modo veræ religioni & cultui impedimento eſſet. Ejuſmodi autem ſpurcos & nefarios hæreticos ſpargendi de fidelibus Chriſtianis falſos rumores occaſionem quoque præbuiſſe, rectè Bar. §. 22. ſeqq. item ad an. 179. §. 44. obſervat. Verùm inter alia Thyeſteas cœnas, ἀνθρωποφαγίαν & ſimilia graviter gnavitérque à ſe amoliti ſunt: id quod profectò facere haud potuiſſent, ſi ullam Tranſſubſtantiationem credidiſſent. (n) Quod malè Caſalius ad ſuam tranſſubſtantiationem transfert. (o) An. 120.

n) *vid. Dallæ. de ador. l. 2. c. 28. Kortholt. p. 189.* (o) *c. 9. p. 65.*

## JESU CHRISTI *Annus* 121.
## HADRIANI *Imp. Annus* 2.

§. 1.) Alexandri P. an. 1. Coſſ. Hadrianus II. rectiùs III. & Junius Ruſticus. Mortem oppetiit Evariſtus. vid. Martyrol. 26. oct. Sedit ex ſententia Bar. an. 9. m. 3. Starav. an. 9. m. 10. Damaſo, Platinæ, Carranzæ an. 9. m. 10. d. 2. in margine verò habet Platina an. 10. m. 7. Coſtero an. 13. Aux Eſtats & Calviſio an. 13. m. 5. Eutychio & Munſt. an. 8. Euſebius hiſt. *Evariſtus P. tollitur.*

An. 121. l. 4. c. 1. an. 8. idem tamen in Chron. Caſſiodorus & Greg. Holoander, item Rom. Breviar. habent an. 12. Mariano Scoto an. 10. m. 6. Sepultus fertur juxta corpus B. Petri in Vaticano. Fecit ordinationes tres, creans Presbyteros VI. Epiſcopos per diverſa loco V. quæ profectò exiles Univerſalitatis notæ. His verò Damaſus addit Diaconos duos.

*Prior ejus Decretalis.*

§. 2.). Ut parum nos movet, quando adverſarii falſi crimen committunt, dum fictas Pontificum Decretales ſine intermiſſione nobis objiciunt, ſic ſimiliter ſe habet cum duabus Evariſti ſuppoſitis Epiſtolis, quarum prima ad omnes Africanos Epiſcopos, cujus argumenta. 1. Septem in Civitate Diaconos eſſe debere. vid. an. 253. §. 2. 2. de uxore ducenda. Illam vide T. 1. Conc. ed. Crabbi p. 311. & edit. Pariſ. p. 167. ex eadem habet Carranza. Meritò rationibus fulti eam proſcribunt Blondel. in Pſeudiſ. præf. p. 63. & in tract. p. 147.-151. Cocus p. 64. Vult, ut nuptiæ cum utriuſque partis conſenſu fiant, publicéque à Sacerdote conſecrentur. vid. 35. q. aliter legit. Concil. Carthag. IV. c. 13. (a) Platina hierologiam nuptialem ſeu benedictionem ſolennem in Eccleſia peragendam Sotero vendicat. De hac Tertull. l. 2. ad uxorem: *De matrimonio quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renuntiant, Pater ratum habet* &c. vid. Arnd. Ant. l. nuptiæ: à §. 45. Cœterò ex hac Decretali malè Rufus (b) Papæ Rom. in Afros poteſtatem concludit, quia illis dat leges de nuptiis &c. Ita Rouſſel. (c) Papæ Monarchiam aſſignat, quia conſtitutiones pro univerſa Eccleſia ſancit, & mandata dat. Reſp. 1. Hoc ipſo ſe produnt, dum pro hac ſua dictatura ſuppoſitis uti coguntur. In ſpecie quod ad hanc Epiſtolam, dicit impoſtor: *Hæc cunctis recitanda per omnes Eccleſias Aphricanas ſcripta dirigite, et iſtis connectite, quos adjunximus literas præfectorum, ut de his, quæ iniquè laudantur (ſi quid tale probari poterit) judicium fiat, & inhibita coërceantur, & præterita mala, & illicita conjugia, ſi doceantur admiſſa, digna ſeveritate corripiantur.* Quaſi præfecti provinciarum fideles jam fuerint, iisque præcipere Papa potuerit. Unde Turrianus Codices inviſos aliàs & inauditos prætendens pro præfectorum ſupponit Prophetarum. (d) Quaſi etiam ritu Chriſtiano nuptiæ celebrari publicè in templis potuerint. Adde quod cauſas matrimoniales Eccleſiaſtici fori hodie faciant. 2. Non leges, ſed Eccleſiaſtica conſilia dici poſſent, qualia infiniti alii exteris etiam dederunt. 3. Ipſi has leges hodie non ſequuntur, unde Trid. Conc. de clandeſt. matrim. Tametſi, inquit, dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia libero contrahentium conſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quamdiu ea Eccleſia irrita non facit: & proinde jure damnandi ſunt illi, eosque S. Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata eſſe negant &c. Evariſtum ergo damnant, ſi non ſit fictus: ita ex eodem 30. q. 5. c. 1. ubi definit conjugium

*vid. an. 179. §. 12.*

a) *Polyd. l. 5. c. 5. Hornbec, Summa contr. p. 791.* (b) *contr. Molin. p. 308.* (c) *l. 1. c. 3. §. 6.* (d) *Dalla, de Patr. p. 26.*

gium legitimum non eſſe, niſi ab his, qui ſuper fœminam dominationem habere videntur, uxor petatur, & à parentibus ſponſetur. Sic Juſtiniani tempore non potuiſſe iniri nuptias à filio abſque conſenſu Patris vid. Paganinum Gaudent. part. 1. cap. 14.4. Africa nondum eſt nobis univerſa Eccleſia. 5. Africanorum Conciliorum acta apertè huic poteſtati reclamant. An. 121.

§. 3.) Altera Evariſti Epiſtola de Epiſcopis ejectis, & aliis loco eorum ſubſtitutis. ὑπόβλητον eſſe invictis argumentis demonſtrat Blondel. in Pſeudiſ. præf. p. 33. & 63. in tract. p. 151. ad 158. Docetur & præcipitur in illa epiſtola, Laicos in Epiſcoporum accuſatione non eſſe recipiendos: vid. 2. q. 7. i. Inde Rouſſel. (e) *Primi Pontifices Romani in Epiſtolis ſuis edixerunt, ut Clericorum quidem accuſationes ab Epiſcopis diffinirentur: Epiſcoporum autem non liceret abſque S. Sedis authoritate* &c. Ergo multa profectò concilia malè contrarium decretis & exemplis docuerunt. Unde videas quò tendant cum Epiſcoporum & reliquorum exemptionibus. Confer Blondel. l. al. p. 32. ex Anacleti Epiſtola. *Poſterior Decretalis.*

In eadem & illud memorabile, quòd docet: Epiſcopum eſſe Sponſum Eccleſiæ, quam nullatenus relinquere debet, ambitûs præſertim causâ, ut ditiori ampliorique conjugetur: ubi & de prædicandi atque invigilandi munere, Epiſcopo incumbente.

§. 4.) Eidem Evariſto decretum adſcribitur, *ut nulla Eccleſia conſecretur abſque Miſſa, nec altaria abſque unctione chriſmatis, & ſacerdotali benedictione: ut altaria nonniſi lapidea ſacrentur. ut Eccleſia, de cujus conſecratione ambigitur, à vicinis Presbyteris, Parochianis fideliter requiratur*: vid. Grat. de conſecr. d. 1. omnes. c. altaria placuit, quæ conſtitutio Hygino tribuitur. Neque injuriâ hæc talia Papis adſcribuntur Rom. quia Apoſtoli ne γρῦ quidem de hiſce. vid. Hoſpin. de Templ. 460. Bona l. 1. c. 20. §. 30. è veteri Teſt. & ab ipſis deinde Apoſtolis deducit: *Sunt*, inquit, *qui Evariſto P. ejus originem adſcribunt, ſed multò certius eſt Apoſtolicum conſtitutum eſſe, niſi dicamus, ab hoc Pontifice ſcripto promulgatum, quod ſola traditione ab Anteceſſoribus acceperat. Alii ex adverſo ſcribunt, ante imperium Conſtantini M. nullas fuiſſe Eccleſiarum dedicationes propter metum perſecutionis; in quorum ſententiam facilè ibo, ſi de publicis & ſolemnibus agant* &c.

§. 5.) Evariſto ſucceſſit Alex. I. Romanus. Mariano Scoto dicitur IV. poſt Petrum. De illo Euſ. hiſt. l. 4. c. 1. *Alexander quintus ſucceſſione à Petro & Paulo NB. ducta, Pontificatum obtinet.* Ejus initium Coſterus ad an. 106. les Eſtats ad 107. Calviſius ad an. 108. T. 1. Conc. & Ven. p. 315. ad an. 109. Herman. Contr. ad 110. Euſ. in Chron. ad 111. Carranza in edit. 1. ad 112. edit. verò 2. ad 119. Baronius ad præſentem collocant. Creatum anno imperii Domitiani X. ait Eutychius (f) quem, ut & reliquos Eiſcopos *Alex. fit P.*



(e) l. 4. c. 6. §. 2. (f) p. 347.

An.121. Romanos, nonniſi Romæ Patriarcham vocat. De hoc Blondel. (g) *Evariſti anno 108. Trajani 11. oct. 27. martyrio coronati locum Alexander, Sixtus, Teleſphorus, Higinus ordine tenuerunt, nec ſolido ullo argumento confici poteſt antiquum ſeniores Presbyteriis præficiendi morem vel abrogatum prorſus, vel contraria quacunque praxi violatum fuiſſe; nam quod in Alexandri P. actis, nimiâ (ſi Baronio ad an. 132. §. 1. credimus) antiquitate mendoſis, revera minus fida (longè pòſt) manu ſcriptis S. Dei martyrem (quo tempore paſſus eſt) ætate quidem juvenem, ſed fide canum, ætatémque ejus annum XXX. non exceſſiſſe legimus, nullius planè ponderis eſt; cùm vetuſta Bedæ, Uſuardi, Adonis &c. martyrologia, ſanctitate incomparabilem, fide chariſſimum fuiſſe uno velut ore docent, de ætate nihil habeant; & ab omni veri ſpecie, Eccleſiarúmque univerſarum (quæ anno 314. triginta annos (Concil. Neocaſ. c. 11.) nondum natis presbyteratum committi nequaquam patiebantur) conſuetudine abhorreat: venerabili Eccleſiæ, toto orbe celeberrimæ presbyterio juvenculum, vix ultra annum vitæ 22. provectum caput anno 108. datum fuiſſe.*

(g) *præf. de Epiſc. p.* 30.

An.122.

# JESU CHRISTI *Annus* 122.

## HADRIANI *Imperatoris Annus* 3.

§. 1.) Alexandri P. an. 2. Coſſ. Cæcilius Severus & Aurelius Fulvius, qui dictus poſtea Antoninus Pius Imp. Imperator rebus domi compoſitis Romanum luſtravit Imperium, ac primùm quidem Galliam, Germaniam, atque Britanniam inviſit. De hoc Uſſerius: (a) *Britanni,* inquit, *quorum curam Domitianus intermiſerat, eo defuncto teneri ſub Romana ditione non poterant: unde ſucceſſor illius Hadrianus Britanniam petens, in ea multa correxit, murúmque per* 80000. *paſſuum primus duxit, qui Barbaros Romanóſque divideret, ſtipitibúſque magnis in modum muratis ſæpius funditus jactis atque connexis &c.*

*Imperatoris itinera.*

*vid. an. 144 et 208. § 3.*

§. 2.) Epiſcopo Alexandrino nomine Primo, defuncto ſucceſſit Juſtus, quem Nicephorus Juſtinum appellat; non confundendus cum Juſtino Martyre & Philoſopho. Huic ab eodem Niceph. anni X. tribuuntur: à Baron. XI. ad an. 133.

*Alexandrini Epiſcopi.*

Martyres diverſos Annaliſta hoc anno notat, ceu ſunt Fauſtinus & Jovita Brixiæ: Martyrol. ad 15 Febr. Hoſpinian. ad 16. De his Molanus ad Uſuardum, ubi ita Imperatori reſpondent, *Non incendemus thus Diis tuis; quia indeſinenter immolamus incenſum uni Deo creatori noſtro.* De alio Fauſtino Romæ ſublato vide ad 22. Maii.

Sabina

a) *Antiq. Brit.* 1024. & 1026 & 51.

Sabina Romæ: 3.Sept.De hac Blondel.(*b*)ex Adone ad 4.Septembr. An.122.
*Cùm Serapia juxta aream Vindiciani in monumento illuſtris martyris Sabinæ 4.Kal.Aug.ſepulta fuiſſet,compoſitum & ornatum eſt venerabile ſarcophagum ambarum,& locus orationis condignè dedicatus 2.Non.Sept.*Ad quæ Blondellus duo reſpondet. 1. Acta illa longo demùm tempore pòſt malè fuiſſe deſcripta.2.Non illicò ſequi,Templum ibi fuiſſe extructum,ſed locum tantùm,vel ſanè domicilium certum fuiſſe deſignatum orationibus,in quo nihilominus habitari potuerit,adeóque nonniſi conventiculum fuiſſe. Idem (*c*)hoc ipſum comprobat ex reſponſo Serapiæ Beryllo judici dato,quando loco templi & ſacrificii ad pietatem & caſtitatem ſuam provocat,ſéque templum Dei eſſe ex 1.Cor.3.profitetur.

Sophia Romæ paſſa: 30.Sept.Mater trium virginum martyrum Fidei, Spei, Charitatis ; de quibus 1.Aug.Mater autem ad tumulum trium filiarum orans obdormiſſe dicitur. Verùm incerta hæc illis relinquamus, qui iis delectantur.

De Balbinæ filia Quirini martyris Romani(*d*) ab Alexandro P. baptizata,vide 31.Mart.in pr.Hoſpin. de feſtis Chr.p.55.

*b*) *De Epiſc.p.246.* (*c*)*p.254.* (*d*) *de quo Bar. ad an.132.§.2.*

## JESU CHRISTI *Annus* 123. An.123.
## HADRIANI *Imp. Annus* 4.

Alexandri P.an.3.Coſſ.juxta Caſſiodorum Glabrio & Torquatus: juxta alios Annius Verus & Augur, Continuatur perſecutio, inprimis ſub Antonino proconſule Aſiæ.

## JESU CHRISTI *Annus* 124. An.124.
## HADRIANI *Imp. Annus* 5.

Alexandri P.ann.4. Coſſ. Aſiaticus & Quintus, ut Caſſiodorus quidem vult: alii malunt Aviolam & Panſam.

Hiſpanias Imperator peragravit.

Coillo Britannorum Regi defuncto filius Lucius ſucceſſiſſe ſcribitur. (Uſſer.Ant.Br.pag.39.& 138.)Alius autem hic eſt Lucius ab eo,qui ſub Eleutherio P.vixit.

JESU

An. 125.

# JESU CHRISTI *Annus* 125.
# HADRIANI *Imp.* *Annus* 6.

Alexandri P.an.5. Coſſ.Verus & Ambiguus ; vel Arrius Pelinus & Apronianus. Imperator ex Hiſpania navigans in Achajam,tandem Athenis Eleuſinia ſacra ſuſcepit,unde illius Eccleſiæ diſperſio ſecuta. Ibi Publius , qui Dionyſium Areop.in Epiſcopatu excepit,ſublatus eſt : de quo Martyrol.ad 21.Jan.De hoc Blondel.(*a*) *Vetuſti*,inquit, *Chriſtianorum moris,quo primatus* *presbyteriorum Senioribus deferebatur,expreſſa in prima Athenienſis Eccleſiæ* *ſucceſſione veſtigia extant ; ut enim Dionyſio Areopagitæ,qui verè inter Pauli* ἀπαρχὰς *fuit,concredita primùm* προστασία *fuit , eodémque pro Chriſto paſſo* *Publio, antiquitate proximo ; poſtquam is martyrium fecit, tertio Apoſtolorum* *diſcipulo Quadrato &c. Succeſſor itaque Publii fuit Quadratus , Apoſtolorum* *itidem diſcipulus,qui,ut Platina loquitur,Eccleſiam Dei ubique perclitantem,* *fide & induſtria ſua,quoad fieri potuit,ſuſtentavit.* Utut autem Hammond.(*b*) urgeat Epiſtolam Dionyſii Corinth. Epiſcopi ad Athen. ex Euſeb.hiſt.l.4.cap. κγ. ubi Publium προεστῶτα (præfuiſſe , præſidem fuiſſe) vocat : Quadratum κατασταντα ἐπίσκοπον,(creatum Epiſcopum)& quòd Dionyſius Areopag. πρῶτον τῆς ἀθηναίων παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρίσθαι (primus Athenienſis Epiſcopatum Eccleſiæ adminiſtrârit:) nihil tamen obtinet, quandoquidem, ut ſæpe hactenus inculcatum,Euſebius ex uſu communi loquitur, neque ordinem nos tollimus,de quo ſuprà Blondellus monet ; ita ut nihilominus omnis Eccleſiaſtica poteſtas Athenis penes totum presbyterium fuerit, & ſinguli Epiſcopi & Sympresbyteri nominari potuerint. Poſt Apoſtolorum demum omnium exceſſum,poſt Clementis Rom.ad Corinthios & Polycarpi ad Philippenſes Epiſtolam ſcriptam, paulatim circa annum Chriſti 140. invaluiſſe diſcrimen inter presbyteros & epiſcopos,adeóque juris non divini,ſed humani eſſe,Blondellus(*c*)docet.

Athen. Epiſcopi.

*a) De Epiſc. præf. p. 24 (b) de Epiſc. diſſert. 4.c.17.§.10. (c) apud Hammond. præf. p. 12. & 15. ſeq. inpr. in ipſo tract. diſſert. 1.c.13.§.10. ſeq. & diſſert. 4.c.17.§.2.*

An. 126.

# JESU CHRISTI *Annus* 126.
# HADRIANI *Imp.* *Annus* 7.

Alexandri P.an.6. Coſſ. Caſſiodoro ſunt Gallicanus & Titianus : at Faſtis Græcorum Glabrio atque Torquatus. Hadrianum,tranſacta Athenis hyeme,inde receſſiſſe Euſeb.in Chron.vult : Romam autem abiviſſe Baronius ait.

JESU

An.127.

## JESU CHRISTI *Annus* 127.
## HADRIANI *Imp. Annus* 8.

Alexandri P.an.7.Coſſ.Scipio & Aquilinus.Romam ex Africa, quò trajecerat, rediit Imperator.

---

## JESU CHRISTI *Annus* 128.
## HADRIANI *Imperatoris Annus* 9.

An.128.

*Ariſtides & Quadratus,*

§.1.) Alexandri P.an.8.Coſſ.Verus & Bibulus : al. Celſus & Marcellinus. Imperator in Orientem profectus Athenas repetiit, ubi Jovis Olympii ædem atque aram ſibi dedicavit.Hac occaſione ob ingraveſcentem perſecutionem uſus Quadratus Epiſcopus loci, & Ariſtides Chriſtianus Philoſophus libros pro Chriſtiana religione eidem Auguſto obtulêre : ipſéque Quadratus orationem inſuper eadem de re coram Imperatore habuit, tantúmque perfecit,ut tempeſtatem graviſſimam ſedaverit.Confer Hieronym. de Script.Eccl.& Epiſt.94. Oroſ.l.7.c.13. Nicephor.l.3.c.21. Intercidêre autem utriuſque Apologiæ.(*a*)Neſcio ergo,quid ſibi velit Ariſtides Gr.Lat.8. Genevæ.(*b*)Fuit autem Quadratus eruditione,zelo, fide & prophetiæ dono excellens, qui ex illis quosdam oculis conſpexit , quos ſanavit Servator. Ex ejus apologia,ut Euſeb.l.4.c.3.loquitur,illius intelligentiæ, & Apoſtolicæ rectæ doctrinæ indicia conſiderare licet.Hinc eidem l.3.c.37.coll. cum l.5.c.17.non ſolùm Prophetico chriſmate illuſtris, ſed & unus ex pluribus, qui primum gradum Apoſtolicæ ſucceſſionis habuerunt. Ejus memoria ad 26.Maii celebratur,ſicut & alius Quadrati Africani.Ariſtidis verò d.31.Aug.

*Vide ann. 134. Serenius & Granianus.*

§.2.)Neque horum duorum excellentium Apologiis,ſed & Serennii Graniani al. Sereni Granii, Legati Imperatoris,ſeu Aſiæ Proconſulis literis commotus Imperator ut remitteret à perſequutione , is enim vir adprimè nobilis iniquiſſimum eſſe ſcribit clamoribus vulgi innocentium Chriſtianorum ſanguinem concedi, & ſine ullo ctimine, nominis tantùm & ſectæ reos fieri. Id vulgò ad an. 127. collocant. His commonitus Hadrianus Minutio Fundano, Serennii ſucceſſori reſcripſit, ſine objectu criminum, aut probatione Chriſtianos non condemnandos. (*c*) Cujus epiſtolæ uſque ad noſtram memoriam durat exemplum , quod apud Otton. Friſing. & apud Euſ.l. 4. c. 8. & 9. ex Juſtini Mart. Apol. ad Antoninum Pium extat. Commentaria in

 hanc

(*a*) *Vide Dallæ.de Patr.p.5.* (*b*) *Confer Kortholt, à p. 108. Pappi Hiſtor. Eccleſ. à p. 110.* (*c*) *vide Calviſ. ad ann. 126.*

An.128. hanc Epiſt. edidit Gerhardus Jo. Voſſius; ut & ejuſdem Hadriani Epiſt. ad Servianum conſulem: de qua etiam ad an. 120. §. 1. & 2. alia occaſione egimus. Quin ad alios inſuper Provinciarum præſides eam in rem ab Imp. ſcriptum fuiſſe Baronius ex Melitone affirmat. Calumniandi tamen libidine accuſatos ſæpe & vexatos fuiſſe Chriſtianos non malè conjectat. (*d*) Ita Calviſius ex Suida ad an. 116. *Cùm Tiberianus Syriæ præſes ad Trajanum retuliſſet ſe non parem eſſe Chriſtianis occidendis, qui ultrò ſupplicia appeterent, mandavit Trajanus, ut ab iis abſtineret.* Idem ex Spartiano ad an. 121. docet, Chriſtianos Antonino Aſiæ Præſidi catervatim ſemet obtuliſſe, fidémque Chriſtianam profeſſos fuiſſe.

*d) vid. Plat. in Evar. Euſ. in chron. alibi.*

An.129.

## JESU CHRISTI *Annus* 129.
## HADRIANI *Imp. Annus* 10.

Alexandri an. 9. Coſſ. Gallicanus & Titianus. Imperator Aſiam minorem peragravit, de quo Spart. in Hadriano. Calviſius ad hos Coſſ. anno 127. ex Trith. ait: *Odemar Rex Francorum, cum annos 14. regnâſſet, pacificè moritur. Succedit ipſi filius Marcomirus, qui regnat annis 21.* Eodem tempore Suetonius floruit, magiſter epiſtolarum Hadriani, Chriſtianorum hoſtis acerrimus.

---

An.130.

## JESU CHRISTI *Annus* 130.
## HADRIANI *Imp. Annus* 11.

§. 1.) Alexandri P. an. 10. Coſſ. Torquatus atque Libo. Syriam hoc anno Imperator adiit. Diverſas horum itinerum auctores adferunt rationes: alii quia curioſus fuerit Imperator, tum aliarum rerum, tum religionum ſcrutator: (*a*) alii quia per orbem terrarum paci tenendæ operam intenderit. Sic ut pax ad orientem componeretur, paſſim deficientibus nationibus, quas Trajanus ſubegerat, eductis inde exercitibus volens ceſſit de Armenia & Aſſyria, qui & ante Trajanum Imperii limes fuerat. (*b*) De eodem Eutychius: (*c*) *Gravis Ælio Adriano morbus accidit; quare dum varias peragraret regiones, ad remedium corpori & morbo ſuo quærendum, Hieroſolyma ipſi laudârunt, quò cùm perveniſſet, ipsáque vaſtata inveniret, adeò ut nullum ædifi-*

*Hieroſolyma reſtauratur & deletur.*

*a) conſ. Calviſ. ad an. 112. (b) Spart. & Aurel. Victor. (c) p. 352.*

*ædificium, præter Chriſtianorum Eccleſiam eſſet, extrui juſſit urbem circa Templum, muróque forti cingi: quod cùm audirent Judæi, ex omni provincia omníque urbe confluxere, adeò ut brevi temporis ſpatio impleretur; cùmque multi numero evaſiſſent, Regem illis nomine Barjuzium renunciatum eſſet, miſit illis ducem è ſuis quendam magnis inſtructum copiis, qui urbem obſideret? Mortui ergo ſunt, qui in ea erant fame & ſiti. Ea deinde capta, magnam Judæorum ſtragem edidit, urbémque diripuit adeò, ut deſertam relinqueret. Atque hoc ultimum eſt Hieroſolymorum excidium, Judæorum autem quidam in Ægyptum, alii in Syriam, & in montes, atque regionem Algaur fugerunt. Juſſit verò rex, ne quis Judæus urbem incoleret, quin interfici ipſos, totámque eorum ſtirpem deleri: urbem autem à Græcis habitari, & de Imperatoris nomine Æliam appellari: ad Templi autem portam arcem hi ſtruxere Græci, ſuper qua tabulam magnam poſuere Imperatoris nomine Ælio inſcriptam, ídque anno Imperii ipſius IIX. iidem Græci, cùm Chriſtianos fimetum iſtud, ſub quo erat ſepulchrum & Cranium adire, atque ibi preces fundere viderent, eos hoc facere prohibentes, ſuper fimeto Templum Veneri ſacrum ſtruxerunt. (c)* An. 130.

§. 2.) Urbium atque ædificiorum reſtaurandorum, pacíſque firmandæ gratiâ profectiones tam longinquas ſuſcepiſſe Imperatorem, variæ ejus res geſtæ loquuntur. De hoc itin. Blondel. (*d*) ex Epiph. de pond. c. 14. *Univerſam* inquit, *urbem ſolo æquatam, Deíque templum calcatum invenit, paucis habitaculis exceptis, & Eccleſiâ Dei, quæ parva erat, eo loco, in quem ab Oliveto reverſi diſcipuli cœnaculum conſcenderunt. Ibi enim, i.e. in Sionis parte, conſtructa erat, quæ à deſolatione (à diſcipulis ſcil. Pellâ reducibus) aſſumta erat, & habitationum partes circa ipſam Sionem, ſeptémque Synagogæ, quæ ſolæ in Sione ceu tuguria perſtiterant* &c. ad quæ Blondellus ib. *Quamdiu conditam ab Hadriano urbem nonniſi communibus ornatam ædificiis conſpicati ſunt Judæi; utut occupatum à Gentibus religionum ſuarum domicilium ægerrimè ferrent, vim ſibi fecerunt; ſed ſimulac Capitolini Jovis idolo templóque conſpurcatum Deo ab antiquo dicatum locum viderunt, in nervum univerſorum erupit furor, nec ulterius eorum quiſquam, qui patientiam teneret. Anno itaque Chriſti* 132. *Hadriani 17. Pſeudo Chriſti Barcochobæ maniis dementati, & in arma verſi Palæſtinam depopulati, annóque ſequenti in Chriſtianos pacis ſtudioſos rabiem effuderunt; ſed à Tinnio Rufo intra Betheræ non procul ab Hieroſolymis diſſitæ munitionis ſepta concluſi, anno 134. cum ſeductore ſuo meritas temeritatis pœnas dederunt, & anno 135. ordine decimus ſextus, ſed primus ex Gentibus Epiſcopus Hieroſ. Marcus, ſedere cœpit.*

§. 3.) Quemadmodum igitur Judæi anno 121. rebellantes ab Annio Rufo Judææ præſide repreſſi, ſic anno iſthoc duce Barcocheba, diriter toto



*c) vid. Calviſ. ad an. 123. & 132. ad 135. Inpr. adi Bevereg. in can. 6. Nicænum: p. 63. & can. 7. (d) præf. de Epiſc. p. 13.*

An. 130. terrarum orbe conjurati furentes ingentibus ſtragibus ſubacti: à qua perſecutione nec Chriſtiani immunes, quia cum Judæis contra Romanos inſurgere noluerunt, teſte oculato Juſtino Martyre, Samarita, viro literatiſſimo, profeſſione & habitu Philoſopho, qui eandem ob cauſam ex patria migrare coactus fuit, unde Epheſi Dialogum cum Tryphone, Judæorum ejus temporis Coryphæo, qui & ipſe, eodem ex bello Judaico profugus, habuit. Inde idem ille Apol. 2. de Barcocheba: *Solos Chriſtianos, ni Chriſtum abnegaturi eſſent, ad ſæva ſupplicia dari juſſit.*

*Juſtinus Martyr.*

*Vid. Bar. ad an. 135. ex Dione in Hadr.*

*§. 4.)* Cum Judæis primùm variâ fortunâ pugnavit Julius Severus ex Britannia accerſitus, unde Hadrianus oppidum Betheram (al. Bethoron) annos 3. & 6. menſes (quandiu Antichriſtum duraturum Romanenſes volunt) obſedit, tandémque expugnavit, & ſeditionis ducem ſuſtulit, quem Judæi igitur non amplius Bencochab, filium ſtellæ: Num. 24. ſed Bencozba i. e. filium mendacii vocitârunt. Numerus interfectorum ſcribitur fuiſſe quinquies centena millia; alii numerari non potuerunt, qui peſte & fame perierant. In hoc bello, quod continuatum eſt annos 6. potentia Judæorum, quanta fuit reliqua, fracta eſt. Inde etiam Imperator pepulit ex Palæſtina Judæos, eóſque à Chriſtianis diſtinxit, ab ingreſſu Hieroſolymam illos arceus, atque ex ruinis urbem reædificari permiſit, quam ex ſuo nomine Æliam vocavit, conceſsítque Chriſtianis ut ibi habitarent, hinc primum Epiſcopum Marcum ex Gentibus natum acceperunt. Caſſiodorus ſcribit, in fronte ejus portæ ſuem ſculptum fuiſſe in marmore, ut ſignificaretur, Judæos Romanæ poteſtati jam ſubjectos eſſe.

*vid. an. 137.*

*§. 5.)* Licet igitur Eutychius publicum locum, in quo Chriſtiani convenerunt Hieroſolymis, Eccleſiam vocet, haut tamen magnificam fuiſſe ſtructuram credendum, ſed inſtar Judæorum Synagogæ alicujus, tugurium, unde Epiphanius Eccleſiam parvam appellat. Imò Chriſtianos illos ſepulchrum Chriſti & Cranium, nullo ædificio inſtructum ſolitos adire iſdem Eutychius docet. Ecquî opus fuiſſet cryptis atque cavernis, variíſque meatibus, de quibus Bar. ad an. 130. §. 2. ſi liberè templis in Rom. Imperio frui Chriſtiani potuiſſent?

Inprimis benignè poſt hoc bellum ſenſit Hadrianus de Chriſto, quem voluit in Deos referre, & hoc fine varia extruxit templa, ſine ſimulachris tamen. Unde Hadriana dicta. Atque hinc diſcas abſque ſimulachris priorum Chriſtianorum templa fuiſſe. Vid. Lamprid. in Alex. Sev. & ex eo Joh. Gerh. Voſſium in Epiſtolas quaſdam: Kortholt. p. 114. De ſedatiore in Chriſtianos animo habet Herm. Contr. ad an. 110. Rectè Caſaub. ad Lamprid. cùm tam nobilem hiſtoriam, tot fidei Chriſtianæ propugnatores acerrimi, viri undequaque doctiſſimi, & quorum intererat hanc memorare, conſtantes ſileant, ut fabulam meritò explodit. Fons autem conceptæ opinionis (ut idem opina-

*vid. an. 113. & 140. inpr. an. 137. quæ fortè temporum diverſitas hiſtoriam conciliat.*

opinatur) hic eſt: Juſſerat Hadrianus templa fieri in omnibus civitatibus, ſuo nomine ſine dubio conſecranda; ſed Hadriano mortuo, priuſquam abſolverentur, manſere pleraque imperfecta; & ex iis unum (quod Tiberiade magnificè inchoatum erat) tandem in uſum balneorum à civitatibus deſtinatum eſt. Ignari cùm viderent hæc, nec ullum ſimulacrum reperirent, velut in imperfectis, ſtatim concluſerunt, Chriſto fuiſſe exſtructa. Chriſtiani enim veteres per 300. annos ferè nullum ſimulachrum habebant in ſuis κυριακοῖς & oratoriis. (e) An. 130.

(e) *Rupert. hiſt. Univ. p. 310.*

# JESU CHRISTI *Annus* 131. An. 131.
## HADRIANI *Imp Annus* 12.

Alexandri P. an. 11. Coſſ. Celſus & Balbus. Ex ſingulari quodam Hadriani Imp. in Antiochenos odio & commotione, quam in Syriaco itinere conceperat, factum ut Hiero, loci Epiſcopus, martyr occubuerit: cui Cornelius ſucceſſit anno 143. Cui tamen Nicephorus tribuit annos 13. celebratur ad 17. oct. Hoc anno Imperator ex Syria in Arabiam, Imperii compoſiturus res, contendit. Aquiſgranum circa hoc tempus conditum à Granio Sereno Legato in Germania.

---

# JESU CHRISTI *Annus* 132. An. 132.
## HADRIANI *Imp. Annus* 13.

§. 1.) Sixti ſeu Xiſti an. 1. Coſſ. Catullinus & Aper. De Alexandri P. paſſione martyrol. ad 3. Maii: *poſt vincula, carceres, equuleum, ungulas & ignes, punctis creberrimis per tota membra, confoſſus ac peremptus eſt. Eventius verò & Theodulus Presbyteri poſt longos carceres ignibus examinati ad ultimum decollati ſunt.* De Alexandro vid. Hoſpin. ad dictam diem, item Kortholt. p. 115. Ob converſos multos eósque præcipuos Romanos punctis confoſſus, vel ut aliis placet, capite truncatus, vel ſanè utrunque perpeſſus: ac plurimi præterea alii cum eodem. Horum fides penes acta ſit. De eodem ita Fridlieb. *Maximam partem Senatûs Rom. & Hermetem præfectum urbis ad Chriſtianam religionem convertit.* Miracula ejus plurima memorantur, quòd filium Hermetis à mortuis ſuſcitaverit, ejuſdem ancillæ cæcæ viſum reſtituerit, ignem, quo cremari debebat, reſtinxerit. Sedit Alexander an. 7. m. 5. *Alexandri P. paſſio.*

An. 132. juxta Calviſ. ad an. 116. idem tamen ad an. 129. decem illi annos dat, & iterum aliter ad an. 130. Ex ſententia Coſteri ſedit an. 7. m. 5. d. 19. Euſebio l. 4. c. 4. an. 10. Eutychio & Munſt. an. 10. m. 5. d. 20. Spondano an. 10. m. 7. d. 2. Damaſo, Platinæ an. 10. m. 5. Hujus mortem Euſ. l. al. ad tertium Trajani an. collocat: Marianus Scotus ad ejuſdem Imp. an. 19. Sepultus in via Nomentana. Sub martyrio rogatus, quare nihil reſpondeat, regeſſit, quia homo, cùm precatur, cum Deo colloquitur. Fecit ordinationes tres, Presbyteros VI. Diaconos 2. Epiſcopos per diverſa loca 5.

§. 2.) Plurima decreta feciſſe fingitur (*a*) tres item decretales ad omnes Orthodoxos, unde omnipotentiam & monarchiam ejus colligunt, præſertim cùm hic Papa ex dicto Chriſti, *Tu es Petrus* &c. ita concludat: *Summarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negocia Eccleſiarum Apoſtolicæ Sedi à Domino commiſſa.* (*b*) Atque inde Rouſſel. (*c*) ita concludit: *Quamobrem indubitatum maneat, Pontifices Romanos, ut Eccleſiæ Monarchas, ſuo optimo jure conſtitutiones feciſſe, leges ſanxiſſe pro univerſa Eccleſia, eáſque miſiſſe ad longinquas regiones* &c. At firmiori ſanè fundamento opus pro ædificio tanto. Minimè nos tam malè conſutorum centonum rhapſodiæ movent, multò minus terrent. Acta hujus Alexandri nimia antiquitate nonnihil (tu dic valde & penitus) mendoſa eſſe Baronius fatetur. Decretales ſani vix quicquam habent. Ingens in illis ἀνιστορησία. In 1. & 2. Epiſtolis Trajanus & Helianus conſules ponuntur: in tertia Helianus & Vetus: quo vitio non minus aliorum Epiſtolæ laborant. Adde quòd tales Epiſtolæ non jam barbariem, ſed infantiam redolent, ac variis hinc illinc comportatis partibus conferruminantur, quarum hæc prima longam diſputationem de Trinitate tranſcriptam κατὰ πόδας ex Idacio Claro contra Virimadum Arianum habet.

*Ejus Decretales.* §. 3.) Alexandri Decretalis. 1. de iis agit, qui ſacerdotes accuſant vel perſequuntur. 2. de Scriptura vel confeſſione per vim extorta. 3. de querela adverſus Epiſcopum, vel actores Eccleſiæ. 4. ut in oblatione Sacramentorum commemoretur paſſio Chriſti, & ut panis tantùm & vinum aquâ mixtum offeratur. 5. de benedictione ſalis & aquæ, ſive cœterorum elementorum. 6. de Trinitate & unitate Deitatis. Hanc Epiſt. vid. T. 1. Conc. ed. Crabbi p. 316. & T. 1. ed. Pariſ. p. 180. item ap. Carranz. & alibi. Eam meritò rejicit & repudiat Blondel. in Pſeudiſ. præf. p. 63. in tract. 159-172. Cocus 57-59. Nefanda autem S. Scripturæ depravatio occurrit, utpote quando ex Zach. 2. *qui vos tangit* &c. nonniſi ad clericos refertur. Ita ex 1. Cor. 6. fidelium lites ad Eccleſias deferendas & ibidem terminandas; quaſi ſeculares fideles judices excluderentur. Nimirum politicum etiam forum ſibi Eccleſiaſtici adſcribendo πάρεργα tractant. Unde ſanè Epiſtolæ papales, relicto vero animæ pabulo, S.S. Scriptura, quæ utilis eſt ad doctrinam, ad redargutionem,

*a*) *vid. Starav.* (*b*) *vid. de Dom. l. 4. c. 10. §. 13.* (*c*) *l. 1. c. 3. §. 6.*

tionem, ad correctionem, ad diſciplinam, quæ eſt in juſtitia, nonniſi de forenſibus rebus, de Prælatorum & Clericorum dignitate & immunitate, de Romanæ Sedis dictatura & privilegio agunt, támque anxiè & toties eadem inculcant. Canoniſtam ergo h. e. conductitium agit Rouſſelius (*d*) cùm ait: *Proximi Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopi Rom. ſunt, qui meliùs illorum mentem ſciviſſe credendi ſunt, Epiſcoporum & Sacerdotum cauſas ad Eccleſiaſticum forum voluerunt deduci: ídque Alex. I. aſſerit à temporibus Apoſtolorum obſervatum & diffinitum* &c. Aſt ubinam hoc Apoſtoli docent? quæ documenta proſtant? umbræ quæ? quomodo Paparum fides, imò quomodo eis afficta locum habent? Non tamen interim negamus, ſed cuivis Chriſtiano id officii aſſignamus, ut amicè componere diſſidentes juvet, neque verò ulla ratione proprium Eccleſiaſticorum id eſſe volumus. An. 132.

*§. 4.)* Ib. *Scriptura vel confeſſio quoquomodo per metum, aut fraudem, aut per vim Clericis extorta, eis nullo præjudicio, aut nocumento ſit.* 15. q. 6. Si quandoque. Ubi locis Scripturæ ita hoc putidè corroborat, ut non Helceſatis modò, ſed omnibus omnino ad perjuria januam apperiat, vímque apertam Verbo Dei inferat.

Ib. Paſſionem Domini miſcuit in precatione ſacerdotum, quando Miſſæ celebrantur: *à pridie quàm pateretur*, uſque ad illud, *Hoc eſt corpus meum.* (*e*) Id quod Bona (*f*) malè Apoſtolis tribuit, nec melius ex liturgia Jacobi & Clementis idem aſſerere conatur. Confer eundem Bonam (*g*) ex Bar. *§.* 3. ubi etiam argumento ex 1. Cor. 11. deſumpto ad Apoſtolicam originem, non autem ad Alex. hunc referendum vult, quia Dominus mortem ſuam annunciari juſſerit in celebratione cœnæ. At aliud longè annunciare mortem Domini, aliud certas formulas & preculas recitare ex liturgia. Viſe omnino Dallæum de cultu Lat. l. 9. c. 17.

Ib. Vinum aquâ permixtum offerri in Miſſa jubet: quia ſanguis & aqua exivit de latere Chriſt, ut ſignificetur Chriſtum Eccleſiæ junctum eſſe. (vide Plat. in ejus vita. Polyd. l. 5. c. 10. Durand. l. 2. c. 27. *§.* 1. Confer eund. l. 4. c. 30. *§.* 18. 19. Bellar. l. 4. de Euch. c. 10. Concil. Trident. Seſſ. 22. c. 7.) At rectè ait Tertullianus (de carne Chriſti: c. 7.) *Non recipio quod extra Scripturam de tuo infers.* Encratitæ i. continentes, dicti Aquarii & Hydroparaſtatæ, eò quòd vinum abominarentur, & aquam porrigerent in calice Sacramenti: de quibus c. 24. q. 3. can. quidam, & Auguſt. de quibusdam Eccleſ. dogm. c. 75. Hunc errorem inde natum docet Spondan. ad ann. 257. *§.* 5. ne perſecutione urgente ſummo mane, ſeu potiùs nocturno tempore convenientes ſecretò ad S. Synaxin & Euchariſtiam Chriſtiani ex vini odore poſſent detegi. At aliam cauſam Epiphan. hær. 47. promit, quòd ſimpliciter iſti hæretici vinum execrati, quia anſam peccandi porrigat: quibus ſermonem Servatoris opponit:

*vid. an. 257. §. 3. an aqua vino miſcenda.*

*l. 4. c. 2. §. 7.* (*e*) *Damaſus. Polyd. l. 5. c. 11. de Canonis auctorib. VValafridus. Micrologus.* (*f*) *l. 2. c. 13. §. 1.* (*g*) *§. 3.*

An. 132. ponit: Non bibam de fructu vitis hujus, donec bibero ipſum novum vobiſcum in regno cœlorum. (i) Ab Ethnicis verò deſumptum hunc morem aliqui volunt, unde ſacra Athenienſium νηφάλια & ὑδροφορία: Certè mixtionem vini cum aqua in S. Cœna à variis Conciliis, ſine tamen ratione, confirmatam fuiſſe negare non poſſumus, quem errorem hodierni Pontificii ſtrenuè propugnant, unde docent, Sacramentum quidem Euchariſtiæ conſiſtere poſſe ſine aqua, ſed graviſſimo eos involvi peccato, qui aquam vino non miſcent: vide Bonam l. 2. c. 9. §. 3.

*Aqua conſecrata.* §. 5.) Isdem Alexander ibidem inſtituit & mandat, ut aqua benedicta ſale admixta, interpoſitis ſacris orationibus, & in templis, & in cubiculis, ad fugandos Dæmones retineretur. Vide de conſecr. d. 2. c. aquam ſale. T. 1. Concil. edit. Pariſ. p. 179. Hoſpin. de feſtis Chriſt. p. 68. a. num. 3. & de Templ. à p. 324. Pontificale, Baronius & Bona l. 1. c. 20. §. 5 f. Caſal. c. 36. pag. 162. & 163. huic Alexandro inventionem tribuunt. Alii Sixto etiam adſcribunt. Optatus Milevit. l. 6. Donatiſtis imputat & objicit. Circa finem VI. ſeculi fideles Ægypti ſcribentes Anatolio Patr. Conſtantinop. incuſant Timotheum Ælurum Epiſcopum Alexandr. hominem hæreticum, quòd aqua ſale mixta (marina) altaria laverit & conſecrârit id quod ſanè non feciſſent, ſi ab Alex. P. hoc inſtitutum, vel ſi tum in uſu fuiſſet. (k) Ejusmodi aquam tantum poſſe ajunt, quantum aliæ nugæ, utpote crucis ſignum, Agnus Dei, cera benedicta. Solicitus inter cœteros eſt Azorius t. 2. inſt. mor. par. 2. l. 9. cap. 15. quomodo videlicet ſanctificetur ad reconciliandam Eccleſiam, humani ſanguinis & ſeminis effuſione pollutam, item ad repellendos inviſibiles hoſtes h. e. dœmones, ad tollenda delicta venialia &c. (l) Certè non ab Apoſtolis, ſed à Gentilibus hauſtus hic ritus, ut ex Homero, Plutarcho, Livio, Cicerone, Ovidio &c. liquidum fit. (m) Sic aquam ſpargere ſuper mortuorum corpora apud eoſdem olim in uſu: Auſon. epigram. in tumulum hominis felicis. Ipſi quoque Judæi atque Turcæ aquæ luſtrali vim ſuperſtitioſam tribuunt: inde Hemerobaptiſtæ. Ita hoc loco noſter PſeudoAlexander de effectis incantatæ aquæ, quòd poculum ſanctificet ac mundet, ſterilitatem auferat rerum humanarum, inquinatos repurget, cœtera bona multiplicet, inſidias Diaboli avertat, & à phantaſmatis verſutis homines defendat &c. ut hodie Pontificii, ſic olim Ethnici aquam etiam luſtralem in aditu Templorum habebant, quâ ingredientes aſpergebantur, quò Valentiniani ſpectat exemplum, qui fortis Chriſtiani dum inter amicos Juliani verſaretur ſpecimen præbuit in eo, quòd æditua cujuſdam templi, quod ſubierat ſequutus Imperatorem colaphum infringeret publicè, propterea quòd æditus ipſum ceu Chriſtianum aqua ſua luſtrali auſus eſt aſpergere: apud Theod. c. 16. ita

*(i) Conf. Larroq. de Euch. part. 1. c. 2. p. 32. Dana. in Aug. de hær. c. 64. (k) Larroq. l. c. part. 1. c. 5. p. 78. (l) vid. Geier. de ſuperſtit. c. 3. §. 21. Ravv. p. 320. §. 13--16. Arnd. Ant. 790. i. (m) vid. omnino Majeri Tranſennam c. 32. à p. 40.*

ita Judæi lotionibus & aſperſionibus plurimum etiamnum tribuunt. (*n*) De Gentilium ſuperſtit. Gerh. in Paſſ. D. Part. 1. c. 11. ad Matth. 27. v. 24. Mutii Panſæoſculum Philoſ. c. 6. collat. cum lotione manuum Miſſificantis: Molinæ. Anat. Miſſæ l. 5. c. 22. Plura de Aqua luſtrali qui deſiderat, videat Hoſpin. de Templ. l. 2. c. 13. Neque penſi cujuſpiam facimus Baronii (*o*) rationes, quia per ſe frivolæ, alienæ, & dudum ad illas reſponſum eſt à noſtris. Figuras autem & typos futuri Chriſti meriti, oblationis ſeu ſacrificii & ablutionis egregiè Diabolus imitatus ad ſuperſtitionem & ingentem abuſum pertraxit. An. 132.

*§. 6.*) Quòd ritus iſtos, de quibus Alexander in Decretalibus ſuis, non ab ipſo Alexandro inventos, ſed jam uſitatos contra hæreticos confirmatos vult Annaliſta, id pro modeſtia ſua & reverentia erga Rom. Sedem agit, verùm quia contra communem auctorum aſſertionem & vocem affirmat, reſponſo jure non dignamur: id quod de reliquorum etiam Paparum decretis intellectum accipies.

Epiſtola Alexandri P. ſecunda de cauſis & gravaminibus ſacerdotum. vid. 3. q. 1. nulli dubium. & 1. q. 1. ipſi ſacerdotes. & diſt. 94. ſi quis autem. Eandem proſternunt atque proſcribunt Blondel. in Pſeudiſ. præf. p. 63. in tract. 172--175. Cocus p. 59. Obiter autem heic nota, ſtylum Decretalium priorum Paparum eundem planè eſſe & ejuſdem impoſtoris, ut etiam materiam, quæ eò unicè tendit, ut nimium ſacerdotibus tribuat, eos extollat atque immunes reddat, reliquos verò fideles conculcet & ceu pecus brutum faciat. *Ejus II. Decret.*

Ejuſdem epiſt. III. ut vitentur detractiones & injuſtæ pulſationes. vid. 6. q. 1. Summa iniq. & 3. q. nullum dubium. Meritò rejicitur à. Blondel. l. al. præf. p. 63. & in tract. p. 175--177. *III. Decret.*

*§. 7.*) Sequentia inſuper eidem Alexandro decreta tribuuntur. 1. ut Presbyter ab inceſtuoſis Xenium non accipiat, ut eorum ſcelera reticeat. (*p*) At reticere hodie coguntur. *aliæ ejus decreta.*

2. Miſſam unam uno die celebrandam. Quod tamen aliis alii tribuunt. (*q*)

3. Mandavit fieri oblationem ex azymo, non fermentato, ut antea fieri conſueverat. (*r*) Juxta alios tamen Clemens III. & Honorius III. azymos panes & vinum lymphaticum in miſſis haberi mandàrunt, eſt l. 3. Decret. tit. 41. literas. Greg. I. azymis vel fermentatis uti liberum eſſe dicit. Cui ſanè contradicere videtur can. 11. Concil. VI. Generalis, quo nulli fideli- *fermenti panis. vid. an. 34. §. 36.*

S

*n*) *vid. Synag. Buxt. tit. lotio. & ib. c. 26, & c. 12. Druſ. de 3. ſectis Iud. l. 2. c. 14. à p. 96. Ricium in cœl. agricultura l. 3. p. 109. Reuchlin. de Verbo Mirif. l. 1. c. 16.* (*o*) §. 3. (*p*) *T. 1. Concil. ed. Ven. p. 321. & T. 1. edit Pariſ. p. 195.* (*q*) *Polyd. l. 5. c. 12. ex Grat. & Plat.* (*r*) *Plat. Onuphr. Polyd. l. 5. c. 10. Calviſ.*

An.132. fidelium Judæorum azyma comedere licet: quanquam commune cum Judæis epulum intelligi poteſt. De eodem Zepper. (s) *Hoſtias primus introduxiſſe fertur Alex. I. quanquam alii ad Phocæ Imp. tempora circa an. 608. illas rejiciant. Gregorius ſanè M. primus panum numulariorum in Regiſtro ſuo meminit. His hoſtiis Honoratus, vel Honorius circa an.* 1020. *crucifixi imaginem imprimi curavit.* De hoc negocio Dallæ. (t) *Omnis Eccleſia, Græca quidem ad hunc diem, Latina verò ad poſtrema uſque noni ſeculi tempora (quod doctiſſ. Sirmondus contra Bar. & alios propria nuper diſſertatione de azymo validè aſſeruit, plenéque demonſtravit) Euchariſtiam in pane fermentato confeciſſe deprehendatur: Romanos conſtat jam inde ab undecimo ſeculo adulto veterem morem pro ſua libidine mutâſſe, inſtituiſséque ut id ſacramentum in azymo celebraretur.* Jam ergo azymum panem neceſſariò adhibendum ſtatuunt: Durand. Rat. l. 4. c. 41. §. 9. Bellar. l. 4. de Euch. c. 7. Res in diſceptationem venit inter Gr. & Lat. Tandem anno 1437. in Concilio Florent. antiqua libertas revocata fuit, ut quævis Eccleſia ſive azymo, ſive fermento liberè uteretur: Durant. l. 2. c. 38. §. 5. Inde inpr. panis communis uſus probatur, quia ex oblationibus à populo factis parabatur communio, ſicut & eleemoſyna atque agapa: infantibus loco communionis dabatur mel & farina: reliquiæ communionis comburebantur, Clericis, vel pueris puris dabantur. Bona Cardinalium non poſtremus, quia cum Sirmondo fermenti uſum defendit, unde vehementer offenſi Latini, ideo apologiam Præfat. in Liturg. col. 9. parare debuit, quam viſes. Sanè ab azymo pane introducto panis fractionem omitti cœpiſſe rectè docti obſervant. Azymum panem rejiciunt Moſcovitæ ſ. Græci: Herberſt. hiſt. Moſc. p. 36. Idem benedictionem, fractionem & diſtributionem in S. Cœna neceſſaria eſſe docuit: Drelinc. au faus viſage §. 17. ex Caſſandri Liturg. c. 20.

§. 8.) Alexandro I. ſucceſſit poſt dies 25. Sixtus ſ. Xiſtus I. Romanus: Calviſio anno 116. Damaſo anno 117. Carranzæ 129. Baronio 132. aliis numero VI. al. VII. al. IIX. eſt. Hic apud Platinam ex Damaſo & Anaſtaſio Paſtoris filius (quem aliàs etiam Helvidium nonnulli nominant) dicitur, quod nomen Mareſius proprium eſſe judicat; vel ſi appellativè ſumendum tum ſenſu Eccleſiaſtico, non ruſtico accipi debere: quia Sixtus ex Patre Romano, qui cives altiores ſumebant ſpiritus, quàm ut opiliones eſſent.

*Antinous canonizatur.* Eodem anno Hadrianus Antinoum in Nilo extinctum inter Deos retulit, eíque aram, templum, feſta, civitatem dicavit, de quibus multa apud ſcriptores ſacros & profanos.

(s) *Polit. Eccl. l. 1. c. 12. f.* (t) *de Patr. p.* 331.

JESU

An. 133.

## JESU CHRISTI *Annus* 133.
## HADRIANI *Imp. Annus* 14.

Sixti P. an. 2. Coſſ. Pontianus & Rufinus. Juſto Epiſcopo Alexandr. ſuffectus Eumenes, ſeptimus numero, ut chronicon vult Euſebii.

An. 134.

## JESU CHRISTI *Annus* 134.
## HADRIANI *Imp. Annus* 15.

Sixti P. an. 3. Coſſ. Caſſiodoro Pompejanus II. & Commodus: Græcis Augurinus & Severianus. Salvius Julianus perpetuum compoſuit Edictum, (*a*) quo ſtatutum, *debere omnes civitates conſuetudinem & leges Romanæ urbis ſequi.* Quod profectò Edictum quaſi fundamentum & baſis Juris Romani dici queat: quam inſuper rationem in Eccleſiaſticis probè is obſervavit, qui urbem modò poſſidet & inſidet. Joh. Gerh. Voſſius comment. in aliquot Epiſt. (*b*) hunc Dictatorem non Salvium Julianum, ſed C. Julium Servilium Servianum nominat: ad quem Hadrianus Imp. reſcripſit: de quo ad an. 128. §. 2. Juris ſanè ſtudioſus & amans fuiſſe videtur Imperator, inde Calviſius ad an. 122. ex Spart. *Circumiens Provinciis quibusvis proſpiciebat, & de ſecuritate & utilitate, in præſides & procuratores Provinciarum ita curiosè inquirebat, ut crederetur accuſatores immittere; in dijudicandis verò controverſiis adhibuit Juris conſultos Julium Celſum, Salvium Julianum, Neratium Priſcum.* Sic Euſ. in chron. ad an. 125. *Adrianus*, inquit, *Athenienſibus leges petentibus ex Draconis & Solonis, reliquorúmque libris jura compoſuit.* Iterum Calviſ. ad an. 126. *Hadrianus Athenis multum temporis exigit, eásque inſtaurat, ut novæ Athenæ appellarentur.* *Edictum perpetuum.*

*a) Euſ. in chron. ad hunc annum.* (*b*) *p.* 69.

An. 135.

## JESU CHRISTI *Annus* 135.
## HADRIANI *Imp. Annus* 16.

Sixti P. an. 4. Coſſ. Hyberus & Silanus. Bellum Judaicum inſtauratur circa hæc tempora, cui finis tandem impoſitus an. 137. Calviſio an. 135. *confer an.* 130.

An. 136.

## JESU CHRISTI *Annus* 136.
## HADRIANI *Imp. Annus* 17.

Sixti P. an 5. Coſſ. Servianus & Verus. Notant docti Plenilunium Eclipticum ad an. 17. Cæſaris Adr. 6. Maii: quam eclipſin ſecuta ultima clades Judæorum.

---

An. 137.

## JESU CHRISTI *Annus* 137.
## HADRIANI *Imperat. Annus* 18.

*Judæi pelluntur Hieroſolymis.*

§. 1.) Sixti P. an. 6. Coſſ. Pompejanus & Acilianus. Hadrianus extincta gravi rebellione Judaica, Hieroſolymam de ſuo nomine Æliam vocari juſſit, ac portæ, quà Betlehemum egrediebantur, Suem in marmore ſculptum impoſuit, Judæos propria civitate patrióque ſolo penitus interdixit: quin & loca Chriſtianorum ſacra, utpote paſſionis, reſurrectionis, nativitatis Chriſti, idolis illuc poſitis fœdâſſe perhibetur: videſis Dallæum de adorat. l. 5. c. 2. p. 715. ex Euſ. Hieron. Paulin. A quibus diverſa jam ſuperius ad an. 130. dicta ſunt, quæ fortè ita conciliari poſſunt, ut tempora diverſa etiam Imperatoris conſilium mutârint, ejúsque propoſitum in Chriſtianos mitigarint, ac meliora de illis edoctus humanior erga ipſos redditus, unde poſtea etiam plures adhuc ſubſequentes Epiſcopos ſeu Præſides Eccleſia illa habuit, ut mox anno inſequenti videbis. Quidquid ſit, certum delituiſſe lignum crucis Chriſti uſque ad tempora Conſtantini M. adeoque neque cultam fuiſſe à Chriſtianis. Judæos gentilibus valde exoſos fuiſſe, ait Zimmerm. §. 109. quamvis cauſam illius odii ignorantibus, ut vix de ulla alia gente memoriæ proditum ſit, quæ tantum omnium mortalium odium ſuſtinuerit. Atque religionis diverſitati, Judæorum pertinaciæ, & odio, rebellionum frequentiæ & vehementiæ facilè equidem hoc adſcripſerim. Porrò in hoc bello 600000. Judæorum cecidiſſe Rupertus (a) docet: Æliam item cum Templo poſt bellum conditam fuiſſe falsò Baronium ſcribere aſſeverat. De porco in marmore ſculpto & portæ impoſito & ſignis militaribus adhibito idem p. 311.

*Aquila interpres.*

§. 2.) Aquila ſ. Aquilas Ponticus, quem Judæi affinem Adriani Imp. fuiſſe dicunt, qui ab eodem Æliæ urbi extruendæ præfectus, à Chriſtianis ibi degentibus converſus perhibetur, poſtea verò deſerto Chriſtianiſmo, vel potiùs ob nimium Aſtrologiæ ſtudium excommunicatus ab Eccleſia Chri-

ſtiana

a) *hiſt. Univ. p. 309.*

ſtiana abiit ad Judæos, & ſtudium omne linguæ Hebrææ impendens novam versionem adornavit geminam, quarum alteram fideliorem Hieronymus vocat. Ea enim potiſſimùm loca corrupit, quæ de Chriſto Servatore à Moſe & Prophetis dicuntur, tantùm ut ægrè faceret Chriſtianis. Alii hanc Verſionem ad an. 90. alii ad 130. collocant. Itaque Gentilis, Chriſtianus, Judæus fuit, unde mixtam religionem amplexus eſſe nonnemini videtur. De hoc judicium ſuum ad Pammachium perſcribit Hieronymus libro de optimo genere interpretandi Scripturas: Aquila Proſelytus & contentioſus interpres, non tantùm verba, ſed etiam verborum etymologias transferre conatus eſt, jure rejicitur à nobis. vid. Lambec. B. T. 3. p. 217. Malè autem Aquilas cum Onkelo confunditur. Nec credibile eundem fuiſſe Aquilam qui cum uxore Priſcilla Româ ſub Claudio pulſus, ut Platina putat in Sixto I. Secunda dicitur Verſio, quia ꝟ LXX. præceſſit. Tertia fuit Theodotionis Marcionitæ, tandem Judæi: vid. an. 184. Quarta Symmachi Samaritæ vel Ebionitæ vid. an. 203. atque hæ tres Verſiones poſt LXX. magis communes & vulgatæ fuerunt. An. 137.

## JESU CHRISTI *Annus* 138. An. 138.

## HADRIANI *Imp. Annus* 19.

Sixti P. an. 7. Coſſ. Comodus Verus & Pompejanus. Judæis penitus omni excluſo aditu Hieroſolymas veniendi, primus ex Gentilibus Epiſcopus ibi ordinatus eſt Marcus: cujus memoria d. 22. Junii celebratur. (*a*) Deinceps quot quiſque ex Præputio ſederit annos Euſebius ſe latere fatetur: illorum autem talis contexitur ordo, Caſſianus, Publius, Maximus, Julianus, Gajanus, Symmachus, Cajus & Capito, qui deſiit ſub Commodo Imp. Ultimum hunc Capitonem ceſſaſſe anno 166. dicit Baronius. Nicephorus verò in chronicis horum cuilibet ſuos annos adſcribit diſtinctos, ſed qua fide alii viderint. Quin etiam inter Julianum II. & Capitonem interſerit Eliam, Euſebio & Baronio tacitum. (*b*) Inde ergo liquet permiſſum fuiſſe Chriſtianis habere Hieroſolymis, non item Judæis: ac legalium obſervationem tamdiu obtinuiſſe in Eccleſia Hieroſ. ſaltem quod ad eos, qui præficiebantur regimini Eccleſiæ, & inſuper graviter errare eos, qui ſomniant VII. Diaconos Lucæ commoratos Græcos non Hebræos fuiſſe. *Epiſcopi Hieroſ.*

*a*) *Euſ. in chron. & hiſt. l. 4. c. 6.* (*b*) *confer Regenvolſ. hiſt. Slav. l. 3. c. 1. à p. 268.*

An. 139.

# JESU CHRISTI *Annus* 139.
# HADRIANI *Imperatoris Annus* 20.

*Miracula.* Sixti P. an. 8. Coſſ. Ælius Verus & Vibullius Pius.

Refert Bar. §. 4. Gentiles, poſtquam virtute miraculorum religionem Chriſtianam vidiſſent vehementer auctam, addictos etiam fuiſſe falſorum Deorum ſuorum miraculis, quæ tamen nonniſi impoſturæ & præſtigiæ fuerint, uti quando duo cæcitatem fingentes, tacto Hadriani corpore, viſum receperint: prout Spartianus narrat. Talia quoque miracula de Æſculapio, qui templum Romæ habebat, venditabant. Colubri autem formam habuiſſe Æſculapium volunt. Ita Dio ſcribit de cultu cujuſd. ſerpentis, quem poſuerat Hadrianus Imp. in templo Jovis Olympii, quod Athenis ſumptuoſiſſimè erexerat, illúmque ex India deportatum ibidem pro Numine habitum. Confer Bar. an. 145. §. 15. & Caſal. c. 67. ſeq. Neque quiſquam dubitabit, quin Diabolus arte hac ſtrenuè cultoribus ſuis impoſuerit. Quî ergo hodie ejuſmodi innitamur, & non potiùs manifeſto & certo Dei Verbo?

---

An. 140.

# JESU CHRISTI *Annus* 140.
# ANTONINI PII *Annus* 1.

*Hadr. Imp. moritur ſuccedit Antoninus Pius.* Sixti P. an. 9. Coſſ. Camerinus & Magnus. Hadriano diris cruciatibus anno æt. 62. m. 5. d. 6. extincto, Antoninus Pius ex adoptione anno æt. 53. ſucceſſit, ſub quo pacem fuiſſe Eccleſiis ſcribit Sulpitius Sev. (a) Dignum profectò quod de hoc Hadriano Imp. Lampridius in vita Alex. Imp. refert: *vid. an. 130. §. 5.* *Alexander Chriſto templum facere voluit, eúmque inter Deos recipere, quod & Adrianus cogitâſſe fertur, qui templa in omnibus civitatibus ſine ſimulachris juſſerat fieri: quæ hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Adriani.* *ad an. 224. §. 2.* His ut fucum faciat Baronius de Hadriano nihil ſuperaddit, at de Alexandro 1. eum à matre à religione Chriſtiana non abhorrente educatum. 2. hunc Alexandrum Chriſto qualemcunque cultum exhibuiſſe, dum Chriſti imaginem, Abrahami item Patriarchæ in larario ſuo coluit. At non quæritur, quis fuerit Alexander, verùm quid conceſſerit Chriſtianis, & qualia tum templa haberi ſolita. Gentilem autem, non verò Chriſtianum fuiſſe hinc abundè

a) *vid. Kortholt. p. 127.*

abundè conſtat, quòd præter Chriſti atque Abrahami, Apollonii quoque An. 140.
Tyanæi, Orphæi, atque aliorum imagines & habuit, & coluit. De Hadriani Templis Epiphan. hæreſi Ebion. & Arian. loquitur, Alexandriæ Templum fuiſſe pridem Hadriani dictum. (b) Ipſe hic Hadrianus Locupletator orbis terrarum vocatus, item Hercules Romanus, Hercules Servator vel Averruncus: quoniam omnes Imperii Rom. provincias peragravit, providítque ne vel ab irruptionibus barbarorum, vel ab avaritia præſidum detrimenti quid caperent. Græculus etiam appellatus ab Imperitis, ob literarum, inpr. Græcarum ſtudia. (c) Æneas Sylvius in Germ. c. 81. p. 74. coll. cum c. 85. ait Hadrianum immolationes humanas apud Germ. primum ſuſtuliſſe. Quomodo verò Papæ, inpr. per Bonifacium Germanorum Apoſtolum, Germanos demum converterunt, cùm Germani viros quoque Apoſtolicos, & maturè Eccleſias habuerint?

In Hadriani perſecutione ad hunc annum inter alios paſſi juxta Baronium: Terentius Tuderti in Umbria, d. 1. Sept. item Eleutherius Epiſcopus Illyrici, Meſſanæ, cum Anthia matre: d. 18. Apr. de quibus alios conſule.

Ravennæ Calocerus hoc tempus. d. 1. Febr. De hoc Italia Sacra T. 2. p. 328. cui quintus eſt numero. Primus autem Apollinaris (d) II. Aderitius. III. Eleocadius. IV. Marrianus. Colocerus Græcus dicitur, anno æt. centeſimo deletus, Chriſti 132. Succeſſit illi S. Proclus Syrus anno eodem de quo vid. 1. Dec. Hunc excepit S. Probus qui anno 142. occubuit id. Nov. Secutus S. Datus anno 175. evolavit anno 185. 5. non. Junii. *vid. an. 75. §. 1.*

*b) Hoſpin. de Templ. 155. (c) Rupert. hiſt. Univ. p. 308. (d) vid. an. 44. & 46. & 75.*

## JESU CHRISTI *Annus* 141. An. 141.
## ANTONINI PII *Imp. Annus* 2.

Sixti P. an. 10. Coſſ. Antoninus Aug. II. & Bruttius Præſens.

Leontium ſecundum Vicentinum Epiſc. deletum d. 16. Nov. vult Ughellus Ital. S. T. 5. p. 1009. Tertium Zachariam vixiſſe ait anno 167. poſt quem multi deſiderantur Epiſcopi. Imò nullos habuiſſe tales Epiſcopos, quales ille vult, tu dixeris.

JESU

An. 142.

# JESU CHRISTI *Annus* 142.
# ANTONINI PII *Imp. Annus* 3.

*Sixti P. mors.*

§. 1.)Coſſ. Antoninus Aug. III. & M. Aurelius Cæſar. Sixtus P. occiditur. Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum tenuit annis X. ait Euſ. in chron. ad an. 121. Starav. cum Carranza habet an. 10. m. 3. & quidem ſub Hadriano, quod Bar. §. 3. non placet. Platina cum Damaſo an. 10. m. 3. d. 21. Coſterus an. 9. m. 10. d. 9. Calviſius ad an. 126. ponit an. 9. m. totidem. Errat Carranza quando ait Euſ. hiſt. l. 4. c. 5. f. tribuere Xiſto 12. annos, cùm dicat, duodecimo anno Imperii Adriani, ubi Xiſtus X. annorum ſpacium, in Romani Pontificatûs adminiſtratione confecerat, ſeptimus ab Apoſtolis ſucceſſit Teleſphorus. Fecit ordinationes tres per menſem Dec. Presbyteros 11. Diaconos 3. Epiſcopos per diverſa loca 4. Sepultus juxta B. Petrum in Vaticano. Licet autem nullum ab Antonino contra Chriſtianos promulgatum edictum reperiatur, calumniis tamen adverſariorum, vel invidiâ Magiſtratuum, ob longè latéque propagatam religionem Chriſtianam, Sixti & aliorum cædes ſine dubio accidit. Quin etiam occaſionem furori dare potuit edictum Imperatorium de prohibita ſub pœna mortis Sibyllinorum carminum, & aliorum Gentilium vatum, ac Prophetarum lectione. De Sibyllis quoniam fusè alii actum heîc agere non lubet. Ea in Biblioth. Patr. edit. Baſil. præf. p. 10. & in oper. p. 116. ad 168. habebis. Eadem in 8. libros digeſta Gr. & Lat. adjectis earundem Sibyllarum oraculis ex Lactantio & aliis Tomo XIV. Biblioth. Patr. edit. Pariſ. à p. 1. De harum Sibyllarum origine & earum carminibus Onuphrius Panvinus. Confer Dallæum in Pſeudepigr. à p. 177. & de uſu Patrum p. 18. Id opus ſub Hadriano circa an. 130. vel 138. effictum atque editum fuiſſe Dallæus l. all. p. 55. in pr. de adorat. l. 3. c. 22. p. 475. ex ſingulari tract. Gall. de Sibyllis docet. Unde ex illis verſibus plurium Patrum error natus, ſanctorum piorum animas extra cœlum uſque ad carnis reſurrectionem degere. Qui certè error cultum Sanctorum tollit. De iiſdem libris Sixt. Sen. l. 2. Caſaub. in appar. Bar. num. 18. & 20. & exerc. 16. c. 154. item Jac. Capell. contra Roſvveid. p. 58. Blondellus libro ſingulari Zimmerm. §. 120. Arnd, Ant. l. de Patr. §, 120. Burman. ſyſt. l. 7. c. 1. §. 65. Alii ſexcenti. Ficta eſſe non ſine ratione volunt univerſa, alii multa ſub Sibyllarum nomine falſo eſſe inſerta.

*Sibyllini libri.*

*Prior Sixti Decretalis.*

§. 2.) Duæ autem Sixti P. nomine Dacretales extant, ad omnes Chriſti fideles. Eas vid. T. 1. Concil. edit. Venet. p. 322. & T. 1. ed. Pariſ. à p. 196. Prior agit de SS. Trinitate: ut omnes fideles Valentinianorum hæreſin vitando rectè de SS. Trinitate crederent, ut ait Staravolſcius. Cùm

tamen

tamen Baronius illam hæreſin demum ad an. 145. collocet, & ipſe Staravol- An.142.
ſcius non diffiteatur, illam demum poſtea valde invaluiſſe ſub Teleſphoro. Eam authoritate ſua argumentis denudant Blondel. in Pſeudo-Iſ. præf. p 64. & in tract. 177--181. Cocus p. 60. Baronius, Spond. & Rufus (a) hujus Epiſtolæ præfationem extollunt, quæ ſic ſe habet: *Sixtus Univerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus omnibus Epiſcopis in Domino ſalutem.* Reſp. Univerſalis Eccleſiæ Epiſcopi omnes ſunt, ſicut & Catholicæ atque Orthodoxæ. Aliud ergo longè Univerſalis Eccleſiæ, aliud Univerſæ Eccleſiæ, & omnium Epiſcoporum Epiſcopus, qualem Gregorius M. Antichriſtianum & Diabolicum eſſe dicit. Quicquid verò Baronius (b) impingere Gregorio conetur, tamen videmus ementitis ſubſidiis atque fulcris niti Papiſtas, eóque unicè Decretalium fabrum tendere, ut Sedem extollat Romanam. In politico foro ſimilis falſo teſti is habetur, qui prudens falſo teſtimonio utitur, cauſáque cadit. Ecquidni in Eccleſiaſtico? Igitur nos neque ſuppoſita, neque teſtimonia domeſtica ſuſcipimus; vel œcumenicum, vel ſummum quis ſe vocet; quid ratio velit & permittat, quid dicant ſaniores diſpiciendum; neque Tertullianus, quem allegant, quicquam contra nos facit, cùm Epiſcopum Rom. vocat Pontificem Max. & Epiſcopum Epiſcoporum, quoniam & de pluribus aliis dictum iſthoc reperitur, ut ſuis videbimus locis, neque enim id infert, quod putant. Ecquî fit, quòd iſdem Pſeudo-Sixtus in hac Epiſtola nonniſi Romanæ Eccleſiæ Archiepiſcopum ſeſe nominat? Novæ rei indicium, quòd Annaliſta noſter antiquius Tertulliani teſtimonio allegare non poteſt. Imò Imperatores Romani, etiam Chriſtiani: Conſtantinus M. Euſ. l. 8. c. 29. Gratianus, Valens, alii hoc titulo uſi, de quo adi Selden. de Synedr. lib. 1. cap. 10. ubi docet rejectum hunc titulum poſtea à Cæſ. ob ſuperſtitionem Ethnicam. At ſi Cæſares rejecerunt tali de cauſa, quomodo veriſimile fuerit aſſumptum à piis tunc Romæ Epiſcopis. Imò ſi aſſumptum fuerit, malè id factum omnino fatendum. (b)

*Univerſalis Eccleſiæ Epiſc.*

§. 3.) Altera Epiſtola agit. 1. De ſacris vaſis. 2. De appellanda Sede Apoſtolica. 3. De Epiſcopis rebus ſpoliatis, vel à Sede pulſis. Larvam illi detrahit Blondell. præf. pag 64. in tract. 181. ſeqq. Cocus pag. 60.

*Poſterior ejus Decr.*

Ibi: *S. vaſa non ab aliis, quàm à ſacratis Dominóque dicatis contrectentur hominibus*; imò ne quidem ab omnibus; in genere autem nulla mulier, licet ſacrata eadem attingat. vid. de conſecr. d. 1. in S. Apoſt. & d. 23. cap. 25. Sacratas. cap. 26. non oportet. c. 30. non oportet. Huic quidem Sixto Platina hoc decretum tribuit, id tamen reperiiſſe Bonifacium I. an. 419. idem agnoſcit. Durand. Rat. lib. 4 cap. 29. §. 6. ſtatuit autorem Soterem. Idem in decretis Steph. 1. cujus initium: quanquam ſperem. Judaica! vid. Hoſpin. de Templ. 105. & 323. quaſi verò in his perſecutionum imbribus vel fieri

*S. Vaſa à quibus contrectanda.*

t hoc,

a) *Contra Car. Molin. pag. 274. & 324* (b) §. 4. (c) *vid. Lipſtorp. de Monar. Pap. p. 41.*

An. 142. hoc, vel ſomniari potuerit. Quàm parùm Eccleſia tum de vaſorum ſacrorum tractatione ſolicita fuerit, inde patet, quod B. Hieronymus ad Riparium de Toloſano Epiſcopo refert, quòd ei pro pane Euchariſtico recondendo caniſtrum vimineum ſuffecerit, & vitrum pro calice. vid. T. I. Conc, pag. 197. edit. Pariſ. Volaterranus aliique hunc Sixtum erigendas aras primum inſtituiſſe volunt: quo quidem Apoſtolicum uſum ſeu divinæ eſſe originis negant: Hoſpin. de Templ. pag. 98. Seriùs tamen inventas Origenes cœterique docent: neque ſine cauſa pagani altarium defectum exprobrârunt Chriſtianis, neque hoc negârunt illi. vide Zimmerm. à §. 42.

Ib. *Si quis pulſatus fuerit in aliqua adverſitate, licenter hanc S. & Apoſt. appellet Sedem, & ad eam quaſi ad Caput, ſuffugium habeat &c. Si autem ei neceſſe fuerit, eamque appellare minimè auſus fuerit, & vocatus tamen ab hac S. Sede fuerit, non renuat venire, ſed confeſtim, ut ei renunciatum fuerit, venire feſtinet &c.* Rouſſel. l. 4. c. 6. §. 3. f. vid. 2. q. 6. ſi quis. & 8. q. 5. quilibet fratrum. At aliter longè Concilia, apud quæ appellationes & evocationes extraneæ erant prohibitæ. Nec ullum jus legitimum Papa R. monſtrare poteſt in eos, qui ſunt extra diœceſin ejus.

*Formata.* §. 4.) *Ad Eccleſiam ſuam non priùs revertatur, quàm literis Apoſtolicis vel Formatis pleniter inſtructus atque purgatus ſit: ut poſtquam domum reverſus fuerit, cognoſcant vicini ſui &c. ut prædicare poſſit omnibus, ab hac enim S. Sede, à Sanctis Apoſtolis, tueri* (en Grammaticum Sixtum!) *defendi & liberari Epiſcopi juſſi ſunt &c.* Id ſic Staravolſcius ex Pontificali reddit: *Epiſcopi à Præſule Rom. vocati ne recipiantur à ſuis, niſi literas ſecum ferant ſalutationis à Sede Apoſtolica.* Nimirum etiam hoc vinculo omnes Sedi R. obligare volunt. Formatæ ad unitatem probandam inventæ, ne fraus irreperet: ita dictæ, quòd certis literis conceptiſque verbis conſcriptæ. Illæ verò neutiquam unius Sedis Rom. fuere propriæ, unde Concil. Elib. cap. 58.

*vid. an. 325. §. 89.* *Placuit ubique, & maximè in eo loco, in quo prima Cathedra conſtitutus eſt Epiſcopus, ut interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia rectè habeant, & ſuo teſtimonio comprobent.* Id ſanè partim communio Sanctorum poſtulare viſa, partim vagabundorum atque ſchiſmaticorum & etiam hæreticorum fraus atque deceptio. Neque ergo nobis adverſatur, quod habet Optatus: (c) *Damaſus, qui noſter eſt ſocius NB. cum quo nobis totus orbis commercio Formatarum, & una communionis ſocietate concordat.* Nec quod extat apud Aug. Ep. 163. In Niceno autem Concilio conſtitutum fertur, ne quicunque Clericorum in transferendo ſe, qualescunque literas confingeret, quaſi à proprio Epiſcopo commeandi licentiam accepiſſet. Quòd ſi ita, tum apertè hæc Sixti epiſtola falſa erit, ut revera eſt. Itaque formam certam in Niceno Conc. adinventam Baronio placet. Antiquiorem uſum illarum fuiſſe quàm à temporibus Nic. Concilii aliqui volunt. Quidquid ſit, mali, aut periculi nihil contra nos in ſe *Formatæ* continent. *Miſſaticum* apud Bu-

(c) *l. 2. adv. Parmen.*

ſæum

ſæum in Capitul. Caroli M. pag. 279. i. q. Formatæ, quibus datur alicui te-ſtimonium de profectione & mandato. An. 142.

*§. 5.*) *Formatæ* conjunctionis & ſocietatis ſymbolum erant: neque primitus ab Epiſcopo Rom. ſolo vel inventæ, vel adhibitæ fuerant. Dictæ etiam *Communicatoriæ*, unde Aug. ep. 162. communicatorias ſe ſcripſiſſe Donatiſtis negat: erant illæ vice *oſculi pacis*, quod exhibebatur præſentibus: hinc *Irenicæ* etiam, & *pacificæ* dictæ, quæ legi proinde aliquando in publicis conventibus ſolebant. (*d*) Hinc quoque factum, ut *Canonicæ* adpellatæ, *Eccleſiaſticæ*, Martinio (*e*) ex Niceph. Calliſti l. 6. c. 30. ἐγκύκλιοι συλλαβαί. Evagrio Sozom. ἐγκύκλια γράμματα, & θεῖαι συλλαβαί. Synodo Epheſ. συλλαβαὶ εὐσεβεῖς. Hinc Græcis quoque τύπος, & τυπῶν ἐπιστολήν. Vid. Cujac in expoſit. Novell. 6. & Carol. Labb. in ſynopſ. Baſil. ubi inter alia multa: Dictæ *Formatæ* ſive Formales, quia habent talem formam, qualem publica inſtrumenta & edicta habere ſolent. Et Wovver. (*f*) Formatæ Epiſtolæ, quòd certis literis, conceptíſque verbis ſcriptæ. Ita τετυπωμέναι ἐπιστολαί. Εἰρηνικαὶ, pacificæ: συστατικαὶ, *ſyſtaticæ*, *commendatitiæ*: Concil. Chalced. cap. 11. & 13. (Begleitsbrieff;) ἀπολυτικαὶ, *dimiſſoriæ teſtimoniales*, iter facientibus datæ: vid. Can. Apoſt. 12. & 33. Formatæ Tertulliano *Communio pacis* & *conteſſeratio hoſpitalitatis*, dictæ *Communicatoriæ*, γράμματα κοινωνικά, quando fidei ſuæ profeſſionem edebant, ut pro fratribus & membris Catholicæ Eccleſiæ haberentur: vid. Concil. Elib. cap. 11. 13. & Niceph. l. 13. cap. 12. Tanta nimirum veteribus pro conſervanda Eccleſiarum communione cura fuit atque religio. Recens quoque ordinato Epiſcopo ab Collegis dari tradit Theod. Balſamon in Nomoc. Photii. Uſitatum quoque ut Patriarcha novè electus cœteris ſcriberet Patriarchis ac confeſſionem & conſenſum mitteret, ſicque communionem cum iiſdem poſtularet, quod illi reſponſis ſuis gratulabundi acceptabant, quo loco inaniter hodie Latini triumphant, quando Rom. Patriarcham ita ad alios, ad ipſum etiam Imperatorem, ſcripſiſſe inveniunt, atque illum his, ad quos ſcripſit, fidei formulam præſcripſiſſe jactitant; ita viciſſim ad Romanum quando ab aliis ſic ſcriptum occurrit, exponunt, quaſi illi ad id obſtricti ceu ſubditi feciſſent, ut confeſſionem ſuam ederent, cujus ope ad communionem Catholicam i. e. Romanam admitterentur. At commune hoc erat, neque Sedi Romanæ proprium, unde Catholicæ fidei notam aliæ quoque habebant Eccleſiæ, cum quibns ſi quis communicabat, is inter Catholicos numerabatur. Sæpe Imperatores quoque tum ad Rom. tum ad alias Sedes confeſſionem ſuam edebant, & viciſſim illæ ad hunc, nec immeritò, quia cuivis homini, inpr. verò Summo Magiſtratui fidei reddere rationem tenemur.

*Epiſtolæ Eccl. variæ.*

Porrò non modò claris & divitibus, ſed pauperibus quoque peregrinantibus ſyſtaticæ ab Epiſcopis concedebantur, ut docet Baronius, ad fidem

t 2

(*d*) Bona l. 2. c. 6. §. 2. (*e*) in Lex. p. 918. (*f*) ad Sidon. l. 7. ep. 2.

An.142. dem eorum Catholicam teſtandam. Commendatitiæ autem illis dabantur,
qui eſſent in Eccleſia opere clariores, vel etiam Clericis: iis enim inſtructi
quocunque pergerent, apud Chriſtianos illæ erant pro viatico: conf. 2. Cor.
3.1. Gr. dictæ δοκιμασίας ἐπιστόλια, εἰρηνικὰ ἐκκλησιαστικά: pacificæ, quæ pau-
peribus etiam & opis indigentibus datæ. De uſu priſtino ac profano Tur-
neb. l.5. cap.10. Formalem epiſtolam vocat Tranquillus cap. 13. in Dom.
formatam Epiſtolam, quâ aliquid Imperator edicebat & publicè imperabat,
aut publicè ad aliquos ſcribebat, ut ejus ſtylo & formâ, & exemplari ſimi-
les ſcriberentur. Plura apud Juſtell. in Cod. Can. pag. 93. & 147. & 154. &
342. & 358. & 425. Ex Formatis itaque nullum pro Monarchia ſua argu-
mentum adverſarii deducunt, merúmque figmentum eſt quando poſt no-
*vid. an.* men Patris, Filii & Spiritus S. etiam Petri nomen dicunt addi ſolitum, de
325. §.91. quo Juſtell. 442. Chamier T.2. l.11. c.18. à §.63. Papiſticè de his Collector
Concil. T.1. p.197. edit. Pariſ.

§.6.) *Teſſera* ſeu *Conteſſeratio* aliquibus i. q. *Formatæ*, alii tamen di-
ſtinguunt, & exponunt Teſſeram vel Conteſſerationem Signum quod ab
Epiſcopo Eccleſiæ, in qua vivebat peregrinaturus depoſcebat, ut inter igno-
tos hoſpitio recipi poſſet, vel aliàs ſubſidium & fidem mereretur: majoris au-
tem certitudinis gratia, ne tale ſignum vel teſſera adulteraretur, adde-
bant Epiſcopi literas ſeu Formatas, certis ſignis ſcriptas. Ego tamen vehe-
menter dubito num diverſa fuerint Teſſeræ & Formatæ: Teſſeram puto
fuiſſe ſignum illud, quod Formatis ſubſcribebatur, utp. *π. υ. α. π.* i. e. S. S.
Trinitatis nomen: cui inſuper autor Epiſtolæ nomen ſuum primâ literâ ad-
ſcribebat, tum ſecundam nominis literam ejus, cui mittebatur: ſub id ter-
tiam ejus nominis literam, qui ferebat epiſtolam: quartam literam loci, in
quo ſcripſerat: poſtremò anni numerum indictionis apponebat, cum voce
ἀμήν. Clerico ad Comitatum ſeu aulam Imperatoris ituro etiam dabatur:
Concil. Milev. cap.20. Hac occaſione Annaliſta noſter & ex eo Spondanus
ad alia Epiſtolarum genera, formas & rationes tranſeunt. *Diplomata*, quæ
miſſis dabantur, vel evocatis à principe, curſu publico utentibus, adſcriptis
etiam ſtativis ſeu diverſoriis & manſionibus, quibus alerentur ſumptibus
publicis. A duplicata compoſitione dicta, ſeu quòd in duas plicas contra-
cta eſſent. In Jure *Tractoriæ* vocatæ, quales Imperatores Chriſtiani ad Con-
cilia vocatis concedere ſolebant. Tractoriæ alibi quoque *Tractatoriæ*, qui-
bus etiam præſides ſuos vocabant, vel evectionem aliquam concedebant.
Tractorias inſuper Metropolitanus mittebat ad Epiſcopos ſuos in Synodum
convocandos, in quibus non ætatis, aut dignitatis, ſed ordinationis præce-
dentia obſervabatur, ſicut & in Conciliorum ſubſcriptione. Tractatoriæ
Auguſt. Conc. 2. in Pſal. 36. dicuntur etiam, quibus Epiſcopi ſe invicem
certiores reddebant de ſingulis quæ contigerant ſcitu neceſſaria in rebus
doctrinæ. *Divales*, ab Imp. miſſæ, aliàs etiam *juſſum, mandatum &c.*

*Synodicæ,*

*Synodicæ*, Συνοδικαὶ, *Synodales*, à Synodis miſſæ ſignificabant decreta; ad unum autem, vel ad plures dabantur: ſin ad omnes ſcriptæ fideles Encyclicæ ſeu Circulares vocatæ item & Catholicæ. Quales Jacobi, Petri, Joh. item Dionyſii Corinth. Epiſcopi: Euſeb. lib. 4. cap. 21. ἔκθεσιν πίστεως in Concilia editam cum aliis communicabat Synodus. Dicuntur & ἐνθρονιστικαὶ, eò quòd ab Epiſcopis nuper inthronizatis eſſent profectæ, quibus profiteri ſe ſignificabant fidem in Synodis Chriſtianæ Eccleſiæ firmatam & ſancitam. An. 142.

*Privatæ* ſunt, quæ à Catholicis Epiſcopis ad hæreticos, ſchiſmaticos, vel paganos datæ. Sic vocatæ, quòd communi nomine non fuerant ſcriptæ; vel ad eos, qui communione Eccleſiæ privati fuerant, ſeu quòd privatam religionem & cultum habebant; vel quod in eis nulla liceret pacis, ſalutis & benedictionis ſymbola apponere, prout aliàs in communicatoriis fieri ſolebat.

*Dimiſſoriæ* tranſeuntibus datæ Clericis, ordinationem in alterius diœceſ. petentibus, quibus docebat Epiſcopus, tu dic Eccleſia, bona cum gratia diſceſſiſſe. Alii ita: Dimiſſoriæ ſunt, quibus Clericus voluntate ſui antiſtitis profectus, vel dimiſſus demonſtratur, ſine quibus Clerico extra diœceſin peregrinari, nec inter alterius Eccleſiæ clericos cooptari, imò nec Epiſcopis ad comitatum proficiſci licebat.

*Paſtorales*, pro inſtructione datæ, à quibuscunque Epiſcopis.

*Confeſſoriæ* ab iis ſcriptæ, qui pro Chriſti nomine detinebantur in carcere pro commendatione lapſorum: de quibus Cypr. item Concil. Elib. cap. 25. & Arel. l. c. 9.

*Literæ captivorum*, pro redemtione illorum datæ: Conc. Lugd II. c. 2.

*Feſtivæ*, quibus utebantur, cùm inciderent dies feſti. Hos enim adeò ſanctè obſervabant, ut neque ii, qui in exilio vivebant, eos prætermitterent. Solebant igitur bene precando tunc ſe invicem ſalutare, non præſentes tantùm, ſed & abſentes per literas. Hujus generis plures ſunt apud Theodoretum.

7. §.) *Decretales* Romanorum Pontificum Epiſtolæ, quibus vel reſpondebant conſulti, vel cùm quid ſervandum, vitandumve eſſet, decernerent. Ita nimirum Romanenſes, nos verò non ſimiliter; unde fit, ut priorum Epiſcoporum Rom. ſuppoſitæ ſint per ingentem & intolerabilem fraudem, quò ſic via ſub tali prætextu præparetur ad ſequentium Epiſcoporum invaſionem & Monarchiam, prout ubique in hoc opere demonſtratum imus. Confer omnino initium Bullarii Cherubini.

*Literæ Apoſtolicæ* olim, quæ ab Orthodoxis Epiſcopis, aut etiam ſedibus illuſtribus ſcriptæ. Hodie, quæ à Papa Rom. datæ, quarum diverſa genera, utpote Brevis ſeu Breve, quæ vox (a) illam chartam denotabat, in qua ſcripta erant bona Eccl. alio nomine dictum Commemoratorium, hod. Inventarium (b) Regias juſſiones (c) Matriculam ſeu Catalogum, in quo no-

An.142. mina ſcriberentur. At nos Papalem hunc terminum ad Decretales relegamus, Eccleſiisque libertatem aſſertam volumus.

Quæ literæ Sede vacante à Clero ſcribi ſolebant, *Clericæ* dictæ: harum fit mentio apud Cypr. Ep.4.ed. Pamel. Ideò verò iſthæc genera partim ex Bar. partim aliunde enotare volui, ut deinceps, quoties recurrerint, juvarent lectorem. De ſingulis hiſce Epiſtolarum generibus tract. ſcripſit Franc. Bernardinus Ferrarius Mediolanenſis 1613. item Rod. Gravienſis Colon. 1582. Adhuc ergo ſemel obſervare heîc non pigeat Communicatorias non ad Epiſcopum ſolùm Rom. ſed & ad alios vel Patriarchas, vel Epiſcopos, & quidem etiam ab Epiſcopo Rom. inpr. poſt electionem, miſſas: de Dom. l.7. cap.10. §.16. Idem etiam ab Imp. factum: §.20. Itaque teſtes erant fidei, & mutuæ quidem, ſignificatoriæ & pacificæ; quam tamen rationes poſtmodum ſequentes Papæ in tyrannidem verterunt: §.22. adeóque non ratione ſubjectionis ad Romanam Sedem, una eſt Catholica Eccleſia, ſed ratione. 1. Unius inviſibilis capitis. 2. Spiritûs. 3. Doctrinæ ſeu conſenſus. 4. Charitatis ſeu communionis, aliàs quomodo una eſſet. 1. Romana Sede vacante, & Clero vicem agente. 2. In ſchiſmate: hinc ſchiſma inter Græcos & Latinos non à ſubjectionis negatione, ſed à doctrinæ diſcrepantia ortum. Plura Juſtell. p.1414. b. Mornæ. myſt.79. alii.

§.8.) Verùm ad Decretalem Sixti noſtri redeat tandem oratio, in cujus parte tertia de Epiſcopis ſpoliatis & ejectis ita agitur, ut omne judicium ſibi, ſub cenſura, decernat, propter propriæ Sedis apicem, & quia omnium rerum cura ſibi ſit commiſſa. Id quod è diametro Conciliorum & Epiſcoporum antiquorum, ac toties totiesque deinceps repetito, confirmato & uſitato juri repugnat, idque penitus tollit. Attendant interea Epiſcopi, quod nam Sedis Rom. erga ipſos munus eſſe hic profiteatur, cùm ait: *Ab hac enim Sede, à Sanctis Apoſtolis, tueri, defendi, & liberari Epiſcopi juſſi ſunt, ut ſicut eorum diſpoſitione (ordinante Domino) primitus ſunt conſtituti, ſic hujus S. Sedis (cujus diſpoſitioni eorum cauſas & judicia ſervaverunt) protectione futuris temporibus ſint ab omnibus perverſitatibus ſemper liberi.* At quid hodie defertur Epiſcopis? Quid juris, aut libertatis ipſis amplius reliqui? An juramento ei obnoxii erant? An fratrum, collegarum, coadjutorum, adminiſtrorum cenſu habentur? num privilegia illorum antiqua defenduntur? (g)

*Triſagium.* Conſtituit præterea Sixtus, ut *Miſſarum actionem Sacerdote incipiente populus hymnum decantaret Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth &c.* at ubi hodie lingua nota? ubi populi vox & acclamatio? Collector Concil. edit. Pariſ. T.1.p.198. à temporibus Apoſt. hanc antiphoniam ſeu concentum populi deducere conatur: at nonniſi ex ſpuriis & Apocryphis. Eundem p.212. ad Teleſphori Epiſt. §.3. confer. Certè Triſagium longè ſerius ca-

ni

g) *de Dom. l.9.c.8.§.38.& l.2.c.5.§ 33.*

ni receptum fuiſſe monumenta docent, poſtquam ſcil. Ariana ſurrexit fœx: An. 142.
vid. Caſal. c. 44. alios. Diſcis tamen Centonem eſſe Miſſam: unde Platina in Sixto: Nuda erant hæc, & omnia ſimpliciter tractabantur: addit: Petrus ubi conſecraverat, Pater Noſter oratione uſus. A quibus ergo aucta ſit Miſſa ſubjungit & indicat, quanquàm malè in Schola Romana enutritus: vid. Polyd. l. 5. c. 11.

*§. 9.) Linteolum* ſuper quo, inter ſacra, corpus Chriſti ponitur, idem juſſit, ne ex alio, quàm ex lineo panno, & quidem puriſſimo fieret: quod *Corporale* vocant: Plat. Polyd. l. 6. c. 11. Jus Canonicum inventum hoc facit adhuc recentius: de conſecr. d. 1. cap. 46. conſulto. ex Epiſt. Euſebii P. (an. 309.) & Sylveſtri (an. 314.) decretum hoc producens: Conſulto omnium ſtatuimus, ut ſacrificium &c. Durand. l. 1. c. 12. §. 3. in tempora refert Euſebii P. Bonæ l. 1. c. 25. §. 11. dicitur *palla linea ſeu ſindon, Corporale*: quod ab Apoſtolis derivat, quia illos non in nudo altari conſecrâſſe omnino credendum. At præſcripta hæc fides non ſufficit. Fatetur ſimul, docere Pontificale conſtituiſſe Sylveſtrum, ut ſacrificium altaris non in ſerico, neque in panno tincto, ſed tantùm in lineo ex terra procreato conſecraretur. *Corporale, palla.*

Aliud decretum, ubi tamen dubium, an primi, ſecundi, vel tertii Sixti: (*h*) *De Presbyteris, per quorum negligentiam, ſine baptiſmate aliquis moritur, adeóque à regno Dei excluditur.* Abſolutam ergo neceſſitatem, ac opus operatum nota.

De eodem Sixto T. 1. Conc. Ven. p. 322. in marg. refert, eum Gallos in fide continuiſſe: id quod conſultò omittunt Galli. De hoc Lætus (*i*) ex Plat. *Cùm Sixti temporibus propter frequentes cædes pauci reperirentur, qui nomen Chriſti profiteri auderent, & Galli Chriſtiani præſulem ſibi depoſcerent, eò Peregrinum Romanum civem miſit, qui confirmatis in fide Gallis, Romam rediens ultimo ſupplicio afficitur.* Confer Bar. an. 192. §. 2. Micræl. hiſt. l. 2. §. 1. At in ipſa Gallia occiſus dicitur in Martyrol. ad 16. Maji: conf. Hoſpin. ad eandem diem. Et quidem in Bangiaco vico: ſicut habet Gall. Chriſt. T. 2. p. 266. ubi primus Antiſſiodor. Epiſcopus ponitur. Ejus *Marcellianus* ſucceſſor, hujus *Valerius*, pòſt *Valerianus*. *Jovianus* quoque Diaconus Xiſti, miſſus ab eodem ad prædicationem & martyrium Evangelii in Galliam, Adriano Imperante: de quo ad 5. Maji. Sic in eadem Gall. Chr. p. 459. ab hoc Sixto *S. Genulphum* primum Cadurcenſem Apoſtolum miſſum & Epiſcopum, abſque tamen auctoritate, ajunt. *Peregrinus martyr.*

Sítne Sixti I. an II. commentarius ille Philoſophicus, qui ejus nomine circumfertur in Bibliotheca Patrum, non eſt quòd ſolicitè inquiramus, cùm ſit opus hominis Ethnici & Pythagorici, ut jam olim ſuo tempore notârunt Hieronymus Epiſtolâ ad Cteſiphontem & in cap. 22. Jer. & Aug. l. 2. retract. cap. 42.

*T. 1. Conc. ed. Ven. p. 324. & Pariſ. 204. (i) p. 60.*

An. 142. cap. 42. Baronius §. 5. Vult à Ruffino tranſlatore malè ſub Sixti P. nomine hoc Sixti Gentilis opus venditatum fuiſſe.

*Thelesph. fit Papa.* §. 10.) Sixto ſucceſſit *Teleſphorus*, natione Græcus, ex Anachoreta. Itaque ex vita anachoretica ad Epiſcopatum hunc eſſe traductum volunt, cùm vitæ iſtius ſub Paulo & Antonio in Dioclet. perſecutione prima origo cœperit. Sed cùm dicit Platina, ex patre Anachoreta natum, id nomen malim ſumi propriè, quàm appellativè; ſi tamen appellativum ſit, tum qui primi hoc ſcripſerunt, Monachos & Anachoretas olim à conjugio non abhorruiſſe cenſuerunt. Teleſphorus ordine nonus putatur, à Bar. ad præſentem an. à Damaſo, Coſtero & Agricola ad an. 127. à Calviſio ad 126. collocatur.

Hoc anno deſinunt obſervationes Claudii Ptolomæi Peluſienſis Mathematici excellentiſſimi, de cujus operibus Friſius in Biblioth. alii.

An. 143.

## JESU CHRISTI *Annus* 143.
## ANTONINI PII *Imp. Annus* 4.

*Hero Cornelio Antiochiæ ſuccedit.* Teleſphori P. an. 2. Coſſ. Priſcinus & Severus. *Cornelius* Epiſcopus Antioch. poſtquam ſediſſet annos XIII. ſucceſſorem nactus *Heronem II.* qui ſedit 6. annis, juxta Niceph. at juxta Bar. annis 26. vel 27. De hoc Euſ. in Chron. ad an. 144. *Heros quintus Antiochiæ conſtituitur Epiſcopus.* & ad an. 171. eidem Theophilum ſucceſſorem dat.

*Apollonius Brix.* Circa hoc tempus paſſus dicitur Brixiæ Apollonius Epiſc. d. 7. Julii. Italia S. T. IV. p. 728. numero V. locique patronum vocat, ac eundem ad an. 116. collocat, cui ſucceſſorem ad an. 160. S. Antigium dat. Primus ponitur Anatolonus, à Bartholomæo primum Brixiis datus, quem poſtea ſucceſſorem accepit. II. Recenſetur Clatheus an. 65. al. 63. III. Viator, pòſt tranſlatus Bergomum: mortuus 88. IV. Flavius ab an. 88.

An. 144.

## JESU CHRISTI *Annus* 144.
## ANTONINI *Imp. Annus* 5.

*Alexandriæ Eumeni ſuccedit Marcus.* §. 1.) Teleſphori P. an. 3. Coſſ. Ruffinus & Quadratus. *Eumeni* Epiſcopo Alex. poſtquam ſedit annos 13. ſuffectus eſt *Marcus II.* Hunc ad an. 145. collocat Euſ. in Chron. ac ordine VII. vocat: mendum autem irrepſiſſe meritò judicat Baronius, dum decennium ſediſſe Euſebius aſſeverat, & tamen anno ſedis ſeptimo alium ei ſucceſſorem aſſignat.

Imperator Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit, alio muro An. 144.
ceſpititio, ſubmotis barbaris Caledoniis, ducto. (*a*) Unde eo tempore *Romani*
Appianus Alexandrinus (quem poſt Hadriani exceſſum ſcripſiſſe ex l. 1. de *in Britan-*
bellis civilibus conſtat) Britanniæ partem plus quàm dimidiam à Romanis *nia.*
occupatam fuiſſe memorat. (*b*) *vid. an.*
§. 2.) Sub Antonino Imp. feliciter propagatam eſſe per univerſum 122. § 1. *&* 208. §.
orbem Religionem Chriſtianam Bar. ad an. 140. §. 8. ex Juſtino adv. Try- 3.
phonem probat: idem ſub præceſſore ejus Hadriano contigiſſe Uſſe- *Religio*
rius (*c*) confirmat ídque etiam in Britannia accidiſſe contendit, ac ſubjun- *Chriſt.*
git: *Gildas licet in primo exortu Evangelii præcepta Chriſti à Britannis ſuis* *creſcit.*
*tepidè ſuſcepta eſſe affirmet; apud quoſdam tamen integrè, & alios minus, uſque ad perſecutionem Diocletiani, permanſiſſe aſſerit: ne quis ante Lucii converſionem, religionem Chriſtianam ab Apoſtolis, & eorum diſcipulis huc inductam, interiiſſe & extinctam fuiſſe exiſtimet.* Ad Cataldum liberales diſciplinas hoc tempore Leſmoviæ in Britania profitentem, ex finitimis & remotis regionibus innumeros confluxiſſe idem (*d*) habet: Hiberniæ autem Regem à duce Meltridis inſtigatum, Cataldum Diaconum in vinculis detinuiſſe, duce verò *vid. an.*
mortuo liberum dimiſiſſe: addit, Cataldum Rachavenſis Eccleſiæ in Momo- 152.
nia factum Epiſcopum, Ducatum Meltridis (à Rege in perpetuum conceſſum) duodecim Epiſcopis diſtribuiſſe, ſuámque ipſius Sedem in Archiepiſcopalem erexiſſe. (*e*)

a) *Uſſer. antiq. Brit. p.* 1075. *&* 42. *&* 1024. *ex Iulio Capitolino.* (*b*) *ib. p.* 42. (*c*) *p.* 51. *ex Euſ. l.* 4. *c.* 6. *& Rufini hiſt. l.* 4. *c.* 4. *c.* 8. (*d*) *p.* 754. *ſeq.* (*e*) *p.* 756. *ſeqq.*

# JESU CHRISTI *Annus* 145. An. 145.

# ANTONINI PII *Imp. Annus* 6.

§. 1.) Teleſphori P. an 4. Coſſ. Torquatus & Atticus Hero. Valen- *Valenti-*
tinianorum nefanda & ſpurciſſima hæreſis orta. De hoc Euſ. in chron. ad an. *nus hær.*
142. ſub Hygino, cujus Sedis initium ad eundem annum collocat: *Valentinus hæreſiarchas & Cerdo Magiſter Marcionis, Romam venerunt.* Iſdem Euſ. ad an. 146. *Valentinus hæreticus agnoſcitur, permanet uſque ad Anicetum.* Erat Valentinus Philoſophus Platonicus, eloquio potens ac facundus, ſed quòd petitione epiſcopatûs repulſam tuliſſet, ut habet Tertull. adverſus Valent. c. 4. à fide Catholica defecit, quam in Ægypto & Romæ profeſſus fuerat. Etſi verò natione fuerit Ægyptius, literas tamen Græcas callebat, qui poſtquam in Cyprum elapſus naufragium fidei fecit ex Theogonia Heſiodi, Ideis Platonicis & Evangelio Johannis, quod ex Canone ſolum recipiebat, XXX. fecit æonas, XV. mares, totidem fœminas, quorum principium

An. 145. fuerit profunditas & ſilentium. Ut Valentinus ſtylo pollebat, ſic varias ſcripſit Epiſtolas, citatas Clementi Alex. & Epiphanio hær. 31. quin Tertullianus monet, eum ſcripſiſſe Evangelium de infantia Chriſti: Pſalmos quoque ſcripſit, & ſpecialem librum ſeu commentarium, quem σοφίαν inſcripſit: etiam, Irenæo teſte, corraſit innumeram multitudinem librorum apocryphorum, quibus ſuas præſtigias defenderet. Ex variis præcedentium hæreticorum lacunis ſua dogmata hauſit, utpote Simonis, Saturnini & ſimilium, prout hoc Danæus in Aug. demonſtrat: ex profeſſo autem de eodem ib. in c. 11. cæteri.

§. 2.) Docuit Valentinus inter alia, Filium Dei non aſſumpſiſſe carnem humanam ex ſubſtantia Virginis, ſed ſpirituale ſeu cœleſte corpus habuiſſe, quod per Virginem, velut per canalem tranſierit: quo quidem Anabaptiſtas adumbravit; Papiſtas autem, quia, cùm ex Scripturis arguebantur, in accuſationem converterentur ipſarum, confugientes ad traditionem. (a) Rouſſelius (b) *Fuit quondam,* inquit, *ſecta Valentinianorum, ut ait Epiph. hær. 58. ſeu Valeſiorum, ex Auguſt. hær. 37. qui, quos ſecum admittebant, perſuadebant, ut ſe caſtrari permitterent, nec ante ſinebant animalibus veſci, quam ſe emaſculâſſent: tunc verò concedebant, quaſi non amplius periculum eſſet, ne per edulia ad illecebras carnis provocarentur.* At alii hi à prioribus hæretici, prout diſtincta apud Aug. & alios capita habent. Ab his tamen Latini non abludunt, qui cœlibatum ſuis clericis obtrudunt, & omnibus cæteris ciborum certorum abſtinentiam.

§. 2.) Quòd Valentinus ex tædio denegati Epiſcopatûs in hæreſin incidit (c) inde Hammond. (d) colligit, Epiſcopos, & quidem etiam in Ægypto, jam obtinuiſſe illam dignitatem. Reſp. Circa an. 140 jam fundamenta ad Epiſcopales honores jacta, vide quæ diximus ad an. 125. Neq; inde ſequitur, Juris divini fuiſſe: neque ordinem in presbyteriis tollimus: nec quotiescunque magnificum Epiſcoporum titulum audimus, mox papalem illam dignitatem atque præeminentiam imaginari nobis debemus. Quò enim ſequiores ſcriptores ullo modo ex veteribus ſenio, promotione, eruditione, & aliis dotibus excellentiorem virum commodè nobis deſcriberent, ſuis temporibus ſeſe accommodantes, talem Epiſcopum vocitârunt, non ſecus atque alii alios Apoſtolos &c.

*Alii hæretici.* §. 3.) De Ophitis, Cajanis, Sethianis Baronius à §. 12. Spond. à §. 5. alii plurimi, qui de hæreſibus ſcripſere, ad quos lectorem remittimus.

De *Ophitis* Epiph. hær. 38. Auguſt. c. 17. Roſſus 261.

De *Sethianis* Iren. l. 1. c. 7. 14. 24. Epiph. hær. 39. Aug. c. 19. Multos hi habebant apocryphos libros, quibus nitebantur, ſeptem libros ipſius Sethi, & alios, quos alienigenas appellabant, item revelationes Abrahami & Moſis.

De

a) *Bar.* §. 10. *Spond.* §. 4. (b) *l.* 1. *c.* 4. §. 5. (c) *Blondel. de Epiſc. p.* 54. (d) *diſſert.* 3. *c.* 10. §. 6.

De *Cajanis* ſeu *Cainitis* Aug. c. 18. Sic Auguſtini tempore impuri erant homines Abeliani, abeloitæ, abelonii, abelonitæ: de quibus Aug. c. 87. alii. An. 145.

Caſalius c. 67. p. 276. exemplo Marci, Valentini diſcipuli docet, hæreticos *miracula* ſua, quæ incantatione & magica ope patrârunt, orbi impoſuiſſe. Quanto magis ergo in mundi ſenecta hoc idem Diabolus tentat?

Hoc tempore Arrianus hiſtoricus floret.

# JESU CHRISTI *Annus* 146. ANTONINI PII *Imp. Annus* 7.

An. 146.

§. 1.) Teleſphori P. an. 5. Coſſ. Avitus & Maximus. Apud Calviſium ad an. 144. Lollianus Avitus, & C. Gavius Maximus. Cerdoniani dicti à Cerdone, Marcionis præceptore, è Simonis ſchola orto. Duo principia contraria Cerdo ſtatuit, Deum videl. bonum & malum, illum miſericordem, Patrem Chriſti, & authorem Evangelii vocabat, hunc ſeverum, mundi conditorem, & Legis Moſaicæ latorem & exactorem, unde Vetus Teſt. rejiciebat. Chriſtum verè natum & paſſum, reſurrectionem item carnis negabat: (a) Vixit Cerdo ante Marcionem ſub Hygino I. & Antonino Pio Imp. E Syria Romam profectus, ubi, exemplo aliorum hæreticorum, venenum ſuum ſparſit. Sæpe fictam erroris pœnitentiam ſimulavit, aliquoties exomologeſin in Eccleſia fecit, ídque Romæ. Propter magnitudinem urbis, & civium libertatem, in eo potiſſimùm loco tantæ peſtes latere quidpe poterant, ſed jam in urbe ſepticolli agebat Satan myſterium illud iniquitatis, quod tandem demum abſolvit. *Cerdoniani.*

§. 2.) Ad idem ergo ferè tempus refertur Marcio Stoicus Philoſophus, genere Ponticus, Epiſcopi pietate illuſtris filius, Cerdonis diſcipulus, hinc præter dogmata cum Cerdone communia, etiam ſtatuit, materiam creationis fuiſſe Deo coæternam, μετεμψύχωσιν dari, animas damnatorum tandem ſalvari, conjugium eſſe malum, & baptiſmum toties repetendum eſſe, quoties aliquis laberetur. Docuit cum Cerdone, Chriſtum ſubſtantiam ſuam è cœlo, non ex Maria ſumpſiſſe, nec tamen ferè eſſe Filium Dei, hinc genealogiam Chriſti à Matthæo & Luca deſcriptam, ex Evangeliis, aliáque delevit. Carnium eſum prohibuit, copias maris h. e. piſces, ſanctiorem cibum deputabat. Pro mortuis catechumenis alios vice illorum baptizandos ſubſtituit: gynæcobaptiſmum permiſit: bella penitus damnavit. vid. Aug. hær. c. 22. Rivet. Cathol. Orth. p. 23. Lutzenb. fuſè in termino. Arnd. 456. *Marcio.*



a) *Dana. in Aug. de hær. c. 21. ex Iren. l. 3. c. 4.*

An. 146. §. 3.) Ita ergo Marcioni in variis Papiſtæ & Anabaptiſtæ conſenſum præbent. Ecquomodo enim carpere hos errores Catholica Eccleſia potuiſſet, ſi ipſa illos foviſſet? Hoſtis nimirum profeſſus fuit matrimonii, cui virginitatem ita prætulit, ut etiam perfecta conjugia, tanquam rem malam diſſolverit, eradens, inquit Tertull. ſanctitatis naturam, & compeſcens humani generis ſementem, adeò ut nullum regenerationis lavacro cenſeret abluendum, niſi cœlibem, aut qui matrimonio renunciaret; ut ab hoc hæreſiarcha cœlibatûs ſtudium atque admiratio, & duræ illius leges originem traxerint. Licet enim ante ipſum Philoſophi & Poëtæ iniquiores plerunque fuerint conjugio, tamen non ut rem ſuâ naturâ malam damnârunt, ſed tantùm moleſtias hujus vitæ ſecum trahere prætenderunt. Eandem auſteritatem in carnium eſum exercuit: ita non minus leges ſpeciales tulit circa jejunia, ut paulò pòſt factum à Montano: Sabbathi quoque præcepit obſervationem, illóque voluit jejunari, quod antiquitas tanquam grande nefas abominata. Idem fingebat Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, ferè ſicut hodie Papani, ut inde liberaret Core, Dathan & Abiram, ac omnes nationes, quæ Deum non coluerunt: contrà Abrahamum, Iſacum, Jacobum, Moſen, Davidem, Solomonem &c. ibi relictos, quòd Deum Judæorum, & Creatorem ſequuti fuerint. In baptiſmo opus operatum commendabat, unde in lapſis tertia vice repeti poſſe ſtatuit. Scripſit Marcion Evangelium, Epiſtolam, Antitheſes, & Apoſtolicum inſtrumentum, ut ex Tertull. liquet. Ei ſeſe oppoſuerunt Juſtinus, Tertull. Orig. Clemens Alex. alii. Spond. §. 8.

*vid. an. 167. §. 12.*
*Eius adpellatio.*

§. 4.) Excommunicatus à proprio parente Epiſcopo ob virginem ſtupratam, nec receptus reſipiſcentiam fingens, Romam abit, veniam ibi faciliùs ſe impetraturum ſperans, quam tamen non obtinuit, quia nondum Rom. Epiſcopus eam tyrannidem, quam nunc in alios Epiſcopos exercet, uſurpaverat, ut Epiſcoporum Epiſcopum ſe diceret, vel adpellationes tales probaret, ſed epiſcopatûs ſui finibus modeſtè ſe continebat. Et ſicut Marcion non à ſolo R. Epiſcopo, ſed à Presbyteris, ſeu à Presbyterio Rom. abſolvi cupiit, ita tota Rom. Eccleſia reſpondit Marcioni, ſe ἄνευ ἐπιτροπῆς τοῦ ἰδίου πατρὸς καὶ ἐπισκόπου, eum abſolvere non poſſe; ſine permiſſu patris ipſius & Epiſcopi facere hoc non licere. Cauſam addunt: *Eſt enim una fides, unaque conſenſio: nec poſſumus obſiſtere bono collegæ, tuo Patri.* (b) In clerum mortuo Pontifice, volunt Pontificii devolvi univerſam authoritatem. Sed fortè neque hìc vacavit Sedes, verùm unà cum Clero ſuo ita loquitur Rom. Epiſcopus. Scilicet in alius juriſdictionem involare nolunt, & cauſam ibi diſceptandam judicant, quò ſpectabat. Nimirum juxta veterem conſuetudinem, & totiens iterata Conciliorum decreta: vid. Ruffin. hiſt. l. 1. c. 6.

Unde

b) *vid. Epiph. hær. 42. Cham. l. 13. c. 9. § 4. T. 2.*

Unde quàm genuinæ ſint iſtæ decretales, quas habuimus hactenus, manifeſtum. An. 146.

§. 5.) Ex deſperatione igitur Cerdoni ſe adjunxit, quòd ſeveriorem in ſe Eccleſiæ diſciplinam experiretur. Diverſimodè adventum ſuum Romam notant auctores. Tertull. l. 1. adv. eum, ſub Antonino Pio: at de Præſcr. c. 30. ſub Eleuthero: Platinæ ſub Hygino: Epiphanio poſt Hygini mortem: & inferiùs poſt tempora Aniceti. Irenæus l. 3. c. 2. eum jam ante Anicetum, vel ſaltem ſub eo Romæ fuiſſe vult. At quidquid tandem adferat Baronius (c) tempus non quærimus, ſed rem, ſcil. nihil in hac Marcionis hæretici adpellatione ſubſidii adverſarios habere. Circuncurſabant enim (ergo non tantùm Romam) uti Cyprianus l. 1. ep. 55. loquitur, ut cùm à ſuis juſtè damnati eſſent, fautores ſibi acquirerent. Neque Romam ſaltem, ſed & aliò tales abivere inquieti, ſicuti Feliciſſimus & Fortunatus, privatus item & alii, prout iſthoc Chamierus T. 2. l. 13. c. 9. §. 2. demonſtrat. Neque verò hîc adpellationem fuiſſe concedimus. Sanè á parente primitus excommunicatus fertur propter ſtuprum. Jam autem propter ſtuprum & excommunicationem non fuiſſe ab Eccleſia Rom. rejectum, ſed propter hæreſin vult. (d) Nimirum timent Papiſtæ generali jurisdictioni ſuæ, & revidendi privilegio, ídque meritò. Nec Irenæus, nec Tertull. appellatum dicunt: quin addit Epiphanius de Romani Epiſcopi, vel ſanè Cleri reſponſo: *Una eſt fides, & una concordia, non poſſumus adverſari banno comminiſtro noſtro* (συλλειτουργῷ.) Neque ab Epiſcopo Rom. ſed à Πρεσβύταις, qui ab Apoſtolorum diſcipulis edocti fuerant, ut Epiphanius docet, abſolvi cupit, unde ipſe Bellarminus ab Eccleſia Rom. abſolutum dicit. At non factum ex reſponſo Marcioni dato jam percepimus. Paucis ut expediamus, vinculum excommunicationis, à parente injectum Marcioni, diſſolvendi poteſtatem Romanum Presbyterium ſumere ſibi, & alius invadendi provinciam noluit; deinceps autem ad hæreſin delapſus à Romanis fuit dejectus: unde Blondellus (de Epiſc. p. 54.) ex Epiphanii hær. 42. Marcion invadendæ poſt Hygini dormitionem Romanæ Sedis ſpe depulſus apertum Deo Op. Max. Creatori piíſque omnibus bellum denunciavit.

§. 6.) Appellationem ad Rom. Sedem Caſalius c. 83. miſerè tamen & perverſè hoc & ſimilibus exemplis probare inſtituit, at nos contrà demonſtramus hinc, tantam quemque Epiſcopum, ſeu presbyterium in reos habuiſſe poteſtatem, ut cœteri Epiſcopi & Presbyteria, ipſum etiam Romanum, excommunicatos & rejectos ſuſcipere non fuerint auſi, prioribus judicibus inſciis aut invitis, id quod etiam in multis ſynodis decretum atque concluſum fuit. Neque adpellatio magis ad Romanam, quàm ad aliam Sedem dabatur. Utut ergo hæ e ic orum, ſchiſmaticorum, & aliàs turbulentorum ingeniorum exempla nobis Bellarminus atque cœteri objectent, nullius



c) §. 6. Spond. §. 4. (d) Bar. §. 6. i.

An. 146. lius tamen penſi facimus: quia contra canones egerunt, prout ex præſenti Romanorum reſponſo patet. Sanè quidem vix ullus hæreticus in ſua provincia damnatus, qui ad Epiſcopos Rom. non diffugerit, ac illi ambitionis ſæpe pruritu iis plerunque favebant, & ita interdum fovebant, ut ab iis ſubinde deciperentur. Nempe vel à primis illis ſeculis omnes cauſas Eccleſiaſticas ad conſiſtorium ſuum & tribunal trahere ſcopus & conſilium illis fuit. Verùm cœteros, quorum intererat, ac tota concilia fortiter illis canonum vi & juſſu reſtitiſſe hiſtoriæ ampliter docent. Nos ergo jure ineptiarum Spondanum, de quibus ad an. 155. §. 1. arguimus, quando de hæreticorum talium Romam abitu ita ſomniat, ut Eccleſiæ ſuæ ſubſidium quærat, quod tamen ſic eſt infirmum, ut deploratæ & deſperatæ cauſæ haud leve eſſet indicium noſtri jam manifeſtum fecerint & apertè demonſtrârint, plures hæreticos Rômæ latibula quæſiviſſe, venenáque ſua ſparſiſſe, atque Marcionis exemplo, ſpe promotionum, ac ipſius etiam Sedis potiundæ gratiâ eò tranſiviſſe, neque dubitamus, quin pluribus etiam iſthoc obtigerit, unde non modò exteros, ſed hæreticos etiam plures Romanos Epiſcopos invaſores reperias.

§. 7.) Porrò Marcionitæ tædio vitæ morti ſeſe objiciebant, unde non martyres, ſed αὐτόχειροι dicti. Utut verò tam à Cerdone, quàm à Marcione orti ſunt Docetæ, δοκηταὶ, qui Chriſtum non verè, ſed δοκήσει tantùm habuiſſe corpus, & in eo paſſum eſſe docuerunt, ſic Marcionis diſcipuli commemorantur multi, videl. Lucianus, Apelles, Potitus, Blaſtus, Sincerus, Baſilicus, Prempon, Python, Hermogenes, Phemion, Barbarus, Stratio. Ex his duo inſigniores Marcionis diſcipuli fuerunt Lucianus & Apelles. A

*Lucianiſtæ.* Luciano (Tertulliano Lucanus) Lucianiſtæ & Lucaniſtæ: vid. Epiph. hær. 43. Ab hoc diſtinguendus Lucianus junior Arianus: item alius Ethnicus & revera atheus, cujus dialogi etiamnum ſuperſunt, qui etiam hoc II. ſeculo vixit, & à nonnullis apoſtata à fide Chriſtiana vocatur: negant alii, fidei tamen Chriſtianæ callentem fuiſſe ex quibuſdam locis patet. Alius apud

*Apelliani.* Suidam Lucianus Martyr Nicomed. ſub Maximino. Ab Apelle Apelliani, Apellitæ, quorum Præceptor cum Philumena ſua, quam Prophetiſſam appellabat, & docebat eſſe Deum unum, qui ſit reliquorum Deorum principium, Chriſto tribuebat verum quidem corpus, illud autem poſt aſcenſionem depoſuiſſe &c. Arnd. p. 458. Roſſ. 265. Auguſt. c. 23. Alii verò à Marcio-

*Marcitæ.* nitis habentur Marcitæ: de quibus Aug. c. 14. Epiph. hær. 44. Tertull. de præſcr. Euſ. l. 5. c. 13. Luzenburg. à Marco: Equidem non modò propter nomen, ſed & propter eadem dogmata cum Marcionitis eoſdem eſſe ſtatuo.

§. 8.) Callidè & intempeſtivè Baronius (e) Orthodoxis in convincendis ejuſmodi hæreticis nullum præſtantius fuiſſe argumentum dicit, quàm ad Eccleſiam Catholicam provocando, & ad traditionem ac conſuetudinem

e) §. 21. *Spond.* §. 10.

nem, quæ inde ab Apoſtolorum temporibus per continuam & nunquam interruptam perſonarum ſucceſſionem viguiſſet. Reſp. 1. Ipſe Deus in convincendis hæreticis, in reducendis errantibus, in inſtituendis rudibus, ad SS. Scripturas, ad Legem & Prophetas, ad Verbum ſuum, quo nobiſcum loquitur, teſtimonio & exemplo invitat. 2. Veteres Chriſtiani non ad Romanam, ſed ad Univerſalem Catholicam Eccleſiam, cujus Romana nonniſi pars fuerat, provocabant; ita neque eas humanas traditiones curabant, quæ S. Pandectis fuerant contraria: ſic non Romanum tantùm Epiſcopum & ejus Sedem, ſed & cœteras Apoſtolicas, antiquas & Catholicas Sedes & Eccleſias magni faciebant, ut ex ipſis locis, quæ allegat Baronius, & teſtibus liquidum & clarum bono cum Deo fiet. An. 146.

§. 9.) Auctor Libelli Synodici, apud Juſtellum (*f*) ad hunc annum Synodum Rom. ponit XII. Epiſcoporum, contra Theodotum Coriarium Byzantinum, qui redargutus, quòd in perſecutione ſacrificâſſet, Chriſtúmque negâſſet, impiè reſponderit: Ego Deum non negavi, ſed nudum hominem. At rectè hoc Bar. ad an. 196, ſeu ad Victoris tempora refert.

*f*) *T. 2. p. 1167.*

## JESU CHRISTI *Annus* 147. An. 147.
## ANTONINI PII *Imp* *Annus* 8.

Telesphori P. an. 6. Coſſ. Antoninus Pius Aug. IV. M. Aurelius Cæſar II. à Caſſiodoro autem ponuntur Orfitus & Priſcus. Hos Calviſius ad an. 145. collocat, illos autem penitus omittit.

## JESU CHRISTI *Annus* 148. An. 148.
## ANTONINI PII *Imp.* *Annus* 9.

Telesphori P. an. 7. Coſſ. Erucius Clarus & Claudius Severus. Priorem II. hac dignitate fuiſſe ornatum Calviſius ad an. 146. ait.

Ad hoc tempus Citerium Auſcenſium Apoſtolum reponunt, ſine tamen teſtibus. (*a*)

*a*) *Gall. Chriſt. T. 1. p. 97.*

An. 149.

# JESU CHRISTI *Annus* 149.
# ANTONINI PII *Imp. Annus* 10.

Teleſphori P. an. 8. Coſſ. à Caſſiodoro ponuntur Gordianus & Maximus. Ab aliis duo Valerii Largus & Meſſalius, qui à Calviſio ad an. 147. recenſentur.

An. 150.

# JESU CHRISTI *Annus* 150.
# ANTONINI PII *Imp. Annus* 11.

§. 1.) Teleſphori P. an. 9. Coſſ. ſecundùm Græcos Torquatus & Julianus II. juxta Caſſiod. Romulus & Glabrio. *Juſtinus Philoſophus* & Martyr Apologiam Romæ ſcribit pro Orthodoxis, quam Imperatori, ejuſque filiis adoptivis Marco & Lucio Philoſophis offert, benignúmque Imperatorem erga Chriſtianos homines fecit, ait Oroſ. l. 7. c. 14. In ea autem ipſe annum 150. à nato Chriſto numerat. Fuit genere Samaritanus, Priſci Batti filius, Flaviæ (quæ nova civitas eſt Syriæ Palæſtinæ) ortus. A pueritia Stoicorum, Peripat. Pythag. Platonicorum literis informatus: Chriſtianorum verò conſtantiâ & martyriis converſus diſputando & ſcribendo religionem defendit. Aliam Apologiam tempore V. perſecutionis ſcripſit ad Senatum, de qua ad an. 164. Illam Calviſius ad an. 162. reponit, dicítque eam præpoſtero ordine præpoſitam eſſe priori. Kortholt. p. 142. ſeq. vult alteram illam, quæ Poſteriori loco ponitur Antonino Pio dedicatam, priorem autem Marco Antonino. An verò oratione ſua perfecerit, quòd intendit Juſtinus, meritò, ob ſequentes Chriſtianorum cædes, dubitat Baronius. Neque reſcriptum Antonini pro ceſſatione perſequutionis, quod in operibus Juſtini, impedit, quia propter terræmotus, famem, inundationes, incendia anno 154. factum oſtendit. Niſi ſingulares ſcelerum prætextus malum hoc concitâſſe malis.

*Juſtini Mart. Apologia.*

§. 2.) Itaque quâ ſubmiſſione & humilitate Magiſtratus, etiam infidelis & tyrannicus, orandus & interpellandus, ne inaudita cauſa accuſati damnentur, & innoxio ſanguine ille ſe polluat, heic diſcimus, neque ſeditiones ullatenus excitandas. De Diaconis ſeu bonorum Eccleſ. diſpenſatoribus, ita ſcribit: *Qui copioſiores ſunt, & volunt, pro arbitrio quisque ſuo, quod viſum eſt, contribuunt: & quod ita colligitur, apud Præpoſitum* (Diaconum, quem etiam pauperum vocat curatorem) *deponitur. Atque ille inde opitu-*

*Diaconi i. q. Eleemoſynarii.*

*opitulatur pupillis & viduis, & his qui propter morbum, aut aliam aliquam cauſam egent, quique in vinculis ſunt, & peregrè advenientibus hoſpitibus &c.* An. 150.

*§. 3.)* Diogenes Laërtius colligit vitas Philoſophorum.

## JESU CHRISTI *Annus* 151. An. 151.
## ANTONINI PII *Imp. Annus* 12.

Telesphori P. an. 10. Coſſ. Orfitus, & Priſcus. Caſſiodoro Præſens & Rufus.

## JESU CHRISTI *Annus* 152. An. 152.
## ANTONINI PII *Imp. Annus* 13.

Telesphori P. an. 11. Coſſ. Gallianus & Vetus. Caſſiodoro Commodus & Lateranus.

Cataldus Hibernus quid in patria, quid alibi præſtiterit, tandémque quomodo Genevenſium factus Epiſcopus, Uſſerius antiq. p. 754--760. & 1076. diſcutit. Sammarthani autem in recenſione Genev. Epiſcoporum nullum Cataldum habent (a) à S. Nazario converſam urbem, inpr. S. Celſum juvenem. Epiſcopos autem primos, ſine anno tamen, ita nominant. I. Diogenem. II. Dominium. III. Salvianum. IV. Caſſianum. V. Eleutherium VI. Theolaſtum. VII. Fratrem. IIX. Pallaſcum &c. Paſſionale Rom. ad 10. Maii Cataldi Tarentini Epiſc. mentionem facit. *vid. an. 144. §. 2. Cataldus.*

*a) T. 2. p. 594.*

## JESU CHRISTI *Annus* 153. An. 153.
## ANTONINI PII *Imp. Annus* 14.

Telesphori P. an. 12. Coſſ. Gordianus & Maximus. Caſſiodoro Verus & Sabinus.

Miſnæ Judaicæ collectio ab Alſtedio ad hunc an. rejicitur, à Calviſio ad 190. Pleriq. R. Jehudam filium R. Simeonis faciunt autorem, dictum vulgò R. Jehuda Hannaſi (הַנָּשִׂיא, princeps item Rabbenu Hakkadoſch, & κατ' ἐξοχὴν Rabbi. Alii ei R. Addam atque alios coadjutores meritò addunt. Ajunt R. Jehudam ideo hanc Miſnam ſeu δευτέρωσιν collegiſſe, ne תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה Lex oralis, ſeu Traditiones Judaicæ cum diſperſione Judæorum interiret, factum autem auſpiciis Antonini Pii, quo familiariter *Miſna Judæorum.*

An.153. R. Jehuda utebatur. Opus iſthoc ſex partibus diſtinctum, appellatum fuit Miſna ſeu ſecundaria Lex, ac textum Talmudis conſtituit, reliqua verò Talmudis Gemara dicuntur. Hic quidpe liber deinceps in ſcholis Judæorum publicè prælectus fuit, & variis Doctorum diſputationibus illuſtratus, adeoque auctus, ut inde primò confectum fuerit Talmud Hieroſolymitanum, de quo anno 230. & poſtea Babylonicum, abſolutúmque volunt anno 500. Hoc autem verſiculo argumentum horum VI. tractatuum continetur.

*vid. an. 230. §. 3.*

Semina, feſta, uxor, nocumentum, victima, munda.

An.154.

# JESU CHRISTI *Annus* 154.
# ANTONINI PII *Imp. Annus* 15.

§. 1.) Hygini P. an. 1. Coſſ. Glabrio & Veranius, qui Calviſio ad an. 52. pertinent, eíque vocantur Sex. Acilius Glabrio & C. Valerius Omollus Veranus. Teleſphorus P. martyrio tollitur, cujus memoria 5. Jan. agitur. Sedit an. 11. m. 9. minus diebus 3. juxta Bar. an. 11. m. 3. d. 22. Plat. an. 11. m. 3. d. 21. Damaſ. an. 11. d. 3. Starav. Carranz. an. 11. m. 8. de 28. Coſter. an. 10. m. 8. d. 25. aux Eſtats an. 11. Euſ. l. 4. c. 10. indices Creſcon. Herman. Contr. Otto. Friſing. l. 3. 34. Calviſ. ad an. 137. ſedit an. 10. m. 9. At eidem Calviſio ad an. 140. ſedit an. 11. m. 9. Sepultus in Vaticano, juxta corpus B. Petri, ut Pontificale ait. Ordinationes habuit quatuor presbyteros ordinans 12. diaconos 8. Epiſcopos 13. Ex his Baronius §. 2. infert: *Perſpicuum etiam in primis Romanis Pontiff. non ſolùm urbis, ſed & orbis totius Eccleſiæ conſuluiſſe.* Reſp. 1. Epiſcopos, ut modò ſunt, jam tum fuiſſe probet. 2. Conſulere orbis totius Eccleſiæ cuivis Epiſcopo incumbebat. 3. Jus aliquod habuit Eccleſiaſticum, tanquam Patriarcha primus, ſolúsque in occidente: non quidem ut ipſe ſolus, ſed ut ipſe præcipuè hoc munere fungeretur. 4. Hæ ordinationes intelligendæ de Epiſcopis, ad ipſius diœceſin pertinentibus. 5. Quis tandem ſibi fingat, ſpatio XI. annorum non plures Presbyteros & Diaconos per univerſum orbem fuiſſe ordinatos. (*a*)

*Teleſphorus tollitur.*

§. 2. Una Decretalis ei adſcribitur, quam habes T. 1. Concil. ed. Ven. p. 324. & T. 1. Pariſ. p. 206. quam jure decollat Cocus p. 61. Blondel. in Pſeudiſ. præf. 64. & in tract. p. 183. Dieter. in Breviar. Pontiff. 39. In ea jejunium quadrageſimale inſtituiſſe fingunt, *ut ſeptem hebdomadas ante Paſcha jejunium celebretur*; ſeu, *ut ſeptem hebdomadas plenas ante S. Paſcha Clerici omnes à carnibus jejunent, quia diſcreta debet eſſe vita Clericorum & Laicorum.* *d.* 4. c. ſtatuimus. Caſalius c. 62. p. 244. ex Bar. an. 57. & cum Collect. Concil.

*Jejunium quadrageſ.*

*a) vid. de Dom. l. 2. c. 8. §. 14. 15.*

Concil. edit. Par. T. 1. p. 205. & 210. vult quadrageſimæ jejunium inſtitutionis Evangelicæ & traditionis Apoſtolicæ eſſe: mox tamen agnoſcit cum eodem Baronio Teleſphorum decreviſſe de numero dierum ſive hebdomadarum; at ſi quadrageſimale jejunium ab Apoſtolis fuerit inſtitutum, quomodo demum Teleſphorus *de numero dierum* decernere potuit? Adde quòd fictus Teleſphorus nonniſi Clericis illud præſcripſerit, cauſam addens, ut *diſcreta illorum eſſet vita à Laicorum.* Num verò VII. ſeptimanæ 40. dies efficiunt? Lepidè Caſalius p. 246. de ſuo addit: *Ita ſtatuit Teleſphorus, non quòd Laici à carne & deliciis non debeant abſtinere, ſed quòd omnes, quos dignitas Eccleſiaſtici gradûs exornat, à Quinquageſima propoſitum jejunandi ſuſcipere debeant.* Quanquam negamus quod ibidem ait, *in totius occidentis Eccleſiis Chriſtianos omnes ſemper à carnibus abſtinuiſſe in Quadrageſima*, his ipſis tamen ejus verbis convincimus, non in toto Chriſtiano orbe in uſu fuiſſe. Initium jejunii quadrageſimalis, quod decreto Gregorii M. diebus 40. ſeu 6. ſeptimanis definitur Sixto I. tribuit Bar. ad an. 136. huic decreto addidit Teleſphorus ſeptimam hebdomadam, unde quinquageſima dicta. De varietate Bellar. 2. de B. O. 15. cujus examen inſtituit Nigrinus inquiſ. Rom. Ep. p. 33. 34. Arnd. Ant. à p. 406. 809. Zimmerm. §. 207. confer Danæ. contra Bellar. part. 1. p. 74. inpr. 458. edit. in 8. alios. Nec modò ſolos Clericos tangit hæc Teleſphori conſtitutio, ſed etiam nonniſi Romanos, unde Irenæus apud Euſ. l. 5. c. 26. al. 25. *Neque de die tantùm diſceptatio eſt* (inter Victorem & reliquas Eccleſias) *ſed & de ipſa ſpecie jejunii; ſiquidem alii unum ſibi diem eſſe jejunandum putant, alii duos, alii plures, alii 40. horas diurnas & nocturnas computantes, diem ſuum ſtatuunt. Et iſta jejunantium varietas non noſtro demum tempore* &c. Dicit Irenæus conſuetudinem hujus jejunii ab hominibus ſimplicibus privata obſervatione introductam, ac addit, ad unitatem veræ fidei non opus eſſe ſimilitudine rituum in jejuniis. Nec conſiſtebat in abſtinentia à carne, ut ex Ignatio ad Heronem liquet. Non improbamus jejunium, modò non convertatur in medium ſalutis & abſit neceſſitas abſoluta atque abſtinentia à certo cibi genere. Nullum de obſervanda quadrageſima mandati vel tenuiſſimum veſtigium extat in Sacris, vid. Caſſian. in collat. 21. c. 30. quòd ſi etiam inſtituta foret ab Apoſtolis quadrageſima, conſtaret paſchæ feſtum, neque tot olim lites interceſſiſſent. Ecquid aliud iſthoc Papale decretum innuit, quàm novum eſſe, non vetus, prout auctores agnoſcunt? Teſtimonia, quæ allegant adverſarii, vel mala fide reddita, vel planè ſunt ſuppoſita, vel ex poſterioribus ſeculis, ut ſi, pro exemplo, hanc ipſam Decretalem conſideres, nullius ponderis eſſe videbis. An. 154.

§. 3.) Rectiſſimè de hoc Dallæus: (b) *Hoc quod Teleſphorus edixiſſe fingitur, cum nullis Eccleſiæ Rom. ullius ſeculi moribus congruit; ne Gregorii quidem*



b) *de cultu Lat. l. 9. c. 9. p. 1199.*

An.154. *quidem ævo per plures, quàm ſex ante Paſcha hebdomadas jejunâſſe certum eſt, ac ne nunc quidem per totas ſeptem jejunare. Si de aliquo Græcæ Eccleſiæ Epiſcopo diceret, apud quam per ſeptem ante Paſcha hebdomadas jam pridem jejunari ſcimus, minus miraremur; de Romano Epiſcopo id planè eſt incredibile. Quod abſurdum ut leniret epiſtolicus impoſtor, Telesphorum fingit non toti Eccleſiæ, ſed ſoli Clero ſuum illud abnorme jejunium præcipere. Itaque Bellarminus eorum opinionem memorans, qui Quadrageſimæ inſtitutionem ad Telesphorum referunt, ait* (c) *eam inde fortè natam eſſe, quòd Telesphorus legatur Clericis mandâſſe, ut ſeptem integras* (plenas) *hebdomadas à carnibus abſtinerent; aſtutè diſſimulans in libro longè antiquiori i. e. in Pontificali, legi, Papam illum conſtituiſſe, non quod hic dicit Clericis, ſed ſimpliciter & abſolutè conſtituiſſe; non ut à carnibus abſtineretur (quod idem dolo malo ex PſeudoTelesphori epiſtola ſupponit) ſed ut jejunia celebrarentur per VII. hebdomadas ante Paſcha.* Sic Euſ. in chron. ad an. 136. *Quadrageſimale jejunium à Telesphoro per hoc tempus inſtitutum ac præceptum quidam ſcribunt.* En dubitat Euſebius cum aliis! *Ab omnibus ferè,* inquit Mareſius (*d*) *Telesphoro tribuitur XL. inſtitutio, licet Baronius ad an. 136. illius reſtitutionem duntaxat vendicet ipſi, nimirum ut ad Apoſtolicam traditionem eam referre poſſit: attamen certum eſt hunc ritum nonniſi diu poſt illa tempora univerſaliter obtinuiſſe in Eccleſia, de qua re conſulendus Molinæus in Novit. Pap. l. 7. c. 6. ſeq. Uno verbo cùm Paſchale jejunium eſſet 40. horarum, quòd illis diebus ſponſus ablatus fuiſſet, juxta dictum Chriſti Matth. 9. horæ paulatim in dies abierunt, quanta verò cum diverſitate et libertate docet Soz. l. 1. c. 19. & Socr. l. 5. c. 22.* Ut ambitioſè Quinquageſima vocatur Herren Faßnacht/ ita quadrageſima contemptim Bauren Faßnacht. (*e*) Ait Telesphorus ſuppoſitus: *à nobis & à cunctis Epiſcopis in hac Sede S. & Apoſtolica congregatis ſtatutum* &c. Numne ergo Apoſtolicam inſtitutionem dixeris? Numne rectè Bellar. hoc Jejunium ex traditione Apoſtolica deſcendere, & in nullo Eccleſiæ Concilio inſtitutum? Per plenas Telesphori hebdomadas Sabbatha ſeu VII. dies Dominici etiam intelliguntur, quibus tamen jejunare planè nefas erat, ut liquet exemplis Ignatii & Canonum Apoſtolorum. Ibidem præcipitur abſtinentia à carne & deliciis, & per conſequens etiam à piſcibus, quibus ſua caro tribuitur, 1. Cor. 15. nec non à vino, quod maximum eſt libidinis incentivum, unde Manichæis dicebatur ſanguis Draconum. Non receptam fuiſſe hanc Telesphori conſtitutionem ex Tertulliano liquet, dum laxitatem nimiam orthodoxorum hac in parte improperat. Ecquî verò decretum hoc conciliabitur cum 1. Cor. 8. 1. Tim. 4. Rom. 14. &c.

*§. 4.)* Non omnia antiquorum decreta, quæ de hoc jejunio agunt, ſtatim de 40. diebus loquuntur, quin potiùs Eccleſiæ libertatem ſartam tectam manere volunt: vid. Hier. Epiſt. ad Marcellam adv. Montanum, qui plures quadrageſimas ſervandas prædicabat: & Chryſoſt. hom. 10. in Gen. Polyd.

(*c*) *de bon. op. l. 2. c. 14. §. Tertia.* (*d*) *M. S. inedito.* (*e*) *Hoſpin. de feſto Chr. ad 14. febr.*

Polyd. l. 6. c. 3. *falsò XL. inventum Telesphoro aſſignari dicit, quia, inquit, anxit potiùs dierum numerum, quàm ejus inſtituti fuit author* &c. ubi pluribus jejunii hujus inæqualitatem, inpr. ex Melchiadis præſcripto, ac Tertulliani teſtimonio comprobat. Nonnemo Gregorio M. quoque aſſignat: de hoc tamen apud Grat. d. 4. c. denique. Ubi permittit Gregorius Laicis, *ut diebus Dominicis in Quadrageſima carnibus veſcantur, nequid pejus eveniat.* Ergo non putavit ille, hanc legem latam eſſe à Chriſto, aut ab Apoſtolis, aut eandem obligare conſcientiam. Aug. Ep. 86. ait, ſe *evolviſſe ſcripta Evangelica & Apoſtolica, atque ibi inveniſſe, jejunandum eſſe, at quibus diebus jejunare oporteret, quibus non oporteret, præcepto Domini, aut Apoſtolorum non inveniſſe definitum.* Ignoravit ergo Apoſtolicam hanc legem eſſe. Porrò cùm ad ea, quæ Spondanus ad an. 57. §. 57. & ad an. 136. item ad annum præſentem habet, fusè & copiosè Chamierus l. 19. c. 7. T. 3. Hoſpin. de feſt. Chr. ad 31. Jan. Vedelius in Ignat. part. 2. à p. 49. c. 2. & 3. pertractent, nos illis diutius non immorabimur. Numne verò hodie in papatu fit, quod Telesphorus requirit? An has VII. hebdomadas omnes Clerici à carne & deliciis jejunent, hymnis & vigiliis atque orationibus Domino inhærere die noctúque ſtudeant, ipſi viderint. An. 154.

§. 5.) Eâdem Epiſtolâ Telesphorus inſtituit, ut nocte Nativitatis Dominicæ, Miſſas ter celebrent, & ut ante ſacrificium hymnum Angelicum decantent. de conſecr. d. 1. Nocte S. & c. 6. q. 1. Sacerdotes qui. Litaniæ in Latinorum Miſſa ſuccedit hymnus Angelicus, *Gloria in excelſis Deo* &c. Hunc omnes noni ſeculi, & exinde ſcriptores Telesphoro tribuunt: videſis Dallæ. de cultu Lat. l. 9. c. 7. i. adde Plat. Marian. Scotum, Polyd. l. 5. c. 12. Concil. Pariſ. T. 1. p. 210. At omnes illi autores nonniſi ex adulterinis Pſeudo Telesphori noni ſeculi impoſtoris, & ex Pſeudo Damaſi, in pluribus vitiati & interpolati ſcriptis ſuam ſententiam hauſerunt. Imo tum Telesphori, tum Damaſi teſtimonium pro uno habendum, quia unus ab altero id ſuffuratus. De eodem hymno Bona (f) *Quidam*, inquit, *Apoſtolis tribuunt, eò quòd integer habeatur l. 7. Conſtit. Apoſt. c.* 47. Verùm ipſemet Cardinalis illas Conſtitutiones rejicit. *Alii*, addit idem, *Telesphoro, alii Symmacho adſcribunt: plerique recentiores antiquiores ſequuti, à B. Hilario Pictav. Epiſcopo completum fuiſſe aſſeverant: ſed in vita & ſcriptis Hilarii, & in ſcriptoribus, qui quatuor poſt ipſum ſeculis floruerunt nullum hujus rei veſtigium extat.* Utut ergo apud Athanaſium Hilarii ſynchronum extet, tamen liquet hinc, illum hymnum in Latina Eccleſia uſitatum non fuiſſe; neque ſi apud Athanaſium extet, ſequi ſtatim, ab Apoſtolis fluxiſſe, eóque minus, quia oratione nonniſi Dominica ex ipſius Bonæ confeſſione, Euchariſtiam primitus conſecrârunt, & ejusdem confeſſione, priorum Paparum Decretales paleis annumerandæ. Egregiè ut cœtera omnia, Dallæ. l. al. p. 1202. ita habet; *Conſtat ex Pontificali,*

*Hymnus Angel. in Miſſa.*



f) *Liturg. l. 3. c. 4. §. 4.*

An. 154. *ſicali, & ex aliis multis ſcriptoribus, ante Cœleſtini tempora (i. e. ante an. 423.) non fuiſſe uſitatum, ut hymni in Euchariſtiæ ſacro canerentur: unde illud Pontificale in Cœleſt. Tantùm recitabantur Epiſtolæ Pauli Apoſtoli, & S. Evangelium, & ſic Miſſæ fiebant &c. plura viſe ibidem.* Eidem Telesphoro Faſciculus temporum ætate 6. præceptum aſſignat Evangelia & Epiſtolas ante Miſſam legendi. Id verò Platina Hieronymo tribuit. Hieronymus in apologia contra Vigilantium Conſuetudinem Apoſtolicam vocat, latè nimirum termino ſumpto. Hæc tamen olim non ſimpliciter lecta fuerunt, ut Papiſtæ faciunt, ſed explicata & ad uſum revocata. Vid. Bonam l. 2. c. 20. §. 5. alibi.

*Evangelia & Epiſtolæ in Miſſa.*

Jubet inſuper Pſeudo-Telesphorus, *ut Miſſa Natalis noctu fiat*, & *ut Miſſa ante horæ tertiæ curſum ne de cætero celebretur.* At hæc nonniſi temporibus longè poſterioribus convenire poſſunt, ſiquidem Telesphori ævo familiare ac pene quotidianum fuit, non modò ante horam diei tertiam, ſed & ante ipſum diluculum Euchariſtica ſacra peragi. Adiſis Dallæ. l. all. p. 1200. ſeq. item Larroq. de Euchar. Part. 1. c. 10. p. 211. ex Hugone Menardo in Sacram. Greg. p. 64.

Tertia Decretalis pars de Epiſcopis honorandis & non detrahendis agit: vid. 6. q. 1. Sacerdotes qui. Idem non admitti Laicos vult in accuſationibus. Quaſi verò vel Telesphorus, vel alii Epiſcopi talia habuerint halcyonia.

Quarta pars, de accuſatoribus non recipiendis: *Accuſatori omnino non credi decernimus, qui abſente adverſario cauſam ſuggerit, ante utriusque partis juſtam diſcuſſionem.* 3. q. 5. accuſatores. Et in dec. Stephani P. ac Julii. item 3. q. 9. accuſatori omnino. Non malè. Verùm ita directè contra Inquiſitionis praxin facit.

*§. 6.*) Verùm quid tandem negocii nobis cum tam futili merce. Ecquis barbariem poſteriorum ſeculorum non agnoſcat? In Miſſarum ſolemniis. Epiſcopi obediendi ſunt, non detrahendi, & non inſidiandi (id quod in præcedd. Decretalibus quoque obvium, quo unum eundémque fuiſſe impoſtorem, qui unam eandémque cantavit cantilenam, agnoſces:) item Cavere ſe, pro ſibi. At Linguæ Latinæ puritas anno 150. adhuc viguit. Archiepiſcopum ſe ibi Telesphorus nominat, cùm tamen ſub finem IV. ſeculi, anno circiter 245. poſt obitum illius hoc nomen demum invaluerit. Quomodo perſecutionum dirarum tempore legem ferre tam iniquam omnibus è cavernis & latebris potuit, ut nullus Laicus Epiſcopum arguat, aut accuſet? Quid ſi raptor ſit, aut homicida? Ex ſubſcriptione fraudem oſtendit Blondellus in Pſeudlſid. præf. p. 36. Unde videas cujus momenti ſit, quando inter alia adverſarii ex Telesphori legislatione pro Univerſa Eccleſia argumentantur.

*§. 7.)*

§. 7.) Succeſſit Telesphoro Hyginus, natione Græcus, Athenienſis Philoſophus, obſcurus genere & factis. Decimus ordine Coſtero: octavus Carranzæ; creatus Damaſo, Agricolæ, Coſtero, aliis anno 139. Staravolſcio Baronium ſequuto 154. aux Eſtats 138. Chriſtianorum interea aliorum quoque ſanguis fundebatur in Italia & Gallia, atque aliis occidentis & orientis locis, quos inter Pontianus Spolitetanus, de quo Hoſpin. ad 19. Jan. de aliis vid. Bar. §. 3. At vindex Dei oculus tum alias Imperii provincias, tum ipſam urbem Romam fame, terræmotibus, inundationibus, incendiis ita afflictavit, ut reſcriptum Imperator tum ad Aſiæ populos, tum ad alias imperii partes transmiſerit pro perſequutionis ceſſatione: quod integrum, ſi tituli errorem exceperis, apud Euſ. l. 4. c. 12. & in operibus Juſtini Martyris edit. Pariſ. p. 100. Otto Friſing. hiſt. l. 3. c. 24. (Bar. à §. 5. Spond. §. 3. ex Capitolino, Lipſtorp. format. Monar. P. p. 28. §. 15. Kortholt. de perſec. p. 129.) An. 154. *Hyginus ſuccedit.*

## JESU CHRISTI *Annus* 155. An. 155.

## ANTONINI PII *Imp.* *Annus* 16.

Higini P. an. 2. Coſſ. Præſens & Ruffinus.

---

## JESU CHRISTI *Annus* 156. An. 156.

## ANTONINI PII *Imp.* *Annus* 17.

Higini P. an. 3. Coſſ. Lucius Ælius Commodus & Sextilius Lateranus. Caſſiodoro Tertullus ac Sacerdos.

---

## JESU CHRISTI *Annus* 157. An. 157.

## ANTONINI PII *Imp.* *Annus* 18.

Higini an. 4. Coſſ. Severus & Sabinus al. Sabinianus. Caſſiodoro Quintillus & Priſcus.

JESU

# JESU CHRISTI *Annus* 158.
# ANTONINI PII *Imp. Annus* 19.

*Higinus moritur.*

§. 1.) Pii P. an. 1. Coſſ. Silvanus & Augurinus. Higinus ſ. Genius martyr excedit ex hac vita: vid. Martyrol. ad 11. Jan. Sedit an. 4. m. 3. Bar. Carranzæ. At Coſterus nonniſi habet an. 4. Plat. an. 4. m. 3. d. 4. Pariſ. Collect. an. 4. minus 2. diebus. Fecit ordinationes 3. Presbyteros 15. Diaconos 5. Epiſcopos 6. Sepultus in Vaticano apud B. Petri corpus. De hoc Mantuanus refert, quòd propter calidiſſimas perſequationes frequentius extra Romam vitam eremiticam & ſolitariam vixerit in locis aviis. Non jam hîc errat, ſed fallit & imponit Annalium parens, quando ait, ideo Higinum nonum numero quibuſdam eſſe, cùm revera ſit decimus, quia ex Cleto & Anacleto unum faciant: at hæc vera cauſa non eſt, ſed quòd Petrum inter Epiſcopos Rom. non agnoſcunt, & æquè Paulum ac Petrum illis præmittunt: unde Irenæus: (a) *Fundantes igitur & inſtruentes B. Apoſtoli, Lino Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt.* In Irenæi Catalogo ſi perſonas numeres, fient à Petro ad Clementem quatuor, ad Eleutherium tredecim, computatis extremis. Atqui in his Irenæus Epiſcopos numerat duntaxat, à Petro ad Clementem tres: ad Eleutherium XII. Conſentit Tertullianus. Breviar. Tolet. S. Iſidoro in hymno adv. Marcionem. Sic Euſeb. hiſt. l. 3. c. 2. *Poſt Petri & Pauli martyrium primus Rom. Eccleſiæ epiſcopatum Linus ſortitò accepit.* Epiphanius: *Epiſcoporum in Roma ſucceſſio hanc conſequentiam habuit, Petrus & Paulus, Linus, Cletus* &c. Quòd ſi Paulum urſerint, prout doctiſſ. Abbas Arnoldus admittendum neceſſariò contendit, lubentes ei Petrum collegam & æqualem dabimus, verùm non Papas, ſed Apoſtolos, fundatores & generales Evangelii præcones.

§. 2.) Higini titulo (quibus verbis dubitanter loquitur Cardinalis, unde res geſtas ejus obſcuras vocat) duæ leguntur Decretales. Eas vid. T. 1. Conc. pag. 326. edit. Ven. & p. 215. ed. Pariſ. Harum impoſturam detegit Cocus p. 61. Patet inter alia, quòd verbis vulgatæ Verſionis utatur in citanda Scriptura, & in faſtos conſulares impingat. Nihil inſuper dignum memoratu habet; quòd enim dicitur inſtituiſſe, ut Templa ſolenniter conſecrarentur, & ne eorum numerus augeretur, vel minueretur abſque metropolitani conſenſu, illis temporibus non convenit, quibus nec licebat Chriſtianis ſuperba uſurpare templa, nec metropolitanorum nomen adhuc notum erat inter eos. Higino à nonnullis tribuitur liber de unitate & trinitatate Dei, ſed nullo jure, ut omnes docti conſentiunt.

Prio-

a) l. 3. c. 3.

Priorem Decretalem inutilem reddit & proſternit Blondellus in Pſeud-Iſid. præf. pag.64. & 106. & in opere 189–192. Ea ad omnes Chriſti fideles data, ubi ſe urbis Romæ Epiſcopum nominat, & rectè quidem. At idem quod Univerſalis Epiſcopus eſſe pernegamus. Agit autem 1. de miſſione Filii à Patre. 2. de cauſis Epiſcoporum. 3. de criminationibus majorum. 4. de peregrinis judiciis. Primam Johannis epiſtolam ad Parthos ſcriptam ait: ita veterem ſerram reciprocat dum ait: *Fratres, ſalvo in omnibus Rom. Ecclesiæ privilegio, nullus metropolitanus, abſque cœterorum omnium comprovincialium Epiſcoporum inſtantia, aliquorum audiat cauſas eorum &c.* Neque hodie obſervatur hæc lex, neque peregrina vitantur judicia, quin Roma inceſſanter ab illis, lubens voléns que & invitans, etiam pulſatur. An.158.

Alteram quoque Epiſtolam ejusdem eſſe commatis idem Blond. præf. pag.64. & in tract. 192–194. manifeſtum facit: eſt autem ad Athenienſes parænetica, ut in ſanctitate perſiſtant, in qua Priſcianus in eo inter alia læditur, quòd conſolor paſſivè adhibet.

§.3.) A Gratiano & aliis plura ejus recitantur decreta. Inter alia *patrinum & matrinam Catechiſmo, baptiſmo & confirmationi* adhibuiſſe dicitur. De conſecr. d.4. in Catech. vocantur etiam offerentes, ſuſceptores, compatres & commatres. Occurrunt etiam Conſtit. Apoſt. l. 3. c. 16. alii Gregorio id aſſignant; aliis Teleſphorus inſtituiſſe parentes luſtricos in Baptiſmo perhibetur; hos ἀναδόχους vocitat author recentior, qui ſibi Dionyſii Areopagitæ nomen fecit: *Sponſores* Tertull. de Bapt. cap. 18. quorum luſtricorum parentum origo ab Ethnicis derivata à baptiſmo deinde ad militiam traducta ſatis antiqua eſt: uſu tamen videtur invaluiſſe multum ante tempora Arianorum, ſub quibus, ut loquitur Hier. contra Lucifer. ingemuit totus orbis, & miratus eſt ſe Arianum. Sanè ut tempore perſecutionum ac diſperſionum teſtes haberent juniores ſacræ ſuæ tinctionis, non malè conſultum hac ratione videtur: at verò aliena fide ita ſervari & adjuvari, id cum Evangelio minimè congruit. (*b*) Non plures tamen uno teſte, vel patrino adhibere vetuſta Eccleſiæ conſuetudine licuiſſe Zepper. (*c*) ait, ubi ſimul turpem atque avaram nundinationem & quæſtum in divino hoc Sacramento meritò reprehendit: vid. de conſecr. d.4. in Catechiſmo. Quod ad cognationem ſpiritualem, quam Nicolaus P. cauſ. 30. q. 3. cap. 1. potiùs vellet dici proximitatem ſpiritualem, & quæ impedimentis matrimonii contrahendi annumeratur ab ipſo, ita ut conjugium non potuerit iniri inter parentem luſtricum & filiam luſtricam, vel inter hanc & illius filium, *quandoquidem*, inquit, *nec inter eos, qui naturâ, & inter eos, qui adoptione filii ſunt, venerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt.* Verùm oppidò bene hanc rationem, tanquam futilem, ipſa Gloſſa rejicit, cùm talia conjugia legibus quidem Romanis

*Sponſores in baptiſmo.*

y

b) *vid. Polyd. l.4 c.4. Caſal. c.5. p.35. Zimmerm. §.69. Dalle. de cultu Lat. l.1. c.2. p.10.*
c, *Polit. Eccl. l. 1. c. 14.*

An.158. manis prohibeantur, non tamen Canonicis, ut nec inter tutorem & pupillum, ſenatorem & libertinam.

*Gradus matrim.* §.4.) Alia Higini decreta: *Soboles ex ſecundis nuptiis genita, conſanguineis prioris viri copulari non debet usque ad quartam generationem.* 36.q.10. ſi qua mulier.

*Chriſma.* Idem *Chriſma* inſtituit, ut habet Staravolſcius: alii Urbano I. tribuunt. Num ergo Sacramentum N.T. à Chriſto inſtitutum? De hoc Caſalius c.37. pag.167. Unguntur omnes Chriſtiani bis ante baptiſmum, ſed oleo benedicto primùm in pectore, deinde inter ſcapulas: & bis poſt baptiſmum, ſed Chriſmate ſacro, primùm in vertice, demum in fronte. At nulla primitus unctio in baptiſmo adhibebatur, impoſitio autem manûs & baptiſmus una erat actio, ita deinceps lotio & unctio.

*Vid. an. 162. Dedicatio Templ.* Dedicationem Templorum ſolenni cum ceremonia fieri voluit. Polyd.l.5.c.6. Unde de conſecr. d.1. *Omnes baſilicæ cum Miſſa debent ſemper conſecrari, & Eccleſiæ deſtructæ. ubi aut plures ſunt, quàm neceſſe ſit, aut majoris magnitudinis, quàm ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurari poſſint, Epiſcopi providentia modus inveniatur, qualiter conſiſtere poſſint, aut reſtaurari.* At quæ Templorum hactenus, & porrò in ferventiſſimis tribulationum turbinibus ratio? Caſæ erant, & tuguriola humilia, cryptæ & meatus ſubterranei ad Conſtantini uſque imperium. (*d*) Quicquid ſit, conſecratio rerum ſacrarum olim non erat magica incantatio, vim tribuens ex opere operato, ſed erat ſeparatio ſimplex ab uſu profano & communi, ad uſum ſacrum, quæ precibus ad unum Deum fiebat, ut cederent omnia in gloriam Dei & utilitatem proximi. Singulari verò & publico ritu omnia conventuum loca & res ita conſecratas fuiſſe primitus nemo probabit. (*e*)

*Altare violatum.* Iterum de conſecr. d.1. *Si motum fuerit altare, denuo conſecretur Eccleſia: ſi tantùm parietes mutantur, & non altare, ſalibus tantùm exorzizetur: ſi homicidio, vel adulterio Eccleſia violata fuerit, diligentiſſimè expurgetur, & denuo conſecretur.* At tu certiora vide apud Hoſpin. de Templ. inde à p.444. item 447. & apud nos hinc inde.

In ead. diſt.1. *Ligna Eccleſiæ dedicatæ non debent ad aliud opus jungi, niſi ad aliam Eccleſiam, vel igni ſunt comburenda, vel ad profectum in monaſterio fratribus. In Laicorum verò uſum non debent admitti.* Scilicet nimirum jam tum monaſteria erant.

*Gradus Clericorum.* §.5.) De eodem Damaſus in Pontificali, item Ado in Martyrol. ad 21. Jan. *Clerum compoſuit, & diſtribuit gradus*: alii inſtitutionem graduum clericorum Higino, Cajo, Siricio adſcribunt. Ad quæ Bar. (*f*) *Cùm, quæ ad Eccleſiaſticam pertinent hierarchiam, jam à temporibus Apoſtolorum compoſita ſint* (quis credat, aut demonſtret?) *ab Hygino aliqua antiquæ formæ fuiſ-ſe*

*d*) *vid. Hoſpin. de Templ. Bulling. Orig. err. pag.56. alios* (*e*) *Larroq. part.1.c.7.p.154.* (*f*) *Spond.§.1.*

*ſe addita, vel eadem illuſtrata, æquum eſt exiſtimare.* Scilicet uſitato hoc ſub- An.158.
terfugio conſulere malæ rei annititur. Et falſa laborat hypotheſi Cardinalis, nec meliorem inde conſequentiam deducit. Indicare debebat, quæ addita & quomodo. Polydorus l.4.c.7. *Romani,* inquit, *Pontifices Hebræorum ſecuti inſtitutum, primi omnium ſacris quibuſdam initiare cœperunt Oſtiarios ſeu Janitores, Lectores, Exorciſtas &c. quos quidem ordines Cajus Rom. Pontifex primus diſtinxit, quibus tanquam quibuſdam gradibus ad Epiſcopatum aſcenderetur. Nonnemo id Igino Pont. qui diu ante Cajum ſedit, aſſignat, cum quo me conſentire minus pœnitet: nam ſic fieri potuit, ut quod Iginus inchoarat, Cajus ritè perfecerit. Atque tunc primùm cœperunt apud nos Sacerdotes novis & ſacris initiari ordinibus &c.* Non igitur divina eſt Ordinum S. inſtitutio, neque Apoſtolica: quin diſceſſum à primæva ſimplicitate. Rectè de hoc Blondellus (g) ad Damaſi & Adonis verba: *Ea inauditum antea inter Latinos de Seniorum primatu in electitios præpoſitos deinceps transferendo decretum innuere crediderim &c. Sublatis igitur maxima ex parte Senioribus illis, qui ab Apoſtolis ipſis ordinati fuerant, novi moris initio facto, presbyteriorum præpoſitos ſuffragiis in poſterum creari placuit &c. Sicut anno Domini 135. Hieroſolymis factum &c. ſic jam Romæ ob Apoſtolicæ illius primæ ſucceſſionis defectum, nova regiminis forma introducta eſt &c.* In argumentum hujus ſententiæ adhibet, quòd poſt cleri compoſitionem ab Higino inſtitutam, Sedes Romana per quadriennium vacârit. At nulla electione opus fuiſſet, ſi penes Seniorem hæc prærogativa manſiſſet, & ſi hæc innovatio omnibus probata fuiſſet.

*§.6.)* Gradus dari inter clericos ſano ſenſu non negamus, utpote inter Seniores & Juniores; ſic inter inſpectores & inſpectioni ſubjectos: rejicimus verò dignitates illas Eccleſiaſticas quas prælaturas vocant, quibus dominandi poteſtatem concedunt, cùm ſumma eſſe debeat Verbi Miniſtrorum æqualitas & fraternitas. De VII. vel IX. Ordinibus Papiſticis nil in S. Pandectis, neque ipſum Epiſcopum, ſtrictè ſumtum, in illis invenias. Dionyſius in Hierar. Eccl. c.5. tres ordines ſeu gradus recenſet, Pontificum, Sacerdotum, Miniſtrorum. Canones Apoſt. quinque Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Lectorum & Cantorum. Similiter quinque habet Ambroſius comment. ad Epheſ.4. ubi tamen loco Cantorum ponit Exorciſtas. Ignatius Epiſt. ad Antioch. & Epiph. in fine Panarii, octo habent, ac κοπιῶντας ſeu laborantes addunt. Adjicit etiam Ignatius Confeſſores. Canoniſtæ d.23. & 25. Pſalmiſtas adjungunt, ſicque novem habent. Varia de hoc themate Grat. d.21. ubi inter alia non tantùm ex Moſaica Lege, ſed ex Ethnicorum quoque conſuetudine graduum ſuorum diſtinctionem derivat. Singulorum Ordinum officium diſt. 25. videbis. Tu confer cum his Aretii probl.62.

 §.7.) Hi-

g) *De Epiſc. præf. p.31. & in ipſo tract. p.18. collat. cum Hammondi diſſert. 5. c.10. p.285.*

*Pius I. fit Papa.*

*§. 7.)* Higino Pius I. ſucceſſit, Italus Aquilejenſis, filius Ruffini, frater Paſtoris, ut quidem habet Pontificale. Higinum anno 142. 11. Jan. ſublatum ait Blond. (*b*) ſedémque 4. annis vacâſſe, uſque ad conſulatum Clari & Severi, cum anno 146. concurrentem. Quod ſi ita, nonne Eccleſia ſine Viſibili Capite ſubſiſtere poterit? Notat Bar. §. 3. antiquorum aliquos Pium poſt Higinum ponere, alios verò Anicetum, cui Pius ſuffectus ſit. Idem refert Collector Concil. edit. Pariſ. T. 1 p. 221. ſine dubio ob allatam jam rationem. Pius Carranzæ IX. Papa dicitur: Coſtero XI. Starav. XII. Idem Pius electus Damaſo anno 150. Coſtero & Agricolæ 143. Carranzæ 147. Euſebio & Blond. 146. Herm. Contracto 140. eíque nonus dicitur, ut & Calviſio ad an. 142. ex Euſebio.

*b) De Epiſc. pag. 190.*

An. 159.

# JESU CHRISTI *Annus* 159.

## ANTONINI PII *Imp. Annus* 20.

*Decretum Pii de celebrando Paſchate. Teſſares cædecatitæ.*

*§. 1.)* Pii P. an. 2. Coſſ. Barbarus & Regulus. Ex Baronii relatione decretum facit Pius de celebrando Paſchate ſeu reſurrectione Chriſti die Dominico, contra Judaizantes, qui 14. luna Paſcha celebrabant, unde Teſſarescædecatitæ, vel Quartadecimani dicti. Alii quidpe in Aſia fortè Johannis Apoſtoli exemplum ſecuti eodem cum Judęis die celebrandum, nempe XIV. Luna; Alii in Eccleſia Rom. in diem Dom. Paſcha referendũ cenſuerunt, quòd eo die Dominus ex mortuis reſurrexiſſet. Natum hinc diuturnum in Eccleſia ſchiſma, Epiſcopis Romanis inſolentiùs negocium tractantibus. Pius autem primus fuiſſe fertur, qui inductus Hermetis libro Paſtorali, in quo Angelus Paſtoris perſonam induens tale quid ei mandarat, ſanxit ut die Dom. Paſcha celebraretur. Manſit hoc ſchiſma uſque ad magnum Concilium Nicenum, in quo Cæſarea auctoritate Conſtantini M. ea res ſopita. Hiſtoriam certaminum Euſeb. lib. 5. c. 21. recenſet. Pium poſtea plures Pontifices ſequuti, ut idem Euſ. in Chron. habet. Adde Polyd. l. 6. c. 7. Arnd. Ant. p. 412. & Calviſ. Iſag. in Chron. cap. 16. Ergo jam Papatus Rom. alios ſubjugare tentavit. Ergo plures aliæ Eccleſiæ, eæque ſplendidæ illi ſe opponere auſæ, quæ tamen nihilominus verè Catholicæ ab aliis habitæ. Confer Bellar. l. 3. de cultu Sanctorum c. 16. §. quomodo Victor. Hermes autem hujus Pontificis frater dictus, librum ſcripſit, cui titulum dedit Paſtor, in quo refert, quòd ei præceperit Angelus Domini, habitu Paſtoris ad ſe veniens, ut Paſcha die Dom. celebraretur. Hinc & Baronius (*a*) hanc legem Pio ab Angelo revelatam dicit: Itaque ad revelationes ejuſmodi provocabat, & hanc ſuam

*a*) §. 1.

ſuam legem tanquam neceſſariam & divinam venditabat. Attamen eam A-ſianæ Eccleſiæ,ceu Rom. Sedi non ſubjectæ, non attendebant. An.159.

§.2.) Neque verò hanc legem pro Eccleſia Univerſali fecit Pius, quandoquidem Polycarpus Smirnenſis Epiſcopus, ſub Aniceto Romam venit collaturus cum illo: de quo ita Euſeb. (b) *Cùm B. Polycarpus Romæ ſub Aniceto ageret, ac propter alia minuta quædam inter ſe diſcrepâſſent, mox conciliati ſunt, de hoc vero capite nihil inter ſe contenderunt. Neque enim Anicetus Polycarpo ſuadere poterat, ut ſervaret, quæ cum Johanne diſcipulo Domini noſtri, ac reliquis Apoſtolis, quibus cum fuerat converſatus, ſemper ſervaverat: nec Polycarpus Aniceto ſuaſit ut ſervaret, qui ſibi Presbyterorum quibus ſucceſſerat, conſuetudinem ſervandam eſſe dicebat. Et cùm iſta ſic haberent, communionem inter ſe habuerunt.* Ubi nota, Non Petri, ſed Johannis maximam rationem haberi: nec Johannis ſolius, ſed & reliquorum Apoſtolorum traditioni adſcribi, neque ad Romanam provocari Eccleſiam. Presbyteros Rom. Eccleſiæ eoſdem eſſe qui Epiſcopi. Graviter peccâſſe Victorem, qui propter diſcrepantiam Paſchatis Aſiaticas excommunicavit Eccleſias. Nullam hîc Petri & Pauli traditionem obtendit Euſebius. Sed permittatur licet, eo ipſo res libera & indifferens fuiſſe probatur, quia aliter Johannes Paſcha celebravit. Ultimus Apoſtolorum obiit Johannes, neque decedens aliud mandavit, prout ex illarum Eccleſiarum praxi apparet. Nec aliam illarum Eccleſiarum, quàm verò Romanæ, rationem habendam fuiſſe dicendum, quoniam non minus Romæ, quàm alibi, Judæi fuerunt, ſeu infirmi. Ecquid opus fuerat revelatione, ac Pii legislatione, ſi Petri & Pauli erat mandatum, ſi Chriſti inſtitutum?

§.3.) Malam cauſam defendiſſe, vel peccaviſſe Romanos in hac temporis obſervatione, inpr. ne Judaizarent, non dicimus, ſed tamen neceſſitatem imponere, maximè aliis etiam Eccleſiis minimè poterant, neque offendere alios hac ratione debebant, prout ſuo loco ex Irenæo & Polycrate audiemus: vide Socr. l.5.c.κβ. Alii igitur dijudicent, qua fronte Cardinalis noſter (c) Polycratem, Polycarpum & Irenæum (quibus viris nihil ferè habet ſanctius aut venerabilius omnis Chriſtianorum antiquitas) mendacii arguere non vereatur, quòd Johannem Apoſtolum diei Dominicæ Paſcha tradidiſſe negarent: & dum ad an.167.§.10. B. Polycarpum, ſublata Lege Judaizantem facit. Aliud verò ex Ignatio teſtimonium, quàm ex ſuppoſita epiſtola ad Philippenſes nobis promat Annaliſta, quin hoc ipſo genuinam non eſſe probamus, quia contrarium, ſcil. Johannis Magiſtri ſui, ſecutus fuit inſtitutum. Puerile eſt, quando de diei Dominicæ inſtitutione, ſeu obſervatione, tum ex Joh. Apoc. cap. 1. tum ex Ignatii epiſtola ad Magneſianos infert, nec enim unum tollit alterum, vel ponit. Unde apud Aſianos, ubi docuit Johannes, invalida erat argumentatio. Abſit tamen ut B. Johannem



b) l.5.c.26. (c) §. 3.

An. 159. Quartadecimanorum caput facere conemur, quoniam hi neceſſitatem ſtatuentes, ſicque Evangelii libertatem negantes, ſecundùm Legem Moſis Paſcha celebrandum ſtatuere. Nec revera Orientales ad Johannem, nec Occidentales ad Petrum & Paulum rectè provocabant, quia utraque pars ſua libertate uſa, nec ulla legem impoſuit, nec in ullam contentionem & certamen ea diverſitas venit.

§. 4.) Nihil itaque ex hac Pii nomotheſia, pro Rom. Epiſcopi Monarchia, ob allatas rationes concludunt. (d) Neque etiam hæc Pii lex ab Euſebio ſcripta, neque ab Hieronymo addita, teſte magni Scaligeri editione: ſed ab otioſis quibusdam fortè ex eadem falſa Decretali ejuſdem non bono ſtudio inſerta. De hoc laudatus Euſ. (e) *Variis Conciliis celebratis decretum factum, ut non alio die, quàm Dominico, myſterium Domini reſurrectionis à mortuis celebraretur.* Quanquam ne id quidem omnes Eccleſias obligavit, donec confirmatum eſt à Concilio Niceno. Ex quibus tum Pii, tum Victoris ſatis inſolentis, auctoritatem tanti non factam liquet. Itaque hanc primam inter Chriſtianos, poſt Chriſti, & Apoſtolorum tempora controverſiam de Paſchate ortam Witakerus præfat. de Rom. Pontifice §. 4. docet. Quare non bene Baronius: (f) *Jure Pius, ne ob altercantium ſtudia convelleretur, quæ ab Apoſtolis de ea re traditio eſſet, eandem decreto edito ſtabiliendam curavit.* Si enim decretum fuit quod ſanè non concedimus, nec univerſale fuit, nec traditionem & pacem ſervavit.

Hermes. §. 5.) Sed annon hoc peſſimæ rei nota, dum in tali negocio ad fictas revelationes confugiunt, ac ſub ejuſmodi larvis decipiunt? Ut enim decretis Papalibus, quæ ne quidem Papalia ſunt, Apoſtolicam traditionem affingunt adverſarii, ita cùm hæc per ſe non ſatis authoritatis habere viderentur, per viſiones & revelationes ea ſtabilire cupiunt; ideo Angelum Hermæ varia mandata dediſſe comminiſcuntur, contra 2. Theſſ. 2. 2. Hunc Hermen ſalutari à Paulo Rom. 16. 14. plerique volunt. Valdè igitur grandævum fuiſſe oportet. Inter iſtam ſalutationem & Pii Pontificatum intercedunt anni ad minimum centum, & qui ſalutabatur non erat infans, ſed vir gravis, notus Apoſtolo ex operibus bonis. De illo libro Hier. in Scriptoribus Eccl. *Apud quasdam Græciæ Eccleſias etiam publicè legitur. Revera utilis liber, multique de eo ſcriptorum veterum uſurpavere teſtimonia; ſed apud Latinos penè ignotus eſt.* Confer Adonem, paſſionale Rom. & in illud Bar. ad 9. Maji. At quî Latinus & Romanus ſcriptor Græcis magis, quàm Latinis, quorum tamen ſententiam defenderat, quoque nitebantur, magis innotuit? Unde Bell. de Scriptoribus ſtatuit diverſos eſſe autores & libros, Hermetis autem ſeu fratris Pii interiiſſe, alterum Hermæ reliquum eſſe. Itaque unum eſſe nomen negamus. Quare Paſtoris librum jure proſcribit Cocus in Cenſura Patrum

d) *vid. Cham. T. 2. l. 13. c. 17. §. 3. Novit. Moline. l. 3. c. 2. p. 292. Carol. Mol. I. C. contra Ruf.* 137. (e) *l. 5. c. 22.* (f) § 4. *Spond.* § 2.

Patrum pag.23--25. item Gerhard. in Patrol. à p.1.& etiam Tertull. l. de pudicit. cap.10. Ipſe Baronius §.5. ait, ſi innotuerit Latinis hic Paſtoris liber, tamen inter Apocrypha numeratum, qui quidem legi publicè potuerit, non tamen citari ad fidem Catholicam probandam. Viſe Euſ. l. 3. c. 3. Alios etiam hoc nomine Paſtoris venire, & quidem Presbyterum Rom. ſub Pio paſſum Bar. ad 26. Julii ait, ut ſcopulos nim. inextricabiles evitet, cujus nomine Titulus extat in Viminali apud S. Pudentianam, juxta Martyrol. De quo Titulo vid. ad an.44. §.37. quem Ado loco adducto, priori Paſtori ſeu Hermæ adſcribit. De titulo alibi jam actum, tu Baronium ad Martyrol. 26. Julii literâ f. confer, inpr. eundem hoc anno §. 8. quæ omnia illi remittimus. An.159.

§.6.) Eum Paſtoris librum, qui Angelicam revelationem complectitur, vel alium habere ejusdem nominis auctorem, quàm alter ille, vel diverſa eſſe ſcripta, quia revelationis hujus hiſtoria in altero illo non occurrit; quin etiam diverſo tempore conſcripta Bar. (g) judicat. Hermæ ſcripta vid. Bibl. Patr. edit. Baſ. præf. pag. 14. & in opere p. 599. ad 643. in Pariſ. T. V. p. 1. ubi author Apocryphus ſeculi I. vocatur Poſſev. appar. t. 2. tit. Paſtor: *Hic*, inquit, *qui modò extat, habetur ſuppoſititius à viris doctiſſimis.* Iterum cenſura, operi præfixa Biblioth. Patr. T. 1. *Dubitandum nullo pacto eſt, libellum hunc Paſtoris, ut modò ſcriptus habetur, ab Herma Pauli diſcipulo non eſſe conſcriptum, cùm & hæreſibus et fabulis ſit oppletus; eum S. Gelaſius in Rom. Concilio inter Apocrypha abiicit: item & S. Proſper libro contra Caſſianum c. 30. nullius authoritatis pronunciat eſſe. Veriſimile eſt ab hæreticis depravatum.* Duas vias, item Judicium Petri quidam hunc librum vocârunt, quò plus illi authoritatis conciliarent. *Tres libri hodie Hermæ adſcripti extant (h) quorum primus quatuor Viſiones continet, inſcribiturque Eccleſia: ſecundus XII. mandata moralia habet, & vocatur Paſtor; tertius ſimilitudinum liber eſt, quo X. ſimilitudinibus moralia quædam docet, quæ ſimplici docendi genere longè faciliùs tradidiſſet, libri ut vetuſti, ita fabuloſi, in quibus contra Apoſtoli conſenſum aſtruitur liberum arbitrium, una pœnitentia, ſolitudo monaſtica, & purgatorium ab anu quadam, viſione tertia revelatum.*

§.7.) Idem Paſtor errores quosdam noxios habet alios, illum præſertim, ubi duos genios ſtatuit, unum bonum, malum alterum, ſingulis ab infantia deſtinatos & aſſignatos, quem errorem quoque propugnat Caſſianus Semipelagianus. Copioſiùs de Paſtore Blondell. de Epiſc. pag. 16--18. ubi ex illo probat, Romæ jus primæ Cathedræ ſive Sedis communi presbyterii ſeu fraternitatis ſuffragio majori natu delatum, ei, qui poſtea Epiſcopus κατ' ἐξοχὴν fuerit dictus; ibidémque communi Seniorum conſilio regi ſolitam fraternitatem: Cleri inſuper poſt Apoſtolos duos tantùm gradus facere, Epiſcoporum, qui Eccleſiis; & Diaconorum, qui miniſteriis præſunt.

Cum

g) §.7. *Spond* §.4. (h) *Rivet. Crit. S. l.* 1. *c.* 12.

An.159. Cum quibus confer Hammond. diſſert.2.cap.7.§.7. inpr. diſſert. 5.c.9.§. 3.-17.

Notandum inſuper, quòd Hermas in multis Angelorum apud ſe, quas deſcribit, apparitionibus, nusquam narrat ullum eorum, qui ſibi viſi ſunt, à ſe fuiſſe adoratum.

Inter alia ſimilitudine quinta de jejuniis multa diſputat, & genus quoddam jejunii ſtationem vocat, ubi ita Angelus Hermæ mandat: *Die jejunii nihil guſtabis niſi panem & aquam, & ſupputato ſumtu, quem facturus eras, illum da pauperibus.* Item: *Si mandata Domini cuſtodieris, ſcriberis cum electis: ſi autem præter ea, quæ mandavit Dominus, aliquid boni adjeceris, honoratior eris apud Deum, quàm futurus eras.* Idque probat hac ſimilitudine: *Si ſervus diligentiùs, meliùs & rectiùs aliquid, quàm à Domino mandatum erat, efficiat, Dominus adeò hoc probat, ut faciat eum cohæredem filio.* At. 1. In S. Scriptura de prohibitione certorum ciborum nullum extat mandatum. 2. Neque fundamentum cultûs eſt ἐθελοθρησκεία ſive opera ſupererogatoria & meritoria.

Dionyſii Viennenſis Epiſcopi & Confeſſoris memoria in Martyrol. Rom. ad Maji 8. ponitur.

An.160.

## JESU CHRISTI *Annus* 160.

## ANTONINI PII *Imp. Annus* 21.

Pii P.an.3. Coſſ. Tertullus & Sacerdos. Circa hoc tempus ſublatus cenſetur Vitalis Ravennæ, Pater Gervaſii & Protaſii: Martyrol. Ado & Hoſpin. ad 28. Apr. Alius ibidem Vitalis vixit, Coævus Venantio Fortunato, circa an. 570. uti vult Bar.

S. Antigius VI. Brixienſ. Epiſc. cujus memoria eſt 18. Kal. Dec. Ei ſucceſſit S. Evaſius anno 206. de quo 4. Non. Dec. ut habet Ughellus Ital. S. T.4. pag.728.

S. Agrippinus VI. Neapolit. Archiep. VII. Euſtaſius, circa an. 180. ut eidem T.6. p.34.

An.161.

## JESU CHRISTI *Annus* 161.

## ANTONINI PII *Imp. Annus* 22.

Pii P. an.4. Coſſ. Quintillus & Priſcus. S. Ammonius fit Epiſc. Derthonenſis: cujus memoria agitur d.19. Jan. Succeſſorem nactus S. Terentianum an.176. martyr an.187. 1. Sept. Eum excepit Conſtantinus circa an. 187.

187. Sequitur Laurentius circa an. 246. ut placet Ughello Ital. S. T. 4. p. 852. An. 161.

Plures barbaras gentes, æquitate Imperatoris permotas, ſponte ejus faſcibus ſe ſubdidiſſe Baronius ex Euſebii docet chronico. Contrà Uſſerius in Antiq. Brit. p. 1076. ad hunc annum notat ex Capitolino, in vita M. Aurelii Antonini, ſub initia Imperii ipſius imminuiſſe bellum Britannicum.

# JESU CHRISTI *Annus* 162. ANTONINI PII *Imp. Annus* 23.

An. 162.

Pii P. an. 5. Coſſ. Vibius Barus, & Annius Bradua. De Pudentianæ virginis martyrio Romæ exantlato vid. Martyrol. ad 19. Maii. Ubi hoc inter alia commendatur, quòd ipſa multis martyribus ſepulturas exhibuerit: quare honeſtè olim ſepeliebantur martyres, ita ut malè ſecus hodie fiat in Lat. Eccleſia. *Pudentianæ martyrium.*

Ibidem paſſus fertur Novatus, filius Pudentis Senatoris, & frater Timothei Presbyteri, ut & Pudentianæ atque Praxedis; quorum domus in Eccleſiam, Paſtoris titulo commutata, ut habet Martyrol. Rom. ad 20. Junii. Verùm utut per Titulos majores Eccleſias intelligant, tamen hoc tempore tales nullas adhuc extitiſſe alibi à nobis factum eſt manifeſtum: ſimplices ergo & occulti conventus habiti, qualia loca dominium ſeu poſſeſſorem non ſtatim mutârunt. Merces autem tam fallaces non recipimus, Epiſtolam ſcil. Paſtoris ad Timotheum, & hujus ad illum, quas Bar. §. 2. & 3. exponit. Dedicationem Templorum, altarium &c. Higinum conſtituiſſe ſuppoſitum ſuprà ad an. 158. §. 4. vidimus. Nunc Pium id effectum dediſſe prætendunt, quando rogatus à Praxede thermas Novati in honorem ſororis ſuæ Pudentianæ dedicârit, adeoque Eccleſiam majorem ſeu Titulum Romanum conſtituerit, in eóque baptiſterium conſecrârit, ac ibi dona multa obtulerit: quaſi dives jam Papa & à periculis liber: idem in Cœciliæ, Suſannæ ſeu Gabinii & Lucinæ domibus feciſſe contendunt Urbanum, Cajum & Marcellum (*a*) Reſp. 1. At vix Chriſtianis prorepere & aſpicere lucem licebat. 2. Pauperculi erant Epiſcopi Rom. & plerunque latitantes. 3. Idololatricum eſt in alterius, quàm in ſolius Dei honorem templum conſecrare. 4. Annon diu ſine loci dedicatione prædicabant, & abſque fontium atque fluminum conſecratione tingebant; nec Epiſcopi ſoli, ſed & alii quoque? (*b*) Evolve Hoſpin. de Templ. à p. 444. Quid veteribus fuerit & ſignificarit dedicatio vide Whelocum in hiſt Eccl. Bedæ l. 5. c. 4. p. 376. ſeqq. ubi Deo factam videbis

Z

*a*) *vid. Plat. item Polyd. l. 5. c. 6. Carriere chronol. Pontif. p. 11.* (*b*) *vid. Blondel. de Epiſc. p. 166.*

An. 162. bis. Simplex olim deſtinatio fuit ad uſum ſacrum precibus & orationibus ad Deum: at hodie ritus nonniſi ſuperſtitioſi, oblationes & dedicationes in honorem Sanctorum tum Angelorum, tum hominum, de quibus Caſalius c. 33. à p. 135. & p. 138. ubi cauſas talis conſecrationis partim Moſaicas & ſuperſtitioſas, partim frivolas adducit.

An. 163.

## JESU CHRISTI *Annus* 163.
## ANTONINI PII *Imp. Annus* 24. *Baronio.*
## M. AURELII } L. VERI } *Imp. Annus* 1. *Spondano.*

*Antonini mors.* Pii P. an. 6. Coſſ. M. Aurelius III. & Lucius Verus II. Moritur Imperator apud Lorinum villam ſuam, de familiaribus & aliis optimè meritus, unde ei divinos honores decrevit Senatus: doctus etiam & literatus, unde inter alia libros de ſua vita ſcripſit, & ſub Phlegontis liberti nomine edidit. Multas gentes bello devicit, aut rebellantes vel repreſſit, vel contudit. Vide de hoc Imp. Kortholt. p. 135. Ab ejus exceſſu duo ſimul regnare Imperatores collegæ primùm ſunt viſi, *Duo Impp.* Divi fratres ex Antonini adoptione dicti, ita tamen ut M. Aurelius tum ob virtutem, tum ob ætatem L. Verum tanquam Filium haberet, & Lucillam filiam ei deſponſaret, dictus aliàs M. Aurelius Antoninus Philoſophus. *(a)* Quæritur ergo num imperium ſit Monarchicum, an Ariſtocraticum ſeu Oligarchicum, ſicut Petrus & Paulus unum Caput Eccleſiæ Rom. conſtituuntur. (*b*) Cœterò quæ Annaliſta Bar. (*c*) de Lucillæ exorcizatione ex Metaphraſta, per Albercium Hierapolitanum Epiſcopum facta, deque omnium loci illius orthodoxia, ac Imperatoris frumentaria remuneratione erga eundem, ταῖς φλυαρίαις accenſemus.

*a) vid. Kortholt. l. all. à p. 136. (b) vid. Kipping. l. 1. c. 13. §. 4. inpr. Rupert. in hiſt. Univ. p. 323. (c) à §. 11. Spond. §. 5.*

---

An. 164.

## JESU CHRISTI *Annus* 164.
## M. AURELII } L. VERI } *Annus* 2.

*Perſecutio V. al. IV.* §. 1.) Pii P. an. 7. Coſſ. Junius Ruſticus, & Vectius Aquilinus. Perſecutio V. excitata ut numerat Sulp. Severus l. 2. quartam vocant Euſebius, Oroſ.

Oroſ. Hier. (a) alii eandem ad an. 168. referunt. Licet autem publica lege non fuerit promulgata, privatis tamen reſcriptis ad Proconſules, ut omnes publicè Diis ſacrificarent, promota fuit. Sicut verò Juſtinus Martyr circa an. 150. Apologiam pro Chriſtianis ad Antoninum, ita nunc aliam ad Senatum & Imp. dedit, eò quòd Creſcens Philoſophus Cynicus (quem φιλόψοφον i. e. ſtrepitûs popularis & inſolentis arrogantiæ amatorem vocat) & alii ejuſdem furfuris, odium apud Imp. conflarent, traducentes pios, quòd eſſent Deorum contemptores, Reip. ſub prætextu Philoſophiæ perturbatores; familiarum, ſub caſtitatis ſpecie, ſciſſores. (b) Hæc Apologia præpoſtero ordine in editione Pariſienſi priori præmittitur. De eadem perſecutione Eutychius Patriarcha, (c) ubi priorem Imperatorem vocat Marcum, alterum Antonium Severum: de quo ita: *Magna hic calamitatis & triſtitiæ diuturnæ Chriſtianis author fuit, multis ſub ipſo martyrium paſſis. Ejus tempore magna fuit fames, ſiccitásque & peſtis, dum per biennium non plueret.* (d) *Adeo ut parùm abeſſet, quin & Rex; & populus fame & peſte perirent: rogati igitur Chriſtiani, precibus ſuis magnam pluviæ copiam à Deo impetrârunt, ut & fames & peſtis ſublata fuerint.* An. 164.

§. 2.) Paſſa Romæ perhibetur Praxedes, ac ſepulta NB. juxta ſororem Pudentianam: d. 21. Julii

Item Ptolomæus & Lucius, de quibus Juſtinus Martyr & Euſ. & ex illis Bar. à §. 18. ſeq. Kortholt. p. 173. vid. Martyrol. ad 19. oct.

*a) Kortholt. à p. 139. (b) vid. Zimmerm. in Tertull. p. 71. §. 97. & 99. (c) p. 360. (d) Bar. ad an. 176. §. 5. 6. 9. 22.*

# JESU CHRISTI *Annus* 165. An. 165.

## M. AURELII } L. VERI } *Annus* 3.

§. 1.) Pii P. an. 8. Coſſ. Papirius Ælianus & Junius Paſtor. Juſtinus Martyr Creſcente Cynico inſidias ſtruente, Apologiæ nuperæ mercedem accipit, dum una cum aliis Martyr fit. (a) Ejus mortem Calviſius ad an. 165. collocat, quem ſequitur Blondellus p. 21. de Epiſc. Decollatus autem Romæ, quòd nimis liberè præfectorum ſeu Magiſtratuum & Cæſaris caſtigaret crudelitatem, & quòd Creſcentem Philoſophum publica diſputatione ſuperâſſet. Nævis non caruit: Chiliaſtarum dogma ſecutus; libero arbitrio in rebus ſpiritualibus favit: juſtificationem in Lege naturæ & Moſis olim *Juſtinus Martyr tollitur.*

Z 2 ſitam

*a) De hoc Euſ. l. 4. c. 15. ſeqq. Hier. in voce. Forbeſ. Inſtr. l. 1. c. 3. § 14. Arnd. antiq. p. 873. ad 176. Gerhard. Patr. ex Bellar. Regenvolſc. hiſt. Slav. l. 3. p. 299. Magdeb. & Hoſpin. ad 13. Apr.*

An. 164. ſitam fuiſſe: animas piorum etiam ante Chriſtum mortuum fuiſſe ſub poteſtate Diaboli: eſſentiam divinam eſſe finitam: modum generationis Filii Dei æternæ ſimilitudine potiùs rerum terrenarum exprimere, quàm myſterium fidei imperveſtigabile, rationem captivando, commendare voluit. (*b*) In Dial. cum Tryph. ſtatuit Gentilibus à Deo ſolem, lunam, aſtra data, ut adorarent ea, ne eſſent ſine religione penitus, ut hac ratione ad Deum appropinquarent; inde ipſos Philoſophos, Socratem nominatim μ϶ λόγȣ vixiſſe, & Chriſtum ex parte cognoviſſe, adeoque ſalutem conſequutos fuiſſe affirmavit. Apol. 2. dicit Herodem Judææ imperâſſe, quando Ptolomæus Philad. libros S. traduci curârit. De ipſius ſcriptis Euſ. l. 4. c. 17. Cocus Cenſura Patr. p. 118--120. Rivet. Crit. S. l. 2. c. 5. Friſ. Bibl. Micræl. hiſt. Eccl. l. 2. §. 1. p. 56. alii. Lambec. B. T. 4. p. 249. De eodem Mareſius in ἀνεκδότῳ: *Pleraque ex ejus operibus non extant, nominatim ejus Pſaltes, & liber de anima, & quod ſcripſit contra Marcionem, item epiſtola quam ſcripſit Papæ.* (nomen eſt proprium.) *Falsò illi adſcribuntur quæſtiones ad orthodoxos numero 146. quas illius non eſſe in confeſſo eſt, maximè quod ibi citentur Origenes & Irenæus, ipſo juniores. Eidem malè inſcriptus etiam liber Expoſitio fidei, adſtipulante ipſo Bellarmino, & probantibus è noſtris Riveto, Sculteto &c. qui recentior videtur ipſo Concilio Niceno, cujus quoque veteres inter opera Juſtini non meminerunt. Non erat autem quur Bellarminus Juſtini epiſtolam ad Zenam & Serenum, quæ tota conſtat præceptis moralibus, vocaret in dubium, cum nihil habeat indignum tanto ſcriptore. Ejus extra dubium eſt liber de Monarchia, licet de eo nonnulli dubitent.* De quæſtionibus Hoſpin. de Mon. p. 26. b. Dallæ. de cultu Lat. l. 1. c. 10. p. 47. f. & l. 2. c. 17. p. 185. De ejuſdem operibus Biblioth. Patr. ed. Pariſ. videbis p. 20. & in opere p. 1947. ad 1966. De Juſtino Drelinc. au faus Viſ. §. 22. poſt Apoſtolos, & Clementis Epiſtolam ad Corinthios, primus eſt Juſtinus, cujus ſcriptum ſine contradictione recipitur.

§. 2.) Nunc pauca ex Juſtini ſcriptis delibemus. In fine cohortationis ad Græcos: *Undequaque & modis omnibus ſcire convenit nullo planè pacto aliter, aut aliunde de Deo, vel de recta religione diſci quicquam poſſe, quàm à Prophetis ſolis, qui divina inſpiratione afflati vos docent & inſtituunt.* Et paulò ſuperiùs: *Tempus jam eſt, viri Græci* &c. *vos divinis Prophetarum vacare libris, & ex eis veram addiſcere religionem* &c. Ita traditiones rejicit Epiſt. ad Zenam & Serenum de vita Chriſtiana in. In Dial. cum Triph. *Non humanis traditionibus & doctrinis juſſi ſumus à Chriſto ipſo credere, ſed eis, quas B. Prophetæ promulgârunt, & ipſe Chriſtus tradidit.* En traditionum terminum, quem malè Latini vulgò detorquent! Ipſe Juſtinus in hoc ſuo Dialogo confugiebat ad S. Scripturas, ut in omnibus tutus eſſet. Sic Apol. 2. ἀνοήτȣς judicat, qui ſoliti ſunt τὰ ἔθη περὶ τῆς ἀληθείας τιμᾶν.

Ut

*b*) *Dallæ. de Patr. p. 255. & 287. Molinæ. Novit. l. 1. c. 49. Arnd. 749. ſeq.*

Ut in priori, quæ aliàs tempore poſterior, ſic & in poſteriori Apologia An. 165.
Juſtinus ſolicitè petit ab Imp. Antonino Pio & L. Cæſare atque Senatu Rom. ut ſuſcipiant cognitionem cauſæ Chriſtianorum, tum quoad vitam, tum quoad doctrinam. Id quod ſanè pro politica poteſtate in Eccleſiaſticis, & Clericorum ſubjectione facit.

§. 3.) Religionem veram non æſtimandam qualicunque antiquitate & duratione, nec conſuetudine, quantumvis diuturna, ſed antiquitate divina, ſtatim poſt initium prioris Apologiæ probat, dum ait: *Qui verè Pii & Philoſophi ſunt* &c. Idem in Dialogo: *Verba* (Scripturæ S.) *nos ut veterum priorum morum obliviſcamur, docent, & ſic habent: Audi filia* &c. Et Epiſt ad Diognetem, non procul ab initio: *Age igitur, poſtquam teipſum à cunctis cogitationibus mentem tuam præoccupantibus* &c.

Ib. Apol. 2. Quia Chriſtiani dæmones ſeu idola non adorârunt, nec invocârunt, ἄθεοι habiti ab Ethnicis. At Juſtinus ſe Patrem, Filium & Spiritum S. colere, adorare ac cum oratione & veritate venerari regerit. Quod pulchrè ſanè contra iconolatras facit. Ait Chriſtum docuiſſe ὡς τὸν Θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν. Et ib. Θεὸν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν. Tryphon Chriſtianis illud inpr. neque ſemel objicit, quòd in hominem crucifixum ſperarent. Cur de divis tacet, ſi eos tum Chriſtiani æquè atque nunc Latini colebant, & aliqua ab iis ſuæ ſalutis præſidia ſperabant? Queritur ibid. quòd novilunia, ſabbatha, feſta, circumciſionem, & alia Judæorum repudient. In prolixo cum Tryphone colloquio, ſicut & Tertullianus in aureo adverſus Judæos libro, atque in cœteris plurimis Patrum operibus contra eoſdem fusè explicatur quid Chriſtianis Judæi objectârint, quid Judæis Chriſtiani ex adverſo reſponderint, at nihil de divis, de imaginibus, de adoratione Sanctorum hominum vel Angelorum. Imò apertè Apol. 2. ait: *Non colimus, quos homines effigiantes, & in templis collocantes Deos cognominârunt, quandoquidem hæc novimus animâ carere, mortua eſſe, neque Dei formam habere.* Sic eâdem Apol. Omnes imagines ad cultum propoſitas ſimpliciter damnari dicit.

§. 4.) Ib. Apol. 2. *Qui non ita vivere comperiuntur, ſicut ille docuit, certum id documentum eſt, non eſſe Chriſtianos, quamvis doctrinam Chriſti linguâ profiteantur. Non enim profitentes, ſed operibus ſimul profeſſionem confirmantes, ſalvatum iri dicit.* Senſus, nomen Chriſtianorum non eſſe notam genuinam orthodoxæ & puræ Eccleſiæ, quum illud etiam hæretici & impii multi ſibi vendicent & habeant ſine re. Id inſuper tum hæreticorum, tum Philoſophorum exemplis probat, quorum illi omnes Chriſtiani, hi licet ſummè diſcrepantes, Philoſophi dici volunt. Sic in Dial. cum Tryph. *Plures, qui ſe Jeſum profiteri dicunt, & Chriſtiani nominantur, audio ſimulachris mactata manducare* &c. Item: *Dixi, appellari quidem nonnullos Chriſtianos, eſſe autem*

An. 165. *nullius Numinis cultores, et impios hæreticos* &c. Et paulò pòſt: *Non enim homines, aut humanas doctrinas, ſed Deum & diſciplinam ab eo traditam, conſectandam mihi eſſe ſtatuo* &c.

Ib. Eos tantùm libros in canone collocat, qui à LXX. Græcè redditi fuerunt; cujuſmodi certè non alii, quàm qui Codicibus Hebræis continebantur. Confer Orig. apud Euſ. l. 6. c. 19.

Ib. *Hieroſolymis profecti XII. viri in mundum.* Et in Dialogo. *Ex Sion egreſſa lex* &c. Ergo ſanè Hieroſolyma prærogativam habet, eáque mater eſt, non Roma. Sic in expoſitione fidei: *J. Chriſtus in cœlos rediturus Apoſtolos de gentium inſtitutione & baptiſmi doctrina erudivit* &c. Nullum inter Petrum & reliquos facit diſcrimen.

*§. 5.)* In utraque ſanè Apologia Juſtinus primitivæ Eccleſiæ ſimplicitatem puritatémque teſtatur in doctrina & ritibus, cumpr. ſub finem poſterioris tractatûs, diei Dominicæ obſervationem, ac utriuſque Sacramenti adminiſtrationem ita deſcribit, ut diſertè Latinorum morem hodiernum oppugnet. Baptiſmum celebratum teſtatur in nomine Patris omnium, Dominíque Dei & Servatoris noſtri J. Chriſti, & Spiritûs S. Euchariſtia autem ſub utraque ſpecie omnibus diſtribuebatur, prolato pane & poculo aquæ & vini. Imò ſemel atque iterum communicandi ritum accuratiſſimè deſcribens nullam adoratæ hoſtiæ, vel vini mentionem facit, prout idem neque ab Apoſtolis fuit obſervatum: ſolum itaque Deum invocandum & adorandum inculcat.

Ib. *Quotquot perſuaſi credunt hæc, quæ dicemus, vera eſſe, & ad eum modum vivere pollicentur, ante omnia diſcunt precibus & jejuniis petere à Deo præteritorum peccatorum veniam, nobis unà preces jejuniáque jungentibus. Deinde ad aquam à nobis ducuntur & renaſcuntur modo renaſcendi, quo & nos renati ſumus.* Paulò pòſt: *Sic ablutum & inſtitutum ad alios fratres adducimus, ubi cœtus fiunt ut tam pro nobis, quàm pro recens illuſtrato* (baptizato) *precemur, quò inveniamur per veram doctrinam & bona opera digni obſervatores cuſtodésque mandatorum &c. Poſt precationem nos ſalutamus oſculo mutuo: deinde offertur præcipuo fratri* (τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν, ei qui fratribus præeſt) *panis & calix aquâ dilutus, quibus acceptis tandem & gratiarum actionem Patri omnium agit, per nomen Filii, Sanctique Spiritûs: atque ita gratiarum actionem diu, quò prædicta impetret, agit: poſt preces et gratiarum actionem totus cœtus accinit Amen* &c. *Præſidens verò poſtquam gratiarum actionem perfecit, & populus univerſus apprecatione læta eam comprobavit, qui apud nos vocantur Diaconi atque Miniſtri, diſtribuunt unicuique præſentium, ut participet eum, in quo gratiæ actæ ſunt, panem, vinum & aquam, & ad abſentes perferunt* &c. Mox addit: *Sanguinem & carnem noſtram per mutationem* (κατὰ μεταβολήν) alimoniæ [illegible] ſeu ſignorum externorum, *ali.*

*§.6.*) Plurima hîc notanda occurrunt, nos paucis adductis cœtera lectoris relinquimus judicio. Baptiſmales hodierni ritus Pontificiorum nulli occurrunt, nullum chriſma, neque cœteros abuſus reperias. (*c*) Ita S. Cœnam exactè deſcribens docet, quod ad externam formam, adminiſtratorem aliter ſe non præparâſſe, quàm quòd finito ſuo ad populum ſermone & lectione S. Scripturæ, orationem fuderit ad Deum, oſculo etiam mutuo dato, ei oblatus fuerit panis, vinum & aqua, quibus benedictis populus reſponderit Amen, adeoq; ſigna illa per Diaconos diſtribuerit. (*d*) Diſtribuens ſigna verba Chriſti ingeminavit, Facite hoc in mei commemorationem. Nihil hîc de adoratione ſignorum, nihil de reſervatione, neq; de lingua ignota, quin populus addidit ſuum Amen. (*e*) Dum autem panem Euchariſticum mutari in carnem noſtram teſtatur, docet panem adhuc eſſe cum editur, neque in corpus Chriſti transmutatum. Sic in eadem Apol. oſtendit Chriſti corpus à cœlis contineri uſque ad noviſſimum diem. (*f*) Nihil igitur hîc de hodierna Miſſa, imò ne vocabulum quidem notum erat. Nihil de lingua peregrina, quin populus Amen accinebat, qui ſanè antiquus Judæorum mos & ſubſcriptionis ſignum; 1. Cor. 14. 16. Nulla tranſubſtantiatio, quin panis & vinum etiam poſt conſecrationem, & nomen, & naturam retinent, niſi quòd, eodem Juſtino docente, non ſit communis panis, nec communis, ſed Sacramentalis potus. At objicit Caſalius (*g*) dictum Juſtini ex dial. cum Tryphone: *An vos etiam de nobis creditis, homines nos vorare, & poſt epulum lucernis extinctis nefariè promiſcuo concubitu miſceri?* At quis tranſſubſtantiationem hinc exſculpat? homines vorare dicit, non hominem: & ceu mendacia deridet, nullam autem transmutationem docet, quod tamen maximè hoc loco facere & explicare tantum myſterium debuiſſet. (*h*) Similiter nihil de miſſifico habitu, nihil de tot geſticulationibus habet, nihil de altari & ſimilibus. Et quod nullo modo prætermittendum, ſcribens Juſtinus Romæ, loci primarium non Papam, non Monarcham, aut ſuam Sanctitatem &c. ſed προεςῶτα Antiſtitem vocat: nec perſonarum Eccleſiaſticarum alium reperias ordinem, quàm quòd unum nominat προεςῶτα, ſeu primarium inter fratres vel Antiſtitem, & quoſdam Diaconos, cœteros verò fratres. Non itaque tot agnovit Ordines, neque Rom. Pontificem omnium Eccleſiarum Caput, quandoquidem hoc indicare neglexiſſe minime hac oblata occaſione, imò neceſſitate debuiſſet; imò libro contra Tryph. paſſim diſputat, omnes Chriſtianos eſſe Pontifices, nec in N. T. eſſe ſacerdotium, ſicut fuit in Veteri.

An. 165. *vid. an.* 216. §. 20.

Ib. *Panem Chriſtus nobis noſter tradidit in commemorationem* (ἀνάμνησιν, recordationem) *corporationis propter credentes in eum, quorum causâ patibilis*

*c*) *vid. Dallæ. de cultu Lat. l.* 1. *c.* 8. *p.* 38. *& c.* 9. *p.* 43. *& c.* 10. *c. ubi probat in fine ſecundi ſeculi abuſus ſurrexiſſe. Adde Arnd. Ant. p.* 33. (*d vid. Larroq. de Euch. part.* 1. *c.* 7. *i. & Bart.* 3. *c.* 1 *p.* 792. *& ipſum Bonam l.* 1. *c.* 4. *f.* (*e*) *vid. Dallæ. de cultu Lat. l.* 8. *c.* 6. *p.* 1044. *Bona l.* 2. *c.* 12. *& c.* 17. §. 3. *& c.* 5. §. 6. (*f*) *Larroq. part.* 2. *c.* 5. *p.* 412. (*g*) *c.* 9. *p.* 65. (*h*) *Larroq. part.* 1. *c.* 8. *p.* 180. *ſeq.*

An. 165. *lis eſt factus: & poculum in recordationem ſanguinis ſui tradidit gratias agentibus &c.* Fusè M. Ant. de Dom. l. 5. c. 6. §. 23. in appendice ad Juſtinum. Tricas Bellarmini contra Juſtinum, quas texit l. 2. de Euchar. c. 4. extricat Forbeſ. Inſtr. hiſt. l. 11. c. 11. à §. 7. Larroq. part. 1. c. 8. p. 175. & part. 2. c. 1. p. 323.

§. 7.) Ib. de illis qui communicârunt dicit: *Qui habent, indigentes omnes adjuvant, & aſſiduè alii cum aliis ſumus.* Et mox, ubi de diei Dominicæ celebratione: *diſtributio communicatióque fit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ, cuique præſenti* (unde ergo Miſſa privata?) *Abſentibus autem per Diaconos mittitur. Cœterùm* pergit ille, *qui copioſiores ſunt & volunt, pro arbitrio quisque ſuo, quod viſum eſt contribuunt: & quod ita colligitur, apud antiſtitem* (παρὰ τῷ προεστῶτι) *deponitur, atque inde ille opitulatur pupillis, viduis.* Ex oblato pane & vino olim pars ſumebatur, quantum ſufficiebat, pro communione. Non ſolus autem panis & vinum offerebatur, ſed & alia, nimirum pro neceſſitate pauperum. (*i*) Bellus hodie circa oblationes diſtribuendas Oeconomus Papa! cœteros quos dixeris? Nota Diaconorum olim quoque fuiſſe officium altaribus miniſtrare: de quo de Dom. l. 2. c. 4. à §. 48. Dallæ. de cultu Lat. l. 5. c. 1. p. 566.

Ib. de die Dominico: *Solis die omnium, qui vel in opidis, vel ruri degunt, in eundem locum conventus fit: & commentaria Apoſtolorum, aut ſcripta Prophetarum* (i. e. N. & V. T.) *quoad tempus fert, leguntur: deinde lectore quieſcente, præſidens orationem habet, quâ populum inſtruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur. Sub hæc conſurgimus communiter omnes, & precationes profundimus, & panis offertur, & vinum & aqua &c.* (*k*) Sic quærente præfecto Ruſtico, quem in locum Chriſtiani convenirent, ad balneum Timothinum manſiſſe, nec alium locum noviſſe ſe proteſtatus Juſtinus, eò unumquemque convenire reſpondit, quò vellet & poſſet, nec omnes in eundem locum convenire ſolere, quoniam Chriſtianorum Deus loco non conſcribitur: quo nihil abſurdius aut à vero remotius dici potuit: ſi jam tum publicis ædificiis crucis inſigni nobilitatis ad collectarum uſum gaudebat Eccleſia, ait Blondellus. (*l*)

§. 8.) Idem libro de Monarchia Dei ab initio docet, doctrinæ efficaciam, quâ brevi tempore multos ad ſe trahit, non eſſe notam puræ atque orthodoxæ Eccleſiæ: quia error & hæreſis etiam magnam efficaciam habet, & brevi tempore permultos occupare & ſeducere poteſt & ſolet.

In Dialogo: *Poſtrema & ſempiterna lex nobis data eſt Chriſtus: atque item teſtamentum fidele.* Nulla ergo lex humana conſcientiam propriè obligans, nec jurisdictionem verè coactivam Papa habet. Ib. *Non humanis διδάγμασι juſſi ſumus à Chriſto ipſo credere.* Et: *Non homines, aut humanas doctri-*

*i*) *Larroq. part. 1. c. 4. p. 55. & 58.* (*k*) *Hoſpin. de feſt. Chr. p. 29. confer Kortholt. p. 76. Illyr. catal. p. 66. & 98.* (*l*) *de Epiſc. p. 238.*

*ctrinas, ſed Deum & diſciplinam ab eo traditam conſectandam mihi eſſe ſtatuo.* An.165.

Ib. *Annon Deus is erat, qui per Moſen ſanxit, ne qua omnino fieret vel imago, vel ſimilitudo, neque eorum, quæ in cœlo ſunt ſurſum &c.*

Ib. Petrum nonniſi tanquam unum ex Apoſtolis ſeu diſcipulis Chriſti conſiderat: & licet Chriſtum Filium Dei eſſe cognoverit, ac Chriſtus ipſi nomen mutaverit, non tamen ſoli factum indicat, neque Monarchiam ullam inde deducit. Atque hoc docere tum fideles, tum infideles præcipuè debuiſſet Juſtinus.

§.9.) Idem quæſt.1. ad Orthod. (ſi modò Juſtini ſit opus,) docet, multitudinem & amplitudinem non eſſe notam veræ & orthodoxæ Eccleſiæ: *Orthodoxi & rectè ſentientes ſoli Deo grati, Græcis, Judæis & hæreticis omnibus non modò numero non pares, ſed etiam pauciores ſunt &c. dictum eſt de iis, Pauci electi, Anguſta eſt porta &c.*

Ita lumen Propheticum ſeu rerum futurarum prædictionem talem notam quoque non eſſe ib. quæſt.2. docet, quia malis, item gentilibus etiam conceditur à Deo, & hæreticis ſeu Pſeudo-Prophetis.

Nec miracula talem eſſe notam quæſt.5. oſtendit: *Hæretici in Eccleſiis virtutes & miracula edunt &c. ſicut ſol oritur ſuper malos et bonos &c.*

Quæſt.75. *Poſt exitum animarum è corpore illicò juſti ab injuſtis ſegregantur, abducuntur enim ab Angelis ad condigna ſibi loca. Ac juſtorum quidem animæ in Paradiſum, ubi conſuetudine & aſpectu fruuntur Angelorum & Archangelorum. &c. injuſtorum autem animæ in ipſius orci loca. &c.* Et quæſt. 60. *Narratio de Lazaro & divite evidens eſt & illuſtris repræſentatio, doctrinam illam habens, poſt divortium animæ à corpore, providentia & ſtudio nullo homines opem aliquam conſequi poſſe.* In Dialogo: *Piæ animæ in loco quopiam meliore manent, injuſtæ verò & pravæ in deteriore, judicii tempus expectantes.* Scilicet ante reſurrectionem negat præmium reddi totale & integrum. (*m*)

Quæſt.126. religionem veram non ex felicitate externa ac temporali, non ex ubertate & tranquillitate rerum æſtimandam, Gentilium exemplo docet.

§.10.) Quòd occaſione Papæ, cui ſe Juſtinus ſcripſiſſe ait, Baronius (*n*) diem nobis dicit, quia aliqui Epiſcopum Rom. intelligi cenſent, cauſam tantopere in nos debacchandi non habet. 1. Quia incertum manet, Romanúsne, an alius Epiſcopus vel martyr fuerit, cui ſcripſit, unde nec ipſe Annaliſta liberè quid pronunciare audet. 2. Sive proprium nomen hoc loco ſit, quale habuiſſe fertur Lycaoniæ martyr in Martyrol. Rom. ad 16. Martii, ſive adpellativum, perinde: ſufficit Juſtinum reprehendere Chriſtianiſmi quorundam præſumtionem, quæ animos illorum occupet juxta traditionem hominum, quaſi hæreditario ab eis jure occupata ſit religio, cùm tamen faciant

aa &ſen-

(*m*) vid. Dallæ. de patr. p.290. Arnd. ant. p.7. §.13. & 21. (*n*) à §.9. Spond. §.4.

An.165. & ſentiant perſimilia Phariſæis. Quæ profectò hodie Romanæ Sedi & curiæ rectiſſimè accommodaveris. 3. Papæ nomen Romano Epiſcopo tum proprium non fuit, ſed omnibus commune, quaſi Abbates ſeu Patres dixeris: diſt. 18. cap. 15. hinc Proto-Papa &c. (o) Imò etiam Ethnici Papas habent. (p) Abuna Abyſſinis Patriarcha, i. q. Abbas, Papa, pater. neque igitur tam malè nos nudum nomen habet. Novo auſu ſibi & ſucceſſoribus Gregorius VII. in Rom. Synodo anno 1073. proprium ſibi fecit, ut cum nomine ſummam ſibi ſoli poteſtatem, majeſtatem ac dominium adſcriberet, réque ipſa exerceret, prout planiſſima omnia hiſtoria ipſius faciet. Huc ſpectat quæ Blondellus monet: (q) *Singuli Eccleſiarum præpoſiti Papæ ex æquo dicti ſunt, ad quos, ceu promotione priores, & qui ſequentium omnium ætate parentes erant, jure antiquo Presbyteriorum προστασία ſpectavit.* Meritò autem Rom. Epiſcopo Juſtini ævo ſupra alios Epiſcopos vel nomen, vel poteſtatem nondum tributam agnoſcimus, hinc eum communi nomine Juſtinus in Apol. 2. προεστῶτα τῶν ἀδελφῶν, fratrum præpoſitum ſeu Antiſtitem vocat, & reliquis fratribus accenſet, ſicut ſuprà §. 5. & 6. vidimus. Ad quem locum Blondellus l. all. p. 22. notat: 1. Tria nonniſi in unaquaque Eccleſia capitum genera fuiſſe, videl. præpoſiti, Diaconi & fidelium ſeu plebium. 2. Binos tantùm Chriſtiani cleri gradus extitiſſe, præpoſitorum (quocunque ſive Epiſcoporum, ſive Presbyterorum nomine veniant) & Diaconorum. 3. Eccleſiis, quæ ab unico præpoſito regerentur, nihil ad integritatem deeſſe, creditum fuiſſe. 4. In Eccleſiis, quas plures ſimul præpoſiti regebant, nullum eſſentiale inter eos ratione muneris diſcrimen comparuiſſe, ſed accidentale tantùm, ratione προεδρείας, vel ætati, vel merito pro fraternitatis arbitrio delatæ. Obj. προεστὼς, præpoſitus, numero ſingulari effertur. Reſp. In ſingulis Eccleſiis, non autem in ſola Romana, fuit προεστώς. Nec ſequitur, unus προεστὼς in ſingulis Eccleſiis Juſtini ſeculo ſacris operatus eſt, ergo unicus fuit in ſingulis Eccleſiis &c. Igitur ſive ſacris operantem, ſive cujusque collegii ſeu Presbyterii πρῶτον, primum reſpexit; ſive ſingulari expreſſit, quos Tertullianus Seniores, majores natu, præſidentes vocitat.

De aqua luſtrali apud Ethnicos uſitata idem Apol. 2. collata cum Pontificiorum apud Hoſpin. de Templ. pag. 327.

*Agrippa Celadioni ſuccedit.*

§. 11.) Celadion Alexandr. Epiſcopus poſt 14. annorum ſedem, ex hac vita migrans, Agrippam ſeu Agrippinum ſucceſſorem accepit. (r) Sub hoc Serapidis Templum, quod in ſummo cultu erat apud Ægyptios, conflagrâſſe dicit Gaulterius: at illius delubri deſtructionem & everſionem, multum ad id conferentibus Monachis Thebaidos, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores, rejiciunt ad tempora Theodoſii Imp. Chriſtiani: vid. Soz. l. 7. cap. 15.

*o) vid. Lambec. B. T. 4. pag. 107. (p) Hornius orb. part. 2. p. 5. (q) de Epiſc. p. 54. (r) Euſ. l. 4 c. 18. & 5. 9.*

JESU

An. 166.

# JESU CHRISTI *Annus* 166.
## M. AURELII } L. VERI } *Annus* 4.

Pii P. an. 9. Coſſ. Julius Macrinus & Cornelius Celſus.
Fidentius tertius fit Patavinus Epiſcopus, ut refert Italia S. T. 5. pag. 395.

---

# JESU CHRISTI *Annus* 167.
## M. AURELII } L. VERI } *Annus* 5.

An. 167.

§. 1.) Aniceti P. an. 1. Coſſ. Arrius Pudens & Gabinus Orfitus. Pius I. ad ſydera miſſus martyr: vid. Martyrol. ad 11. Julii. Sedit annos 10. calculo Baronii. Staravol. in Catal. habet an. 9. m. 6. Coſterus an. 11. m. 5. d. 17. Damaſus an. 19. m. 4. d. 3. Euſebius an. 15. (l. 4. c. 11.) quem Carranza ſequitur. Platina an. 11. m. 4. d. 3. aux Eſtats an. 9. m. 8. d. 24. De hoc Blondellus: (a) Electus anno 146. ſublatus an. 150. vide Collect. Concil. edit. Pariſ. T. 1. pag. 222. Ordinationes V. fecit, Presbyteros 18. Diaconos 21. Epiſcopos 12. In Vaticano ſepultus juxta Petrum. *Pii P. mors.*

T. 1. Concil. edit. Crabbi à pag. 328. nonniſi duæ decretales habentur: totidem, ſed alias tamen, priorum nulla mentione facta, Annaliſta noſter ad an. 166. nobis promit. Quatuor ipſi tribuit Staravolſcius, duas poſtremas ante paucos annos ex Wiennenſis Eccleſiæ archivis productas dicens. Biblioth. Patr. ed. Pariſ. T. 3. p. 15. nonniſi unam habet. Singulos quatuor ponit Collector Concil. ed. Pariſ. T. 1. pag. 223. ſeq. Omnes Blondellus in Pſeud-Iſid. à pag. 194. meritò explodit & furfuribus adſcribit.

§. 2.) Prima Decretalis Pii I. ad univerſos Chriſti fideles, quo quidem argumento impoſtor auctoritatem univerſalem conciliare ſuo Papæ voluit. Ejus argumentum. 1. Ut die Dominico Paſcha celebretur. 2. A quibus non oporteat Epiſcopos accuſari, & de his, qui transgrediuntur juſſa Apoſtolicæ Sedis. Eam eliminant Blond. l. al. & ib. præf. pag. 64. Cocus p. 62. Paſchatis celebrationem quod concernit, argumentum ab Hermetis, qui doctor fidei & Scripturarum vocatur, viſionibus ducitur, in quibus totius Papatûs fundamenta jaciuntur. At rejectæ à Gelaſio diſt. 15. & aliis, quos ſuprà ad an. 159. in apricum produximus, confer de conſecr. diſt. 3. c. nôſſe *I. Pii decretalis.*

aa 2 vos.

a) *de Epiſc. pag. 18.*

An. 167. vos. Hinc judica, quàm vigilantes & oculati fuerint jam tum Romani Pontiff. qui neglectis S. Literis, fictis viſionibus credidiſſe ſtatuuntur. Attamen aliæ Eccleſiæ ejuſmodi juſſa flocci fecerunt, unde in primo OEcum. Concilio res demum deciſa. Hæc Paſchatis obſervatio aut ab Apoſtolis erat conſtituta, aut non: ſi prius, quomodo Pius eam inſtituere potuit? Sin poſterius, poteſtatem non habuit, maximè quia Univerſalis non fuit. Quòd ſi confirmâſſe, non de novo inſtituiſſe dicatur, negant hoc Aſiatici & alii Græci. Utut ſit, certum Paſchatis celebrationem eſſe perantiquam in Eccleſia, etiamſi de illius die ſeu tempore acriter olim fuerit decertatum, quamvis tanti non faciat hanc controverſiam Socrates: lib. 5. c. 21. Sanè in ipſa Anglia Paſcha cum Orientalibus 14. Martii celebrârunt, teſte Beda in hiſt. Angloſa. x. Olim S. Euchariſtiam ſingulis diebus celebrârunt, non igitur ſolo Paſchatis tempore.

§. 3.) Ib. *Oves Paſtorem ſuum non reprehendant, plebs verò Epiſcopum ſuum non accuſet, nec vulgus eum arguat &c.* Ejuſdem argumenti Epiſt. 2. Anacleti, de quà ſuprà ad an. 111. Idem Pius 6. q. 1. oves. de Epiſcopis dicit, quòd ſint à Deo judicandi, quia eos ſibi oculos elegerit. At hoc quid aliud, quàm æqualitas Epiſcoporum, dum ſinguli ſint oculi. Ex eodem de elect. cap. 1. in antiquis: *Nullus in Eccleſia, ubi duo, vel tres in congregatione fuerint, niſi eorum electione Canonica Presbyter eligatur. Si verò aliter quis Eccleſiam adeptus fuerit, eò quòd per cupiditatem illam acquiſierit, atque aliter, quàm ſecundùm Canonicæ regulæ diſciplinam egerit, expellatur.* Proinde electiones & collationes ordinariæ tolli minimè debent, nec reſervationibus, gratiis expectativis &c. locus ullatenus dandus: vid. Grat. c. 11. q. 1. c. ſi quis. (b)

*II. Pii decretalis.* §. 4.) Secunda Pii decretalis ad Italicos. *Quæ divinis aſſignata uſibus, ea ad humanos uſus, ſine ſacrilegio, non poſſe transferri.* Ut autem infra Urbanus I. ita & hîc Pius de prædiis, terris ſeu poſſeſſionibus Eccleſ. loquitur: vid. 12. q. 2. c. prædia divinis. Id applicant Novati thermis, quas Pius Potentianæ dedicârit. Hac tempeſtate ſacrilegium feciſſe Lutheranos (c) ajunt. Verùm Pii tempore graves Chriſti Eccleſia perſecutiones perpetiebatur, ac fideles ſedibus ſuis pellebantur: (d) Cumpr. abſurdum quando addit: *Si quis ſacerdotum, vel reliquorum clericorum ſuo Epiſcopo inobediens fuerit &c. curia tradatur: qui autem facit injuriam, recipiat hoc, quod iniquè geſſit.* At quæ tunc curiæ? qui Imperatores? Quare meritò hanc Epiſtolam proffigat Blondellus in Pſeud-Iſ. præf. pag. 64. & in tract. 197. Confer Selden. de Synedr. l. 3. cap. 15. pag. 325.

*III. Pii Epiſtola.* §. 5.) Tertia Pii decretalis ad Juſtum Viennenſem Epiſcopum, cujus loco Baronius in margine Presbyterum ponit. Euprepiam Titulum domûs

b) *Libert. Gall. T. 1. p. 31. Hoſp. de Mon. 128. a. m.* (c) *Carranz. p. 48. ed. 1.* (d) *adi Hoſpin. de Temp. p. 476.*

mûs ſuæ pauperibus aſſignâſſe, ibíque Miſſas agi ſignificat. Inde Bonal. 1. c. 3. §. 1. Miſſæ nomen antiquiſſimum eſſe contendit, & quidem primo hoc teſtimonio. At Miſſæ tum ne quidem vocabulum natum fuit: accuſamus autem Latinos quòd mercibus tam ſubleſtis moleſti nobis ſint, ſuámque cauſam non promovere, ſed prodere dicimus. Timotheum (filium putat Baronius Pudentis) & Marcum certamen ſuum decertâſſe indicat, de quibus vide ad 24. Martii. An. 167.

Quarta ad eundem epiſtola. Inter alia: *Tu apud urbem Viennenſem ejus loco* (Veri martyris: 1. Aug.) *à fratribus conſtitutus, & colobio Epiſcoporum veſtitus.* Colobium ἀπὸ τοῦ κολοβοῦ, tunica mutila ac manicis defecta, extantibus extra eam brachiis i. q. Exomis, ἐξωμίς; inde colobium ſcorteum &c. At nihil hîc de Pallio à Pio redemto. Putat Blondellus (e) tempore Pii mutatam eſſe rationem præſidis in Presbyteriis & Eccleſiis, priùs ei hunc honorem tributum, qui ætate & promotione alios præceſſerat, at jam per ſuffragia digniori cuique fuiſſe oblatum, idque probat. 1. Quòd Romana Sedes ab Higini morte integrum quadriennium vacârit antequam Pius electus, quod minimè accidiſſet, ſi ſimpliciter ad Seniorem & promotione ac meritis primum absque ſuffragiis & contentionibus, is honos & dignitas devoluta fuiſſet. 2. Quia hic Juſtus Viennenſis à fratribus h. e. à collegio ſeu Presbyterio electus perhibetur. At licet ſenio & meritis hic honos tributus, tamen ſine fratrum conſenſu & χειροτονίᾳ hoc factum non eſſe credibile. Non tantam verò habuiſſe poteſtatem tales præſides & inſpectores, quantam poſtea Epiſcopi ſibi ſumpſerunt, nec gradu divinitus inſtituto majores fuiſſe, fictitius heîc Pius ſubindicat, dum ait: *Presbyteri & Diaconi* (en duos ordines) *non ut majorem, ſed ut miniſtrum Chriſti te obſervent.* Ergo Presbyteris par fuit Juſtus Epiſcopus, in eodem gradu, jure tantùm humano primum collegarum Caput, & fratrum ſuperior. Hanc Epiſt. ut indubitatam, adducit Bevereg. in Pandect. T. 2. f. p. 14. b. pro Epiſcopatu. IV. Pii Epiſtola.

Honeſtè primitus ſepulta fuiſſe etiam B. Martyrum corpora rectè Dallæus (f) demonſtrat his Pſeudo-Pii verbis: *Cura S. Martyrum corpora, ſicut membra Dei, quemadmodum curaverunt Apoſtoli Stephanum.* Conferant. 8. 2.

Ib. *Salutat te Senatus pauper Chriſti apud Romam conſtitutus.* Senatum vocat Presbyterium Rom. Ergo olim, etiam Romæ, non ſolus Epiſcopus, ſed reliqui etiam fratres & Presbyteri conſilia ſua conferebant, jus ſuffragii habebant, nec ſimpliciter ſequi Epiſcopum tenebantur. Mos igitur erat priſcis illis Epiſcopis, nihil ſibi ſumere authoritatis in ſuos compresbyteros, & nihil agere alicujus momenti citra Eccleſiaſtici Senatûs ſententiam. Num verò hîc pauper Senatus, & dives Epiſcopus Rom. fuit?

*§. 6.*) Decreta Pii varia circumferuntur: at Dallæus de cultu Lat. l. 9. cap. 22. pag. 1271. demonſtrat à Burchardo inprimis, undecimi ſeculi ſcriptore, *Pii decreta alia.*

 ptore,

*e) tract. de Epiſc. p. 18.* (*f*) *tr. de adorat. l. 4. c. 13. p. 648.*

An.167. ptore, falsò inſcribi, utpote de Virginibus ante 25. annum non velandis: de non jurando per caput vel capillum Dei: illud item, quo virum uxoris ſine cauſa interfectorem jubet armis depoſitis publicam agere pœnitentiam &c. Verùm ordine potiùs agamus. 1. *De virginibus non conſecrandis ante 25. annum, idque feſtivitatibus certis:* vid.c.20. q. 1. Nimirum ut ad annos diſcretionis perveniant, ne votum immaturum edant, unde ulterius etiam protractum votum. De omnibus virginibus, ſicut & apud Tertull. hoc alii intelligunt, & rectè quidem, de quo vide infrà ad an. 179. §. 10. Hoſpin. de Mon. pag. 69. b. Arnd. Ant. l. Monachi. §. 90. p. 641. & 798. ubi ex Polyd. l. 4. c. 13. oſtendit, aliquos vi hujus decreti, Pio originem Monachatûs adſcribere. At ne Pius quidem tutus habitare, & ne hiſcere quidem audebat. Unde non ipſe, ſed Juſtinus Martyr Apologiam obtulit.

2. *De his, qui per caput, vel capillum Dei jurant, vel blaſphemia contra Deum utuntur.* 21. q. 1. ſi quis per. Sequitur: *Et ſi quis per creaturas juraverit, acerrimè caſtigetur & juxta hoc, quod Synodus judicaverit, pœniteat.* At contrarium docuit Nicol. 1. reſponſo Bulgaris dato, item Catech. Trid. ad præceptum, non aſſumes in vanum nomen D. id præterea quotidiana profeſſio ac praxis docet.

3. *De pœna eorum, qui jubentibus & compellentibus Dominis ſuis, perjurium fecerint.* 22. q. 5. qui compulſus. &c. ſeq. qui pejerat in manu Epiſcopi, aut in cruce conſecrata. Nova hæc & hodiernæ ſuperſtitioni accommoda.

4. *De illo, qui uxorem legitimam interfecerit, et aliam duxerit.* 33. q. 2. quicunque propriam.

§. 7.) 5. Quid faciendum, ſi negligentia ſacerdotis de ſanguine Domini aliquid ſtillaverit. De conſecr. d. 2. per neglig. Item ſtatuit: Ne panis conſecratus terram, lignum, aut linteum profanum attingat. Ita verò ſe habet decretum: *Si per negligentiam aliquid de ſanguine Domini ſtillaverit in terram, lingua lambatur, tabula radatur. Si non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus corradatur & igne conſumatur, & cinis intra altare recondatur, & ſacerdos 40. dies pœniteat. Si ſuper altare ſtillaverit calix, ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla pervenerit, quatuor diebus pœniteat. Si usque ad tertium, 9. diebus pœniteat. Si usque ad quartum, 20. diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerit ſtilla, tribus vicibus miniſter abluat, calice ſuperpoſito, & aqua ablutionis ſumatur, & juxta altare recondatur.* Hæc cùm pertineant ad cautelas Miſſaticas, ſoricum inſtar ſuo ſe judicio produnt, cùm iis curis Higini & Pii tempora non vexarentur. Autor tamen iſtarum mercium vivebat, quo tempore nec tranſſubſtantiatio, nec communio ſub una ſpecie adhuc obtinebat. Unde eundem gravem pœnam decreviſſe illis ajunt, qui negligentiores forent in attrectando Chriſti corpore & ſanguine. Tunc enim Sacramentum in os fidelium nondum ingere-

ingerebatur. Ita olim Euchariſtia à fidelibus etiam Laicis domum portata An.167.
& in neceſſitates reſervata fuit. Tranſſubſtantiationis quàm ſit tenera ætas
vel inde liquet, quòd integro millenario neque nomen, neque rem in Conciliorum actis videre liceat. De præſenti Pii decreto ipſe quoque Bellarm. l.2. de Sacram. Euchar. cap.5. fatetur, ſe non habere ipſam Epiſtolam &c. neque igitur Gratianum, Ivonem, Burchardum &c. ſuſcipimus.

§.8.) 6. *Ne arreptitii, ſeu illi, qui à Dæmonibus eliduntur, altaribus miniſtrent.* 33. d. communiter.

7. *Ut de oblationibus, quæ offeruntur à populo, & conſecrationibus, quæ ſuperſunt, vel de panibus, quos deferunt fideles ad Eccleſiam, vel certè de ſuis, Presbyter convenienter partes inciſas habeat in vaſe nitido & convenienti, ut poſt Miſſarum ſolemnia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die Dominico, & in diebus feſtis exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat.* Olim ex reliquiis Euchariſtiæ, vel ex pane ab Epiſcopo in titulos ſeu Parochiales Eccleſias Presbyteris miſſo, vel à populo oblato, Eulogia fiebat, quæ poſt Miſſarum ſolemnia Catechumenis, atque iis, qui communicare non eſſent parati, omni die Dominico, & feſtis, in communionis & unanimitatis ſignum dabatur: vid. Aug. de meritis & remiſſ. peccat. c.26. item Synod. Laod. Can. 14. Adeóque Pio huic uſus Eulogiarum à Romanenſibus adſcribitur. At notat Bona l.1.c.23.§.12. falsò Canonum collectores huic Papæ hoc decretum tribuere, non conſiderantes epiſtolam ejus, è qua ſumitur, eſſe ſuppoſititiam: nec advertentes ſecundo ſeculo, quo ille vixit, nondum fuiſſe Eulogias in Eccleſia, de quibus Tertullianus, Cyprianus, & alii æquales ſilent, quia quicunque tunc aderant communicare ſolebant. Atqui Eulogiæ apertè hîc vocantur illæ reliquiæ, quas non conſumebant communicantes, ſed relinquebant. Tales autem reliquias jam primitus ſemper fuiſſe in Eccleſia diffiteri non debemus. De Eulogiæ termino litem ſanè nulli movere volumus. Inde ipſe Bona Cyrilli adducit epiſtolam ad Neſtorium: *Accedimus ad myſticas Eulogias & ſanctificamur, participes facti ſacræ carnis & pretioſi ſanguinis omnium noſtrûm Salvatoris Chriſti &c.* Num ergo ante communionem & conſecrationem totus panis, ita dictus vel an poſt diſſectionem & ſeparationem certæ partis, ea quæ ad communionem non adhibebatur ſic adpellata; item quomodo illa relicta pars, quæ in Sacramentum non conſecrabatur, benedicta fuerit quæritur? Atqui integros panes etiam ita appellatos & ad fratres miſſos fuiſſe antiquitas docet. Ad abſentes quoque ſanos & ægros ſacra ſigna communicantes mittebant. (g) Idem tamen Bona aliud communionis genus vocat, quod per eulogias fiebat, fuiſſéque panem ait, qui ſupererat conſecrationi, in particulas diſſectum, & in fine Miſſæ à Sacerdote iis diſtributum, qui ob aliquod impedimentum non pote-

*vid. an. 260. §.7. & an. 313. §. 13. ſeq.*

*Eulogia.*

g) *vid. Larroq. de Euch. part.* I. *c.*15. *confer Balſam. in Can.* 2. *Conc. Antioch.*

An. 192. poterant, aut non erant parati communicare. (h) Ego tùm pro communicaturis jam conſecratum panem, tum illum qui fratribus teſſeræ loco mittebatur, Eulogias nomine venire judico: unde de poſteriore genere Aug. Ep. 31. f. panem unum, quem unanimitatis indicio miſimus charitati tuæ, rogamus, accipiendo benedicas. Confer ejusdem Ep. 34. f. Et Ep. 35. Hunc panem Eulogiam eſſe, tu facies dignatione ſumendi. Sic Epiſt. 36. Paulinus quinque panes Hipponenſibus mittit.

§. 9.) 8. Decretum Pii. Laudabilis conſuetudo, quâ nihil fidei contrarium agitur. Id ita refertur: *Petiſtis per Hilarium chartularium noſtrum à B. memoriæ prædeceſſore noſtro, ut omnes vobis retrò temporum conſuetudines ſervarentur, quæ à Petri Apoſtolorum principis ordinationum initiis, hactenus vetuſtas longa ſervavit. Et nos quidem juxta ſeriem relationis veſtræ, conſuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem Catholicam nihil uſurpare dinoſcitur:* vid. d. 11. conſ. laud. (i) Igitur conſuetudo poſtponenda veritati & rationi: Dei veritas, non hominum praxis attendenda: adeóque pernicioſa conſuetudo tollenda: vid. d. 8. Nihil ergo veritati derogat conſuetudo aut præjudicat. Inde Juſtinianus in authentico, ut nulli Judicum: *Malè inventa, pravæq; conſuetudines neque longo tempore, neque uſu longo confirmantur.* Ad hoc Papale decretum Illyricus in Catalogo: (k) *Apparet Papas jam inde ab initio veteres Eccleſiarum conſuetudines, quæ ſibi parùm eſſent utiles, immutare cœpiſſe, ídque invitis & reluctantibus Eccleſiis. Apparet verò hanc conſuetudinem quaſi privilegium quoddam fuiſſe, aut certò al: quod præcipuum commodum afferens illi Eccleſiæ, quæcunque demum ea fuit, ut & ea flagitaret ſibi veteres conſuetudines, quæ inde ab Apoſtolis durârunt, conſervari: & Papa id ſibi parùm utile eſſe cenſuerit. Unde Sedis ſuæ, quam Apoſtolicam vocant, poteſtatem, ſuamet præſcripta atque placita, utut noviſſima fuerint, & antehac ne audita quidem, Apoſtolica vocârunt, & ceu divina præſcripſerunt, & vel invitis obtruſerunt.* Fruſtrà ergo de veteribus & Apoſtolicis conſuetudinibus gloriantur Papiſtæ. Hinc Libertatis Gallicanæ Collector: (l) *Quæ juris communis Eccleſiæ fuerint, à multis quidem perdita, conſervata autem eſſe in Galliæ regno.* Aſt jus commune non ad unam ſolam, particularem, ſed Univerſalem Eccleſiam, ad totum Chriſtianum orbem ſpectat. Sed quid immoramur diutiùs in ficto hoc Pii decreto?

Specialiter de Pio refert Baronius (m) ex Damaſo, quòd conſtituerit, Hæreticum venientem ex Judæorum hæreſi, ſuſcipi & baptizari. At Judæi Hæretici non ſunt, ſed infideles: nec decretum tale ab ipſo factum credibile eſt, quia ſive gentiles ſint, ſive Judæi, ad Chriſtum venientes ſuſcipiendi & baptizandi facta confeſſione: id quod Apoſtoli obſervârunt. Neque Judæos ſolos ita recipiendos, ſed & Hæreticos quosvis Concilia ſtatuerunt. Colle-

(h) l. 2. c. 19. § 7. (i) Libert. Gall. T. 1. p. 723. (k) p. 60. (l) T. 2. præf. (m) § 2.

Collector Concil. ed. Pariſ. (*n*) per Judæorum hæreſin intelligit Cerinthi ſectam. *An.* 167.

§. 10.) Pio ſucceſſit Anicetus Syrus: Carranzæ & Euſ. in chron. Herm. Contr. eſt numero X. Coſtero & Agricolæ XII. Starav. XIII. Electus Damaſo, Agricolæ, Coſtero anno 154. Euſebio 156. Carr. 159. Herm. Contr. 160. Bar. hoc anno. Quemadmodum Romanenſes μετ' πάσης σπουδῆς omnia in ſubſidium metropoleos ſuæ vocant, ſic tum in hæreticorum, tum in orthodoxorum Romam adventu nihil penitus negligunt, ac quæque extrudere atque obtrudere intendunt. Sub Aniceto Polycarpus, Smyrnenſis Epiſcopus, S. Johannis diſcipulus Romam venit, ut diſſidia de Paſchate celebrando ſuborta tolleret, ubi multos ſimul Marcionis & Valentini ſectatores atq; diſcipulos convertit: vid. Iren. l. 3. c. 3. Euſ. l. 4. c. 13. & l. 5. c. 23. ut & in chron. in Aniceto. Numne ergo ad hæreticorum furores dormitavit Clerus Romanus in ſua Eccleſia? Eò ipſo autem quòd Polycarpus Romam ſe ad componenda diſſidia circa Paſchatis celebrationem contulit, diſcimus alias Eccleſias in Epiſcopum Rom. non juràſſe, quin pacificè transactum inter utranque partem fuit, ut mutuò ſe tolerarent, vide Epiſtolam Irenæi ad Victorem Romanum apud Euſ. hiſt. l. 5. c. 24. Certè Romam abivit, non ut Rom. Pontificem appellaturus, aut pedes ejus exoſculaturus, ſe illi ſujecturus, aut decreta ipſius accepturus, ſed cum eo conſulturus; contulit cum Aniceto, Johannis & aliorum Chriſti Apoſtolorum authoritatem & conſuetudinem produxit: Anicetus verò neque Petri, neque aliorum primatum & poteſtatem opponit: ſed tantùm dicit, conſuetudinem Presbyterorum, qui ſe anteceſſiſſent, ſervandam ſibi eſſe: non cogit Polycarpum ut idem obſervet, nec eum anathemate ferit: nec Polycarpus pro peccato habet à Rom. Epiſcopo diſſentire, ei credere ac ſubjici nolle, ac eundem ſuperiorem non agnoſcere. Nihil igitur ex ejuſmodi itineribus concluditur, quia de aliis locis idem dici poteſt. Sic Hegeſippus multarum Eccleſiarum fidem eas viſitando exploravit: Euſ. l. 4. c. 22. edit. L. Non veniebant, quemadmodum Sanderus (*o*) ſomniat, ut inferiores ad ſupremum paſtorem, ut neceſſariam cum illo tenerent communionem, ſed fiebat vel amicitiæ, vel communionis gratiâ, vel ut in rebus Eccleſ. conformarentur & coirent: Alii ut diſcerent, alii ut docerent. Unde Irenæus apud Euſebium contentionem aliquam in primo congreſſu Anicetum inter & Polycarpum fuiſſe ſcribit: ſed Anicetum propterea non fuiſſe offenſum Polycarpo, nec iratum. Quin potiùs & Euchariſtiam cum eo ſumpſiſſe, & ut Polycarpus in illa Eccleſia Euchariſtiam adminiſtraret, permiſiſſe.

*Anicetus fit P.*

*Polycarpus Romam venit.*

§. 11.) Sive igitur Euſebii locus ad celebrationem Liturgiæ ab Aniceto permiſſam trahatur, id quod Petro de Marca (*p*) non placet, ſive Anice-



*n) T. 1. p. 223. (o) l. 7. n. 9. 12. (p) l. 5. c. 2. §. 6.*

An. 176. tus Polycarpo permiſerit Sacramentis participare contra Eccleſiæ cancellos, conſenſum tamen aliquem inter utrunque obtinemus, nec ullum Romani Epiſcopi in Polycarpum imperium, aut quidquam, quod in aliis Eccleſiis inuſitatum fuerit. Concilium hîc nobis dat Libelli Synodici auctor, in quo Anicetus cum Policarpo & aliis X. Epiſcopis quartadecimanos damnârit. Verùm contra hiſtoriarum fidem id fit, Romam quidem Polycarpus ad ſedandas in Eccleſia exortas contentiones contendit, at ſuam ſententiam propoſuit, libertatem Eccleſiæ defendit, & licet Anicetum in ſuas partes non pertraxerit, manſit tamen Polycarpus in ſua ſententia, hac pacis inita conditione, ne alter alterum propter diverſitatem ceremoniarum condemnaret; *cùm propter diverſam ceremoniarum obſervantiam non oporteat ſcindi fidei conſonantiam.* Tandem Victor edictum Pii renovavit, & Antichriſtiano more Aſiaticas Eccleſias diverſum morem ſequentes condemnavit: adeoque hoc diſcidium uſque ad Concilium Nicenum duravit. Ex his apertè intelligimus alios Epiſcopos tum nondum ita timuiſſe Romanum, ut vel in minimis ei cedere neceſſe eſſe putaverint. Notandum præterea, & ipſum Epiſcopum Rom. tanquam æqualem & non ſuperiorem, eam in ipſis ferre libertatem coactum fuiſſe. Adhæc, quod etiam pluſculum obſervationi rituum tribuerint jam tum Papæ, aliíque Epiſcopi & doctores, non tamen tantum, ut paulò pòſt.

*Hæretici Romam abeunt.* §. 12.) Romam confluxiſſe hæreticos hiſtoriæ fidem nobis faciunt, ſive ut latitare faciliùs, ſive ut venenum ſuum ſpargere & evomere poſſent. De Marcione ſuprà ad an. 146. §. 4. id audivimus. Hunc, ut & Valentinianos, cumpr. Marcellinam fœminam, ſectæ Gnoſticorum procaciſſimam, multos Romæ ſeduxiſſe Baronius agnoſcit. De hac Aug. c. 7. de hær. ea colebat inter alia imagines Jeſu, Pauli, Homeri, Pythagoræ eas adorando incenſúmque ponendo: ut Pontificii iconolatræ in turpiſſimis hæreticis ſuos Patriarchas poſſint & debeant agnoſcere. (q) Blondellus (r) docet, Marcionem Romæ ſe in Synaxin recipi petiiſſe: neminem verò ipſi permiſiſſe (ergo non penes ſolum Epiſcopum id ſtabat) unde invidiâ elatum, quia illi nec præſidentia, nec ingreſſus Eccleſiæ datus, ad Cerdonis hæreſin confugiſſe, & à presbyteris (nota pluralem) quæſîſſe, quâ de cauſa me non ſuſcepiſtis (ergo totum presbyterium vel ſuſcipiebat, vel rejiciebat:) reſpondent, *quia id facere non poſſumus ſine honorandi Patris tui permiſſu* &c. Ergo aliis Epiſcopis libertatem non infringebant Romani. Ipſi tamen Romano Epiſcopo & Presbyteris impoſuiſſe Marcionem Baronius (ſ) non diffitetur ex Tertull. de præſcr. c. 30. dum ait, illum primò fidem Catholicam ibi ſimulâſſe: & ut illi Eccleſiæ ſe ex animo adhærere demonſtraret, 200. ſeſtertia ei contuliſſe, verùm poſtea ad vomitum redeuntem ſub Eleuthero P. cum ſuis ſeſtertiis ejectum

q) *Conf. Euſ. l. 5. c. 16. Iren. l. 1. c. 24. Dona. in Aug. c. 6. Luzenb. in Marcellina, & cæteros.*
(r) *de Epiſc. p. 19. ex Epiph. hær. c. 42.* (ſ) *§. 6. Spond. §. 5.*

ejectum eſſe. Haut leviter dimittendum, quod M. Ant. de Dom. monet (*t*) An. 167.
Polycarpus in Aniceti Summi Pont. Eccleſia propria, curam geſſit Epiſcopalem, præſente Aniceto: nimirum in ea Evangelizavit, multósque hæreticos convertit ad Eccleſiam Dei: veritatem fidei annuncians &c. de Polylycarpi Epiſtola ad Athenienſes: Lambec. B. T. 4. p. 258. & T. 3. p. 71. f.

§. 13.) Unà cum Polycarpo Hegeſippum Romam veniſſe Pighius (*t*) *Hegeſippus.* vult: ita Hier. de Script. Eccl. ſub Aniceto eò appuliſſe, ibíque permanſiſſe uſque ad Eleutherum. At Euſ. (*u*) ibi ſubſtitiſſe uſque ad Anicetum. Vehementer hujus auctoritatem propugnant plerique adverſarii, ut ejus teſtimonio defendant B. Petrum Romæ mortuum eſſe, & capite deorſum verſo crucifixum, item Petrum excitâſſe affinem quendam Cæſaris Ethnicum á mortuis, Simonem autem Magum planè extinxiſſe. Longè verò rectiùs Laur. de la Barre- Margarinus de la Bigne, ipſe Bar. hîc §. 15. & ad an. 34. §. 227. ad an 71. §. 27. &c. negant commentarium de excidio Hieroſ. hujus Hegeſippi eſſe, inpr. quia Conſtantinopoleos meminit, cui par Romanæ civitati dignitas ſit tributa: unde auctorem tempore demum Niceni Concilii, ſeu Conſtantini M. vixiſſe arguunt. Quare vel homonymus fuit cum hoc noſtro Hegeſippo, vel aliàs nomine ſuppoſito luſit. Candidè agit Bellarminus: (*x*) *Egeſippi hiſtoria Eccl. cujus meminerunt Euſ. & Hier. nunc non extat: libri verò de excidio Hieroſ. aut alterius Egeſippi recentioris, aut ſuppoſititii ſunt.* Ita Bar. de poſteriori Egeſippo (*y*) *alterius planè authoris eſt opus, qui poſt tempora Conſtantini floruit.* Imò Gratiano & Theodoſio coævum fuiſſe volunt, quia l. 3. c. 5. ait, Antiochiam poſtpoſitam Conſtantinopoli poſteriorem fuiſſe. (*z*) Ejus de Jacobo fragmentum: Lambec. T. 4. p. 236. Falsò igitur Trithemius (*a*) hos de excidio Hieroſ. & bello Jud. quinque libros antiquo Hegeſippo aſſignat, & ab Ambroſio Mediol. translatos. Alii Joſepho Gorionis filio, qui tempore excidii Hieroſ. vixiſſe creditus, at magno errore. (*b*) Et Hegeſippi, & Papiæ, atque ſimilium ſcriptis interitum attuliſſe ſequentium temporum errores Dallæus de Patr. p. 6. ſtatuit.

§. 14.) De antiqui & veri Hegeſippi Romam adventu Martyrol. R. ad 7. Apr. cum Hier. ſentit, & Eccleſiaſticorum actuum à paſſione Domini uſque ad ſuam ætatem ſermone ſimplici texuiſſe hiſtoriam ait. Eam magno damno deperditam Baronius §. 15. fatetur, exceptis paucis fragmentis, quæ ab Euſebio recitentur: vid. Euſ. l. 4. c. 8. Dietericus (*c*) dicit, eum multa in idololatras ſcripſiſſe, quòd tumulos mortuis templáq; facerent, uti etiamnum Latini. Hieronymus ait, eum ſcripto complexum traditiones Apoſtolicas: & ex eo Otto Friſing. (*d*) unum nonniſi Hegeſippum ſtatuens, eum



*t*) *l. 2. c. 7. §. 4.* (*t*) *Hierar. Eccl. l. 3. c. 13.* (*u*) *l. 4. c. 21.* (*x*) *de Script. Eccl.* (*y*) *§. 15.* (*z*) *vid. Arud. antiq. p. 872. ſeq. Cocum à p. 120. Meier. Bibl p. 24. Rivet. Crit. S. l. 2. c. 4. Gerh. 93. Micral. hiſt. Eccl. l. 2. § 1.* (*a*) *apud Ott. Friſ. l. 3. c. 23.* (*b*) *vid. Biblioth. Patr. ed. Pariſ. T. VII. coll. 383.* (*c*) *in Brev. ex Plat. & Cent. Magd. 2. 10.* (*d*) *l. all.*

An. 167. Apoſtolicæ prædicationis traditionem ſimplici ſermone, 5. libris fuiſſe complexum. Igitur per traditiones nonniſi Apoſtolorum doctrinam, quam ſcripto complexi, intelligit. Quòd ſi enim traditiones non ſcriptæ ad ſalutem Eccleſiæ tam fuiſſent neceſſariæ, eas Deus intercidere paſſus non fuiſſet. Ad hæc Chemnit. (e) *Veriſimile Egeſippi ſcripta, ſi extiterunt, neglecta, & tandem ſuppreſſa fuiſſe à Magiſtris ceremoniarum, quia* viderunt traditiones Pontificias inde non ſtabiliri &c. Unde ſub veterum tititulis ſcripta ſuppoſititia vel confinxerunt, vel conficta uſurpârunt, vel ſi qua extabant, ad ſtatum Regni Pontificii ſtabiliendum transformârunt, ìdque veterum Romanorum Epiſcoporum Decretalibus comprobat.

*§. 15.)* De Eccleſiæ Virginitate initio ſecundi hujus ſeculi vidimus. Ita Euſ. l. 3. c λβ. & l. 4. c. 22. ed. L. ex eodem Hegeſippo, de Eccleſiæ Hieroſ. puritate & corruptione in ſpecie agit. Quare Eccleſia degenerare & errare poteſt, non tantùm in moribus, ſed etiam in doctrina. Quî ergo Romani poſt tot à Chriſto paſſo ſecula adhuc vociferari audent, nihil erroris in Eccleſia ſua eſſe, nec Papam unquam erráſſe. Teſtatur Euſebius, Polycarpum Romæ plurimos Valentinianos, & aliorum hæreticorum peſte infectos in viam revocâſſe. Frigidos ergo Rom. Eccleſiæ Epiſcopos & doctores tunc fuiſſe oportet, quia externo auxilio & induſtria indiguere. Sine omni Papalis nominis reverentia Hegeſippus Rom. Epiſcoporum ſucceſſionem recenſet. Fruſtra ergo Hegeſippi teſtimonium Spondanus (*f*) objicit, ubi ait Eas Eccleſias, quas in Romano ſuo itinere tranſierit, ſervâſſe omnia ut Lex præſcripſerat, docuerant Prophetæ, & Dominus ipſe prædicaverat. Bene enim omnia ad amuſſim ſe habuiſſe finge, non tamen illam Eccleſiam ab errore immunem reddit, imò Hieroſ. Eccleſiæ malum ibidem recenſet. Verùm quot Paulus jam in Corinthiaca Eccleſia vituperaverat? Tu verò nota, quando Hegeſippum præcipuas aliquas Eccleſias in itinere viſitâſſe audis.

*§. 16.)* Cùm igitur veri Hegeſippi V. libri non extent, falsóque illi alii V. de bello Judaico tribuantur, manifeſtum leve pro Petri Sede Romana ex illius hiſt. l. 1. c. 2. objici, adparitionem Chriſti Petro ſub porta Rom. factam, quandoquidem hic recentior exiguæq; fidei auctor, ac omnem hujus traditionis fidem ſuſtinet tanquam caput & primipilus. An verò Petro iraſci Nero potuit quòd propinquum ejus ſuſcitavit, & illud Simon Magus præſtare non potuit? Quomodo occaſionem tollendi Petri quæſivit is, quem penes omnis poteſtas, & qui audacter pro lubidine egit? Quare fideles Romani non ſimiliter Paulum rogârunt, ut abiret? ſive quare ſimiliter Petrus vinctus fuit? Quid inde verò, ſi ponamus ea Chriſti ad Petrum verba? Num ergo hinc Princeps Apoſtolorum Petrus? Num Chriſti Vicarius? At hac ratione nonniſi in ſupplicio & Cruce Vicarius erit, quales infinitos Servator habuit: Conf. Act. 9. 4.

*e) Conc Trid. p. 84 (f) §. 6.*

JESU

An. 168.

# JESU CHRISTI *Annus* 168.

## M. AURELII ET L. VERI } *Impp. Annus* 6.

Aniceti P. an. 2. Coſſ. Servilius Pudens & Sufidius Pollio. Parthico bello poſt quinquennium abſoluto uterque Imperator triumphavit, & Marcomannica expeditio parari cœpta.

---

# JESU CHRISTI *Annus* 169. An. 169.

## M. AURELII ET L. VERI } *Impp. Annus* 7.

*§. 1.)* Aniceti P. an. 3. Coſſ. L. Aurelius Verus III. & Vinidius Quadratus. Quoniam ob periculoſiſſimum inſtans Marcomannicum bellum Imperator Verus Numina placare ſibíque reddere propitia ſtuduit, prout Julius Capitolinus narrat, ideoque perſecutionem in Chriſtianos acriorem ac ſæviorem toto orbe reddidit, inpr. quia reſponſa Deorum, ſeu ſacrificulorum in necem Chriſtianorum conſpirabant: unde licet eam quidam ad. an. 164. collocent, alii tamen ad præſentem referunt. *Marcomannum bellum.*

Inter multos alios Smirnæ ſublatos loci Epiſopus Polycarpus totius Aſiæ princeps doctórque Apoſtolicus & Propheticus vir *(a)* ipsíſque gentibus reverendus, negare & conviciari Chriſtum conſtanter renuens, ignis flammas non ſentiens gladio transfigitur. Is à plebe furente nominatim ad necem & *ſupplicia* poſtulatus, ac ſuorum conſiliis & votis obſequutus in agrum ſuburbanum ſeceſſit, totóque illius ſui ſeceſsûs tempore nihil aliud egit, niſi quod preces *ad Dominum* diu noctúque pro pace Eccleſiarum continuaverit, séque ad agonem præparaverit: *(b)* ante Sacramentum autem vel imaginem procubuiſſe ipſum, prout Latini hodie faciunt, ſive alios fideles procumbere juſſiſſe, nullibi quidquam legimus. Memoria Polycarpi d. 26. Jan. celebratur, ubi addit Martyrol. Rom. cum eo alios XII. ex Philadelphia venientes fuiſſe paſſos. *(c)* Ex eo verò quòd Polycarpus, Euſebio teſte, ignis flammas non ſenſit, & ex circunfulgente fulgore odor exivit, Caſalius c. 68. i. concludit vera miracula in Catholica tantùm Eccleſia continuaſſe: at *Polycarpi martyrium.*



*a) in Epiſt. Eccleſ. Smyrn. p. 23. (b) Euſ. hiſt. l. 4. c. 15. (c) vid. Kortholt. p. 146. 150.*

An.169. at malè ad hodiernam Romanam traducit: quoniam Romanam veram Catholicam Eccleſiam eſſe, & talia in illa fieri miracula probare debet.

*ſ*. 2.) Si quid Polycarpo minus gratum, vel ſi quid adverſum accideret, dicere ſolebat: *ô bone Deus, in qua me tempora reſervaſti, ut iſta patiar* (*d*) Cùm ipſi præſes ſeu proconſul diceret: *Jurato per Cæſaris fortunam, convitiis Chriſtum afficito, & te dimittam.* Reſpondit: *Octoginta ſex annos illi jam ſervivi, & nullo me hactenus affecit incommodo. Quomodo igitur Regem meum, qui me ad hoc uſque tempus ſervavit incolumnem, contumelioſis verbis poſſim afficere?* Summam Polycarpi vitæ & martyrii complexi ſunt Iren. l. 3. c. 3. & Euſ. l. 3. c. 30. & l. 4. c. 14. 15. Utut verò omnia de Polycarpo ſigillatim fuerint deſcripta, nihil tamen neque de cruce, neque de reliquiis, neque de imaginibus, neque de Euchariſtiæ icuncula, neque de divorum invocatione occurrit. Clemens fictitius Conſtit. l. 7. c. 47. vult, Polycorpum Ariſtoni, Stratææ, alteríque Ariſtoni ordine ſuccedentibus ſuffectum fuiſſe; at verò hac ratione ſupra fidem grandævum fuiſſe oporteret, quidpe qui Johannis Apoſtoli diſcipulus fuit, ab eodem Smirnæ Epiſcopus ordinatus, nonnullos Apoſtolorum, & eorum qui viderant Dominum, Magiſtros habuit & vidit, ita ut ratione ætatis tribus aliis ſuccedere non potuiſſet, unde nec Irenæus Polycarpi diſcipulus apud Tertull. de præſcr. c. 32. priorem alium, cui ſuffectus fuerit, Smirnenſem paſtorem novit. (*e*) Ego plures eodem tempore Smirnæ fuiſſe Epiſcopos ſeu Presbyteros dixerim.

*ſ*. 3.) Si quidquam, hoc ſanè ſtudioſè perpendi eſt æquum, quòd Judæi ſimul & gentiles proconſulem monuerunt, ne corpus illius traderetur, ne Chriſto relicto hunc colere incipiant (Chriſtiani:) quare igni illud combuſſerunt, Chriſtianóſque obſervârunt, ne ex igne illum eriperent. Ad quæ Smyrnenſis Eccleſia in ſua illa Epiſtola: (*f*) *Ignorabant infideles nos nec Chriſtum unquam relinquere, qui pro totius ſervandorum mundi ſalute paſſus eſt, nec alium quempiam colere poſſe. Nam hunc quidem tanquam Filium Dei adoramus, martyres verò tanquam diſcipulos & imitatores Domini dignè, propter inſuperabilem in Regem ipſorum ac præceptorem benevolentiam, diligimus, quorum & nos conſortes & diſcipulos fieri optamus.* Eadem epiſtola extat apud Ignatii Epiſtolas edit. Uſſerianæ à p. 13. partis poſtr. ubi modò laudata ſic redduntur: *Nunquam Chriſtum relinquere poſſumus Chriſtiani* (de adoratione agebatur illius martyris) *qui pro peccatis noſtris pati tanta dignatus eſt, neque alteri cuiquam precem orationis impendere, Hunc nanque Dei Filium adoramus & colimus: ejus tamen martyres ut diſcipulos fideles, & devotos milites, honorificè ac libenter amplexamur, oramus etiam, ut nos ſocii ipſorum & condiſcipuli eſſe mereamur.* Ubi hîc ullus duliæ, aut hyperduliæ cultûs mentio? ubi oſſium, reliquiarum, imaginum adoratio? ubi proſtratio ulla? ubinam

legunt

(*d*) *Euſ. l. 5. c. 19. ex Iren.* (*e*) *Blondel. de Epiſc. præſ. p. 24. & in tract. à p. 23.* (*f*) *apud Euſ. l. 4. c. 16. ed. L.*

legunt adverſarii, Chriſtianos idololatriæ à Judæis propter Sanctorum cultum accuſatos? Ecquidnam præter Chriſtum adoratum adferunt? Quicquid obtendant hîc & vereantur verpi, id fruſtrà & ex odio ab ipſis factum Smyrnenſes fideles in epiſtola ſua teſtantur, cum ajunt, ſe nullum, neminem alium, niſi unum ipſum Chriſtum crucifixum σέβειν, colere. Tu jam ſimul cogita, benevole lector, an per duriſſima hæc tempora vel Romæ, vel alibi ſplendida templa erigi, & Epiſcopi Rom. ordine in Vaticano juxta corpus Petri collocari potuerint? Atqui vix Presbyteros ſeu Epiſcopos Eccleſiarum ipſi cives noverant. Ecquidni verò laudârint fideles martyrum conſtantiam, inpr. propter hæreticos Baſilidianos & alios, fidei gratiâ nulla ejuſmodi pericula ſubeunda docentes? Neque verò nos legitimum B. Martyribus honorem, exemplo Smyrnenſis Eccleſiæ, unquam in diſceptationem traximus. (g) An.169.

§.4.) Pergit Smyrnenſis Eccleſia in deſcriptione Polycarpi: *Poſitum corpus in medio, ſicut mos ipſis eſt, combuſſerunt, atque ita nos tandem oſſa illius, precioſis lapidibus precioſiora, & auro probatiora, ex cineribus ſelecta, eo loco repoſuimus* (ἀπεθέμεθα, quod vetus interpres Rufinus reddit, ſicut conveniebat, ex more condidimus) *qui illis erat decorus conſentaneúsque*. Ne verò idololatricam hanc Polycarpi fuiſſe depoſitionem, non autem honeſtam ſepulturam, quis ſuſpicetur, ſubjungunt, *ſperare ſe & optare, ut aliquando in unum convenire, celebrem ejus martyrii diem, inſtar natalis feſti, cum exultatione & gaudio recolere poſſint*, εἰς τε τῶ προηθληκότων μνήμην, καὶ τῶ μελλόντων ἀσκησίντε καὶ ἑτοιμασίαν; *cùm ad martyrum memoriam, qui antea tale certamen confecerunt, tum ad eorum exercitationem, mentíſque ad talem conſtantiam præparationem, qui poſtea Chriſtum eo genere mortis ingenuè confeſſuri ſint.* Ne verò dubites de loco, ait Dallæus (h) vetuſtiſſima metaphraſis ab Uſſerio, append. ad Ignat. p. 28. edita, poſtrema verba ſic reddit: *Nos collegimus ut aurum gemmámque pretioſam & ſepulturæ oſſa mandavimus.* Liquet ergo, honorem Martyribus olim præſtari ſolitum, in eo ſitum fuiſſe, quòd corpora illorum cinerésve terrâ conderent, ac mortuali illorum die ibidem panegyri memoriam ipſorum celebrarent: nempe quò præſentes hac ratione oſſibus ac cineribus ipſis ad imitationem eorum vehementius inflammarentur. Confer Epiſt. Lugdunenſium apud Euſ. l. 5. c. 1. item Cypr. Epiſt. de Confeſſoribus in carcere mortuis. (i) Utut omnia de Polycarpi obitu exactiſſimè narrentur, nihil tamen de decerptis reliquiarum particulis, nihil de oſſiculis ad eos transmiſſis, ad quos ſcribunt, nihil de officio pro anima ipſius, de canoniſatione nihil, aut de invocatione, & interceſſione. At Romanenſes hodie corpora inquietant & effodiunt, ingentíque largitate ea per totum orbem ſuum ſpargunt ſanctéque veneranda exponunt. Memoriam illius martyrii, *vid. an. 216 § 12.*

g) *vid. Bulling. or. err. c. 6. & 13. Chamier. T. 2. l. 16. c. 9. §. 13. Forb. inſtr. l. 8. c. 15. §. 4.* (h) *de adorat. l. 4. c. 13. p. 648.* (i) *vid. Arnd. Ant. p. 417. & 842. & 810.*

An. 169. rii, neque illius tantùm, ſed & aliorum, qui unà quoque erant coronati, ſe celebraturos profitentur, tum ad eorum recordationem, tum ad ſui ædificationem Smyrnenſes ajunt; ſe Polycarpum, alióſve precibus adituros non dicunt. (k) Non eſt igitur ut Baronius §. 15. glorietur tantopere de antiquo more Eccleſiæ, tum in condendis ac venerandis ſacris Sanctorum Martyrum reliquiis, tum in celebrandis diebus feſtis natalium eorundem. Quur verò Smyrnenſes fideles non ad *Martyrum cultum* atque *adorationem* æquè dixerunt, ac illud dixerunt, ad eorum *memoriam* ſe diem martyrii celebraturos? cauſa nulla alia eſt, niſi hæc; quia tum ſcilicet apud Chriſtianos martyrum quidem memoriam celebrari fas ſolennéque erat; reliquias adorari aut coli religiosè, neque fas, neque religioſum erat. Sic laudatus Dallæ. (l) ex Polyc. apud Euſ. l. 5. c. 24. docet, Philippum Apoſtolum, Johannem, Thraſeam, Polycarpum & alios in Aſia non tantùm obiiſſe, ſed honeſtè etiam ſepultos fuiſſe. De hoc Hoſpin. (m) *Smyrnenſes*, inquit, *primi omnium, quod quidem ſciam, mentionem harum memoriarum faciunt*. Unde etiam vero ſimile videtur, Polycarpum primum fuiſſe martyrem, cujus memoria die anniverſaria, ex magno Zelo, & bona animi intentione, à Smyrnenſibus, quorum paſtor erat, celebrata fuerit. In maxima ſiquidem authoritate, non ſolùm apud gregem ſuum &c. Unde in Catalogo Hier. ſcribit, Polycarpum Aſiæ totius Principem fuiſſe. Poſt Smyrnenſes Tertullianus meminit harum ſolennitatum &c. Unde verò hæc conſuetudo originem traxerit Cyrillus l. 6. indicat, ubi dicit *ad Græcorum vetuſtiſſimorum imitationem fieri*, apud quos, qui in Marathone ceciderant, anniverſariis laudibus coronati fuerint. Pluribus idem Hoſpin. p. 10. b. & 22. a. quem viſe. At verò utinam haſce novitates & imitandi rationem intermiſiſſent veteres, quia ex nimio fervore, & martyrum commendatione ingentes tandem abuſus exorti & ipſa idololatria!

§. 5.) Ante omnia autem oratio Polycarpi martyrium adituri conſideratione perquam digna eſt, quæ ita habet: *Pater dilecti & benedicti Filii tui J. Chriſti, per quem tui cognitionem accepimus, Deus Angelorum & poteſtatum, Deus totius creaturæ, & juſtorum cujusque generis, qui vivunt in conſpectu tuo, tibi gratias ago, quòd me hujus diei & horæ celebritate donâſti, in qua cùm in martyrum numero, tum in Calice paſſionis Chriſti tui, tormentorum particeps fiam, in reſurrectionem vitæ æternæ, tam animæ, quàm corporis per immortalem Spiritûs S. virtutem: inter quos, quæſo, martyres, hodie in conſpectu tuo pro hoſtia pingui & accepta, admittar: ſicut præparâſti, præſignificâſti, & jam tandem complevisti, qui Deus verus es, & omnis mendacii expers. Ac propterea præ cæteris omnibus te laudo, tibi benedico, te glorifico, per J. Chriſtum dilectum Filium tuum, Pontificem æternum, per quem tibi cum eo in Sp. S. gloria, nunc & in futura*

k) *vid. Dallæ. de adorat. l. 4. c. 13. p. 648. & c. 15. p. 664. & c. 16. p. 671. item de uſu Patr. p. 125.* (l) *de adar. c. 3. p. 601.* (m) *de feſtis Chr. c. 3. p. 9. b.*

*futura ſeculorum ſecula, Amen.* Hinc itaque rectè noſtri concludunt, per An.169.
ſolum Jeſum Chriſtum, unicum Mediatorem & Pontificem noſtrum, eſſe preces, gratiarum actiones & laudes noſtras Deo offerendas, non autem per Angelos ſanctósve demortuos. Ipſum Polycarpum quàm tenerè Smyrnenſis Eccleſia & vivum dilexerit, & mortuum ſuſpexerit, omniaque ejus facta, dicta, magna, minima in oculis geſſerit, in actis paſſionis illius ſimpliciſſimè quidem, ſed tamen efficaciſſimè atque effuſiſſimè teſtatur, id quod etiam Judæorum calumnia demonſtrat, qui eos Chriſto relicto hunc adoraturos ſparſerunt. Talem tamen ac tantum virum nuſquam Smyrnenſes in tota ſua epiſtola invocant; quâ nullum eſt in rebus Chriſtianis monumentum poſt Apoſtolicas literas præclarius: ratio, quia ἐφίλουν, diligebant quidem illum, unum verò Chriſtum ἔσεβον, colebant. Polycarpus in actis martyrii ſui (n) dicitur *Catholicæ Smyrnenſis Eccleſiæ Epiſcopus, doctor Apoſtolicus, & Propheta Pius.* Quid ergo Epiſcopi Romani, vel illorum Eccleſia ex ejusmodi titulis prærogativam ſibi tribuunt? (o)

§.6.) Varia huic martyri ſcripta tribuuntur: vid. Hier. de Script. Eccl. Bellar. Gerhard. Arnd. Ant. à pag. 870. Uſſerium in Ignat. (p) ubi tandem (q) ita infit: Ex omnibus Polycarpi epiſtolis unicam ad Philippenſium Eccleſiam data ad noſtra uſque tempora perduravit. De hac Mareſ. (r) *An illa Epiſtola, quæ hodie Gr. & Lat. extat, eadem quæ vetus illa ſit, dubitant nonnulli, ubi verſio etiam Latina alicubi obſcurior & incommodior: Ambigunt Magdeburgg. & Rivetus Crit. S. l. 2. c. 3. alii tamen eruditi illam indubitanter admittunt. Placet illa Sculteto & Blondello, nominatim in Apologia pro Hieronymo de Epiſcopis §. 2. à pag. 14. ad 16. (s) maximè propter προγραφήν; Polycarpus & qui cum eo Presbyteri, Eccleſiæ Dei Philippis diverſanti. Spirat quoque tota hæc epiſtola genium & ſimplicitatem priorum illorum temporum, nihilque continet, quod non conveniat viro Apoſtolico, præceptoris ſui haut degenero diſcipulo. Suidas commemorat aliam ejus epiſtolam ad Dionyſium, ſed ejus apud veteres nulla occurrit mentio, ut putem Suidæ id impoſuiſſe, quòd inter Pſeudo-Dionyſii epiſtolas una fertur ſcripta ad Polycarpum.* Non ejuſdem ſunt dignitatis cum epiſtola Polycarpi ad Philippenſes, binæ aliæ, vulgò S. Martiali tributæ. Epiſtolam ad Philippenſes vid. Biblioth. Patr. Baſ. ed. præf. pag. 11. item in oper. T. 2. pag. 4. ſeq. in Pariſ. T. 3. pag. 923. Ex reſponſionum capitulis B. Polycarpo adſcriptis, fragmenta quinque Victoris Epiſcopi Capuani Catenæ in IV. Evangeliſtas inſerta vide apud Uſſer. parte poſtr. pag. 31. ſeq. De Polycarpi ætate ib. à pag. 61. de eodem teſtimonia veterum ib. parte 2. à pag. 6.

§.7.) Non tantùm particularis, ſed & univerſalis Eccleſiæ curam Epiſcopis incumbere, ſine tamen dominio in alias, Polycarpi exemplo & zelo

 liquet,

*(n) apud Euſ. p. 98. edit. Gr. L. (o) Larroq. de Eccleſia c. 10. p. 165. (p) c. 1. à p. 4. (q) c. 2. (r) in M. S. (s) confer Hammond. in eundem præf. p. 12. §. 2. & 3. & diſſert. 4. c. 22.*

An. 169. liquet, quam gloriam ne ipſi quidem adverſarii eripere illi poſſunt. Unde Baronius §. 20. Irenæum, Andochium Presbyterum, Thyrſum Diaconum, Felicem & Benignum diſcipulos in Galliam miſit. Sic in epiſtola Smyrn. (t) *Univerſus populus Judæorum & Gentilium, qui Smyrnam colebat, irâ commotus* (in Polycarpum) *exclamat: Hic eſt Aſiæ magiſter, Chriſtianorum pater, noſtrorum Deorum deſtructor pertinax violatórque templorum &c.* Et ipſa Eccleſia de eodem: (u) *Martyrium excelſum ſuſtinet, & Magiſter adhuc vocatur à populo.* Hem quantas bullas excitarent tales tituli Romanenſibus, ſi hæc talia de Epiſcopo Rom. prædicarentur. Hunc non vicini ſolùm, ſed & remotiores magni faciebant, audiebant & quaſi pro ſummo gubernatore habebant: at ſanè non ſingulari Sedis prærogativâ, non jure aliquo, aut conventione, ſed pietatis & reverentiæ ſtudio. Sedis Rom. proprium eſſe volunt mittere diſcipulos & Epiſcopos in extera loca. At Polycarpus plures tales amandavit, ſicut martyrologia conſentiunt, & Lugdunenſium ac Viennenſium ad Aſianos literæ. (x) Nihil hîc de licentia, privilegio vel vicariatu à Summo Pont. conceſſo. Miſiſſe, non priùs ad Anicetum ſecum adduxiſſe Polycarpus perhibetur; quin ipſe veri Epiſcopi munere defunctus in ipſa Rom. Eccleſia (y) Epiſtolis etiam vicinas Eccleſias contra hæreſes confirmavit, iiſdem quoque fratres quosdam monuit & cohortatus eſt. (z)

§. 8.) Non tantùm Magiſtratui in rebus æquis obediendum docuit, ſed ipſe hoc in vinculis conſtitutus profeſſus eſt Judici: *Magiſtratibus*, inquit, *& poteſtatibus à Deo conſtitutis, eum honorem, qui noſtrorum animorum ſaluti, noſtræq; religioni nihil afferat detrimenti, pro dignitate tribuere docemur.* Δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ἀπὸ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς ἀπονέμειν.

De Benigno à Polycarpo in Galliam miſſo, & in Caſtro Lingonum Divionenſi paſſo Martyrol. ad 1. Nov. Baron. annal. §. 20. De illo Blondell. (a) ex Legenda hæc ponit: Populum noſtrum abluit aquâ, & balſamo livit; ad quæ ipſemet adnotat: Unica frontis unctione ſtatim à baptiſmate per ſacerdotem quemcunque adminiſtrato neophytos ſuos in hanc uſque diem univerſus oriens conſecravit, idemque Gallis noſtris anno 441. Arauſicæ congregatis placuerat. De baptiſmo veterum (at certè non primorum temporum) Zimmerm. in Tertull. §. 74. ex Vicecomitis l. 4. c. 13. ita habet: Jejunabant baptizandi uſque ad horam veſperam, poſtea propter imbecillam puerorum ætatem matutinum tempus ſuffectum fuit: ſtatim miniſter baptizatos oſculabatur: poſtea idem baptizatum ſuſceptori in manus dabat, ac linteis abſtergebatur, eíque adſtantes gratulabantur, ſubſequebatur cantus: tincti verticem Chriſmate ungebat ſacerdos, manus imponebat, per benedictionem invitabatur Spiritus S. & veſte candida induebatur.

*t) pag. 23. (u) p. 28. (x) de Dom. l. 2. c. 8. §. 2. (y) Iren. l. 3. c. 3. (z) Euſ. l. c. c. 19. al. 20. (a) de Epiſc. p. 214.*

batur. &c. At quæ hæc conformitas cum Apoſtolico baptiſmate? Quovis tempore adulti & ſenes ſimpliciter mergebantur cum benedictione; circa manuum impoſitionem nulli litem movemus. De hoc Maurus inſtit. Cler. lib. 1. cap. 28. ita: *Poſtquam aſcenderit baptizatus de fonte ſtatim ſignatur in cerebro à Presbytero cum ſacro Chriſmate, ſequente ſimul oratione.* Addit tamen: *Legimus in geſtis Patrum, quòd Sylveſter Papa* (obiit 335.) *in Eccleſia Romana* (ergo non ubique) *conſtituerit, ut ſicut poteſtas & privilegium apud ſolum Epiſcopum conſtat* (quî ergo præced. temp. hoc non obſervatum?) *quòd ſacrum Chriſma ipſe conficiat, & baptizatum per manûs impoſitionem cum ipſo Chriſmate conſignet propter hæreticam ſuaſionem, ita Presbyter eodem Chriſmate liniat baptizatum levatum ex aqua.* &c. En ex una continua actione duæ diverſæ decernuntur! Sic Dallæus (*b*) ex Grotio in epiſt. ad Gal. *Unctio baptiſmo acceſſit, in occidente quidem diu, apud Græcos verò perpetuo, & nunc etiam; neque præter hanc ulla alia ſubſequens apud eos in uſu eſt. Circa quarti autem ſeculi initia non ſatis viſum oleo inungere, niſi et fragrantiori quadam unctione oſtenderent à Deo lectos & Reges & Sacerdotes.* Latinorum ergo inventum Chriſma Epiſcopale. Inde Herberſtein hiſtor. Moſcovit. p. 36. ed. Ger. de Johanne Ruſſiæ metropolita, qui inter alia Archiepiſcopo Romano ita objicit: *Quartum peccatum eſt unctio ſeu Chriſma, teſtantur enim Concilia, unum eſſe baptiſma in remiſſionem peccatorum.* An. 169.

§. 9.) De Andochio Auguſtoduni Æduorum ſublato, unà cum Thyrſo Diacono & Felice Martyrol. ad 24. Sept. Ut verò Blondellus (*a*) Benignum, & reliquos Polycarpi Emiſſarios, oratoria & ſimilia conſecrandi, ſic iiſdem alios ordinandi coadjutores, omniáque munia obeundi poteſtatem accepiſſe à Polycarpo non ambigit (*b*) adeóque non ſolis Epiſcopis, ſpecialiter ſic dictis, convenire hæc dicit, quia nonniſi Presbyteri & Diaconi illi fuerunt juxta adverſarios. Quinimo Presbyteros & Epiſcopos eoſdem fuiſſe concludit. Ac licet quis ad Pothinum Lugdunenſem præſidem cooperarios novos ordinandos, ab his miſſos fuiſſe finxerit, tamen ipſe Pothinus nonniſi vel ætatis, vel ſuffragiorum jure à Presbyterio ſeu fraternitate προεδρίαν obtinuit, & ita quidem, ut abſque horum conſcientia, calculo, conſilio & conſenſu nihil facere privato nomine potuerit.

In bello Marcomannico Mediolani ſublatos Gervaſium & Protaſium Baronius ad an. 171. §. 4. Spond. ad an. 169. §. 2. ajunt: de quibus Bar. in Martyrol. R. ad 19. Junii. conſule, ut & Hoſpin.

*b) de cultu Lat. l. 2. c. 14. p. 172.* (*a*) *l. all. à p. 285.* (*b*) *à p. 315. ſ.*

# JESU CHRISTI *Annus* 170.

## M. AURELII & L. VERI } *Annus* 8.

*Peſtis & fames.*

§. 1.) Aniceti P. an. 4. Coſſ. Vettius Paulus & Junius Montanus. Lues maxima Babyloniæ ex arcula aurea in Apollinis templo à milite inciſa oritur, ac in oriente & occidente, cumpr. etiam Romæ, vehementer graſſatur: quam Tiberis inundatio, & hanc fames graviſſima excipit, unde in Chriſtianos recrudeſcit perſequutio.

*Theophilus Heroni ſuccedit Antiochiæ.*

Antiochiæ in Epiſcopatu Heroni juniori ſuccedit Theophilus, vir omnino eximius, cujus librorum titulos Euſ. l. 4. c. 24. recenſet, de quibus Hieronymum (de Script. & ad Algaſiam Epiſt. 151. q 6. Arnd. Ant. 878. vid. an. 182. §. 2.) conſule. Conſenſum 4. Evangeliſtarum, ſive commentaria, vel libros allegoriarum in IV. Evangelia ſcripſiſſe fertur, qui extant in Bibl. Patr. ed. Pariſ. T. 1. col. 349. Hunc deinceps alii ſunt ſecuti ait Spond. ad an. 31. §. 2. Ita Chemnitius. (a) *Si opus illud,* inquit, *adhuc noſtra ætate extaret, meritò ipſi, ſi non primæ, ſaltem ſecundæ partes, inter Scriptores Harmonicos tribuendæ eſſent: quia circa Tatiani tempora ipſe quoque vixit et claruit &c. Fragmentum autem illud, quod Luſcinius ſub Ammonii nomine edidit, quia ipſius non eſſe oſtendimus, non ſanè contendere velim, ſicut affirmare nec poſſum, nec auſim, Theophili hæc eſſe. Quia tamen vetus ſcriptum eſſe non eſt dubium, & ejus uſus aliquis ad noſtri inſtituti rationem eſſe poteſt, nominemus ſanè illud Theophili Harmoniam &c.*

§. 2.) De his, ut & de comment. in Proverbia, ait Hier. de Script Eccl. & ex eodem Baron. §. 8. ſibi non videri congruere cum aliorum ejuſdem ſcriptorum elegantia & phraſi: quod etiam Sixtus Sen. (b) notavit, & Magdeburgenſes (c) ad Autolycum hominem gentilem & ſapientem libros 3. contra gentes, ſeu religionis Chriſtianæ calumniatores ſcripſit, quos laudat Euſebius, qui Venetiis extant in Bibliotheca Diegi Hurtaldi: (d) eosdem vide in fine operum Juſtini Mart. ed. Pariſ. part. 2. à p. 69. Inſuper contra Marcionem librum compoſuiſſe Theophilus, & contra Hermogenis hæreſin fertur. Hermogenes autem, Tatianus & Montanus coævi cenſentur. Hermogenes aliter Hermias dictus, hinc Hermogeniani ſeu Hermiani; poſuit materiam Deo coæternam, & in Deo unam nonniſi eſſe perſonam contendit: (e) alii diſtinguunt inter Hermogenianos & Hermianos, de illis Aug. ad Quod-

(a) *Harm. præf. c. 2. p. 6. a* (b) *Bibl. l 4.* (c) *Rivet. Crit. S. l. 2 c. 7.* (d) *Mejer in Bibl. ſeculo 2. item Friſius in Bibl. Regenv. hiſt. Slav. pag. 271.* (e) *Bar. §. 11.*

Quodvultd. c.41. Danæ, in eundem Tertull. & alii: item Forbeſ. Inſtr. l. 1. c. 2. §. 5. ubi ait, confudiſſe Hermogenem SS. Trinitatem, ſicut Victorinus & Praxeas. De Hermianis qui & Seleuciani idem Aug. c. 59. Caſſiod. hiſt. Trip. l.7. c.11. Niceph. l.11. c.14. An. 170.

§.3.) Apud Camerarium in Chron. Niceph. legimus, quosdam cenſuiſſe Theophilum, cui Lucas Evangelium & Acta inſcripſit, virum potentem & nobilem hunc eundem fuiſſe, qui Epiſcopis Antiochenis adnumeratur. At Chronologiæ ratio vehementer obſtat. Lucas quidpe juxta Baronii calculum anno Chriſti 58. ſcripſit, ſed Theophilus Antioch. Heroni II. hoc præſenti anno ſucceſſit, & vitam adhuc, uti cenſet Cardinalis ultra 20. annos produxit. Porrò in iſto authore perantiquo haud obſcura deprehenduntur veſtigia SS. Trinitatis, nominatim lib.2. & quæ Sculretus putat Arianiſmum ſapere, commodam interpretationem admittere poſſunt. Duplicem enim λόγον tribuit Deo, ἐνδιάθετον, qui fuerit ab æterno, & προφορικὸν, quem Deus tum genuerit ſeu emiſerit ex ſe, cùm manum adhibuit creationi.

§.4.) Alſtedius (*f*) ad an. 170. notat Lucium Britanniæ R. fundâſſe ſcholam Bannachorenſem. Certè Monaſteria ſcholas olim fuiſſe eſt compertum; in monaſterio autem Bancor circa an. 601. MMC. degiſſe Monachos, Spelmannus (*g*) atteſtatur. Idem (*h*) aſſerit, eundem Lucium R. anno 170. ab Elvano & Medvino Româ reducibus fluctuantem confirmatum, Druidarúmque plurimos fide imbutos, & prope Eccleſiam Londini Bibliothecam fuiſſe conditam. *Banna-chor. ſchola.*

*f*) *Chron. c.30.* (*g*) *de Concil. p.106.* (*h*) *p.23. ex Bal. cent. 1. ca. 27.*

# JESU CHRISTI *Annus* 171.

## M. AURELII & L. VERI } *Annus* 9.

Aniceti P. an. 5. Coſſ. Soſius Priſcus & Cœlius Apollinaris. L. Verus in itinere belli Marcommannici, cùm jam alpes tranſcendiſſet, ſedens in vehiculo cum fratre, apoplexiâ perit. Poſt cujus funus & apotheoſin, M. Aurelius ad idem bellum progreditur, qui oraculo Alexandri impoſtoris deceptus, fermè 20000. milites perdit, Luciano teſte. Hunc Lucianum aliqui Apoſtatam à fide vocant (*a*) negant verò alii. Cognomento vocatus blaſphemus & atheus, patriâ Samoſatenus, fuit primùm Antiochiæ, pòſt defecit ad gentiles, & tandem laceratus eſt à canibus. Rectè de hoc annotat Calviſius: *L. Verus moritur.* *Lucianus.*



*a*) *Turſell. in epiſt. p.157. ſeq. confer Tir. p.18. b.*

An.172. viſius: Vixit circa hoc tempus (b) ut Suidas habet, quanquam ſi ſcripta ejus attendas, videtur ſeptuaginta annis poſterior.

*b) an. 104.*

# JESU CHRISTI *Annus* 172.
# M. AURELII *Imp. Annus* 10.

*Melito, & ejus Apologia.* §. 1.) Aniceti P. an. 6. Coſſ. Cethegus & Julius Clarus. Melito Sardenſis egregius Antiſtes, à zelo, ſanctimonia & martyrio commendatus. Alius longè à Meletio Thebaidos Epiſcopo à Novatianiſmi propagatore circa an. 300. Iterum alius, Sebaſtæ primùm in Armenia, deinde Antiochiæ Epiſcopus, SS. Trinitatis conſtans propugnator: de quo Euſ. l. 5. c. 47. ſeq. l. 6. c. 23. Huic autem Melitoni noſtro multæ lucubrationes adſcribuntur, de quibus Euſ. l. 4. c. 25. & l. 5. c. 23. Hier. Bellar. Gerh. de Script. Eccl. Arnd. Ant. pag. 876. Inprimis Apologeticum Imperatori Chriſtianos perſequenti obtulit. Huic quàm humiliter ſe Chriſtiani ſubjecerint, manifeſtum ex Euſ. l. 4. c. κζ. ubi: *Si te jubente hoc fit, ſit ſanè id rectè factum; nam Rex juſtus nihil injuſtè conſulet, & nos hujusmodi mortis præmium lubenti animo ferimus.* (a) Liber de tranſitu Mariæ, quem eidem Trithemius inſcribit, & Margarinus de la Bigne legendum ſtudioſis commendat, à Gelaſio in Canone S. Romana, item à Sixto Sen. in Biblioth. l. 2. à Bar. an. 48. §. 12. & ad præſentem an. §. 5. à Bell. & Joh. Maria, Poſſevino, Molano ex Beda, Suarezio atque aliis meritò proſcribitur. Confer Riveti Crit. l. 2. c. 7. Cocum p. 124. ſeq. Friſii Bibl. Tirin. p. 20. Extat Bibl. Patr. ed. Pariſ. T. 7. p. 579. Inter varia Melitoni adſcripta liber quoque eſt de Apoc. Joh. quæ omnia perdita. (b) Fragmentum epiſtolæ ejusdem ad Oneſimum, & numerum librorum V. T. ſua ætate receptum l. all. Euſebius proponit, ubi Canonem Hebræorum tantùm recenſet. (c) Nam quòd librum Sapientiæ, & quidem illum ſolum, Canoni quoque addit, contrà Eſtheræ librum omittit, alium, quàm volunt Latini, ſenſum habet. *Vid. Rainold. de libris Apocr. lect.* 14. *Illyr. Cat. T. 1. p. 71. Arnd. l. al. & tit. Canon. p. 92. §. 15. & 19.*

§. 2.) Quod igitur Sapientiæ Solomonis ibi meminit, non eum ſenſum habet, ac ſi librum Pſeudepigraphum, quem inter libros Apocryphos recenſet Hieronymus & alii, Canonicis annumeraret, ſed ipſum Proverbiorum librum intelligit; prout mentem Melitonis declarat Rufinus in expoſitione Symboli; quod etiam verba oſtendunt, Salomonis Proverbia, quæ & Sa-

*a) Lipſtorp. de Mon. Pap. c. 4. § 17. p. 29. Kortholt. p. 143. (b) Dallæ. de Patr. p. 5. (c) Novit. Mol. l. 1. c. 63. p. 235.*

& Sapientia ; Σολομῶν🙰 παροιμίαι ἡ σοφία, correctius ἡ καὶ σοφία ; ubi particula quæ ad aliud, quàm quod præceſſit, referre nequit, ita ut ſive per appoſitionem addatur ἡ Σοφία ad παροιμίαι, ſive per adverſativum, ut conſtet Parabolas ſeu Proverbia Solomonis eſſe Sapientiam. Malè igitur Euſebii contextum diſtinguit Annaliſta noſter §. 5. Solomonis Proverbia, Sapientia. Aliàs certum Sapientiam vulgò ſic dictam, ut à Proverbiis diſtinguitur, non eſſe Solomonis, ſed Philonis, qui vixit poſt tempora Chriſti. Manifeſtum tamen, Proverbiorum librum aliquoties hoc nomine à veteribus fuiſſe denominatum. Non ſolum Egeſippus, ſed & Irenæus, & univerſus veterum chorus, Solomonis Proverbia Sapientiam, omnis generis virtute plenam vocârunt. Eſtheræ librum, qui in Canone Hebræo extat, omiſit Melito, quem tamen procul dubio alii conjunxit. An. 172.

*Apollinaris Apologia.*

§.3.) Apollinaris ſeu Claudius Apollinarius, Hieroſolymitanus Epiſcopus, famâ conſpicuus, Apologiam ſive librum pro fidei defenſione Chriſtianorum ad Imp. ſcripſit, lenimentúmque perſecutionis impetravit, quòd Lucius Verus diem obiiſſet: vid. Euſ. l. 4. c. 25. 26. & 5. c. 18. Alias inſuper lucubrationes reliquit, uti Hieronymus notat: adverſus Gentes l. 5. de veritate l. 3. adv. Cataphryges ſeu Montaniſtas, eorúmque vates Priſcillam & Maximillam. Præter Euſ. confer Theodoret. l. 3. hær. fab. Friſii Bibl. Hier. alios: cujus tamen ſcripta naufragium paſſa. (*e*) Porrò Apollinarii plures fuere, de quibus Danæus in Aug. de hær. cap. 55.

Ex relatione Ughelli (*f*) Lucius quintus Atinenſium ordinatus Epiſcopus. III. facit Hilarium ad an. 110. IV. Urbanum an. 132. VI. Solomonem, qui obiit anno 221. Igitur 50. annos V. & VI. ſediſſent.

Philippus, Gortynæ in Creta Epiſcopus, præclarum adv. Marcionem dedit librum. (*g*) Ejus memoria d. 11. Apr. celebris.

Similiter Modeſtus contra Marcionem calamum ſtringit. (*h*) Sic Muſanus contra Encratitas. (*i*) utriusque autem Modeſti & Muſani, ut & Philippi ſcriptis hodie caremus. (*k*)

Sagaris Epiſc. & Martyr Laodiceæ mortuus: Martyrol. 6. Oct. Bar. §. 6. ex Euſ. l. 5. c. 23.

*e) Dallæ. de Patr. p. 5. (f) Ital. S. T. 6. p. 535. (g) Euſeb. l. 4. c. 22. & 24. Hier. Trith. Regenv. p. 285. (h) Hier. Bar. §. 8. (i) Hier. (k) Dallæ. de Patr. pag 5.*

# JESU CHRISTI *Annus* 173.

# M. AURELII *Imp.* *Annus* 11..

*Montani origo.* §. 1.) Aniceti P. an. 7. Coſſ. Severus & Herennianus. *Montaniſtæ* circa hæc tempora exorti: aliis tamen ad an. 142. collocantur. (*a*) A *Montano* hæreſiarcha, Phryge natione, diſcipulo Tatiani. Duas mulierculas circunduxit Priſcam & Maximillam, quæ libros Propheticos ſcripſere, quorum Nicephorus meminit. Harum ſocia fuit Quintilla, unde Quintiliani dicti. Nominati quoque Cataphryges & Pepuziani à Pepuza Phrygiæ civitate; item Montenſes, Cuzupitæ & Rupitani. (*b*) Seipſum Montanus aſſeruit Paracletum Spiritum S. unde ejus diſcipuli Spiritum S. ſibi, non Apoſtolis infuſum prædicabant. Mortuos baptizabant. Primas admittunt nuptias, ſecundas damnant; nuptiarum vinculum pro arbitrio poſſe diſſolvi ajebant: inceſtuoſos concubitus admittebant: pœnitentiæ virtutem tollebant. Prophetas arreptitios eſſe dicebant: panem cum ſanguine humano in S. Cœna miſcebant. Statuerunt contra Paulum mulieres Presbyteriſſas, diaconas ſ. diaconiſſas fieri poſſe h. e. χειροθεσίαν ſeu ordinationem habere, ſive authoritatem in Eccleſia miniſterii obtinere, ut docet Ambr. in c. 3. Epiſt. 1. ad Tim. (*c*) Idem Montanus jejuniorum leges condidit, quo nomine hæreticus eſt habitus à veteri Eccleſia: quem inſecutus ſenex Tertullianus commendavit ξηροφαγίας i. e. ſiccas, ſive aridiores cibos certis temporibus, Orthodoxos autem *Pſychicos* h. e. animales & carnales appellavit, quem hodie Latini imitantur. Cauſam hæreſis τῇ φιλοπρωτείᾳ Montani adſcribunt: (*d*) unde eum ἐπιθυμίαν ἄμετρον φιλοπρωτίας funditus evertiſſe ex Euſ. (*e*) Blondellus (*f*) docet, adeoque cum plerisque aliis hæreſiarchis. *Artotyritæ* propago *Pepuzianorum*, qui loco panis & vini, panem & caſeum offerebant & ita communicabant: adeoque S. Euchariſtiam corrumpebant, obtendentes primos homines obtuliſſe fructus terræ & oves: vid. Epiph. hær. 49. Aug. hær. 28. & in eundem Danæum. Pepuziani à Pepuza loco, cui aliquid divinum imputabant Hieruſalem vocantes, ut hodie Latini Romæ, Compoſtellæ &c. *Proculus* Montani & Cataphrygum ſectator acerrimus.

*Synodi hæreſes damnant.* §. 2.) Conciliaribus conventibus Montaniſtæ ſunt ſublati: unde Euſ. l. 5. c. 15. al. 16. *ubi fideles*, inquit, *qui Aſiam incolebant*, *ſæpenumero & multis in locis in unum convenerant*, *& doctrinam recens introductam explorare*,

*a*) *Blondell. de Epiſc. p. 54.* (*b*) *vid. Aug. c. 26. 27. & in eund. Danæ. Theod. l. 3. c. 2. Forbeſ. inſtr. l. 12. c. 10. §. 1. & l. 14. c. c. 4. §. 3. Luzenb. p. 81. 156. & 160. Kortholt. 187. Arnd. p. 459. tot. alios.* (*c*) *vid. Concil. Epaun. can. 21. item Juſtell in Cod. T. 1. p. 86. b.* (*d*) *Forbeſ. l. 2. c. 1. §. 14.* (*e*) *l. 5. c. 16.* (*f*) *de Epiſc. p. 54.*

*re, & eam profanam ac deteſtabilem oſtenderant, & errorem ipſum improbârant, ſic tandem iſti tum ab Eccleſia extruſi, tum à communione penitus expulſi fuerunt.* Sic Apollinarius refert Aſiaticas Eccleſias Synodos celebrâſſe & hæreticos excommunicâſſe, ſed nuſquam id Romani Pont. authoritate factum memorat. Ita Euſ. teſtatur l. all. in Montani, Theodoti & Alcibiadis cauſa nullas factas provocationes ad Rom. Epiſcopum, ſed literas ad Gallicanam Eccleſiam miſſas. Scil. in rebus dubiis & nimium controverſis non tantùm provinciales, & ſæpe quoque vicini conveniebant, ac liberè judicabant, ſed alii etiam ſua ſibi invicem non denegabant ſtudia & judicia; ſolebant Eccleſiæ remotiores in aliis provinciis, conſultæ per literas, quibus communiter ſubſcribebant, ſuam ſententiam exponere. Sic fratres & martyres, qui in Gallia erant, ſuam de Montani Prophetiis ſententiam piam & orthodoxam, ad fratres in Aſia & Phrygia perſcribebant. Item Serapion in Epiſtola ad Caricum & Ponticum ait: *Ut autem ſciatis, quòd iſta, quæ nunc nova Prophetia, vel potiùs execratio nova proceſſit, ab omni fraternitate, quæ in univerſo mundo eſt, reſpuitur & refutatur, tranſmiſi vobis Claudii Apollinaris, Hierapolitani Aſiæ provinciæ Epiſcopi literas, quibus de his pleniùs inſtruamini.* In hac autem ipſa Serapionis Epiſtola etiam ſubſcriptiones quorundam Epiſcoporum & martyrum continentur. (g) Solebant etiam unum atque alterum ex præcipuis ſuis doctoribus ad alias mittere Eccleſias ut cum iis conferrent de rebus neceſſariis, & exortas hæreſes arguerent ac refutarent, ortáſque diſſenſiones componerent. Sic Gallicanæ Eccleſiæ Phrygianis Irenæum miſerunt: & Polycarpus ex Aſia Romam ſub Aniceto venit, collaturus de quibuſdam cum Romanis &c. An. 173.

*§. 3.*) Montaniſtarum damnationem in frequentibus Synodis Aſiæ & aliorum locorum, factam ipſemet Baronius agnoſcit. Tres ordine recenſet auctor Libelli Synodicii quarum prima Hierapolitana Apollinarii cum XXVI. Epiſcopis. Hujus autem Apollinaris memoria d. 8. Jan. celebratur. Secunda Synodus Achillana Sotæ cum XII. Epiſcopis: tertia Gallicana Confeſſorum. Ad hæc M. Ant. de Dom. (h) *Hæc eſt,* inquit, *prima mentio Conciliorum poſt Apoſtolos, quam ego obſervavi ad hæreſes cognoſcendas & profligandas. Regula profectò generalis toti Aſiæ futuræ, ut non ad Papam, ſed ad Concilia cauſas fidei referat.* Prodit ergo potiùs indolem Romanæ Sedis Baronius (i) quando dicit, Montaniſtas conatos quoquo modo Romanæ Eccleſiæ communicationem ſuffurari, quò ſic ab univerſa Catholica Eccleſia viderentur eſſe recepti, eíſque de facto Pontificem falſis ipſorum relationibus deceptum, pacificas literas dediſſe, quas ſimulátque à Praxea reduce meliora edoctus, continuò revocârit. At quis exteros & peregrinos, & quidem ſuſpectos atque hæreticos, nondum plenè exploratos, à ſuis damnatos, ſuſcipere

dd

(g) Euſ. l. 5. c. 19. (h) l. 7. c. 7. §. 6. (i) §. 4. Spond. §. 2.

An. 173. pere & cum pacificis dimittere permiſit? Jure ergo à Conciliis jam damnatos meliùs edoctus commendare aliis noluit, imò nec potuit, quia recepti non fuiſſent. Præceps ergo Epiſcopus Rom. unde errorem etiam correxit.

§. 4.) Ex Tertull. lib. de Trin. adv. Praxeam: (k) Praxeas *Epiſcopum Rom. agnoſcentem jam Prophetias Montani, Priſcæ, Maximillæ, & ex ea agnitione* (approbatione) *pacem Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ inferentem, falſa de ipſis Prophetis & Eccleſiis eorum adſeverando, & præceſſorum ejus authoritates defendendo, cogit & literas pacis revocare jam emiſſas, & à propoſito recipiendorum chariſmatum conceſſare.* Utut igitur jam Montaniſtæ in Aſia & Phrygia excommunicati fuerint, tamen de uno recognoſcere illorum cauſam potuit Rom. Epiſcopus, id quod juxta Conciliorum decreta, nulli alii licuiſſet. Reſp. 1. Utut alii Eleuthero, alii Victori, Zepherino alii iſthoc tribuant, ego Aniceto, qui ſub primo Montani adventu vixit, adſcribendum ce ſeo. 2. Patet hinc Pontificem R. errori eſſe obnoxium, quia Montani Prophetias approbavit. 3. Conſenſum cum Rom. Eccleſia non eſſe genuinam Eccleſiæ notam. 4. Alii in aliis diœceſibus Epiſcopi ſimili modo pacem Eccleſiis dare poterant, qui tamen univerſales non fuerunt. 5. Quia Montanus jam antè à comprovincialibus Epiſcopis fuerat condemnatus, itaque nec admittendus Romæ, nec excuſandus fuerat. 6. Illa pax Aſiæ & Phrygiæ illata, ſeu inferenda, tantum non potuit, ut Montanus cum ſuis ab illis Eccleſiis in communionem reciperetur. Bellarminus errorem Rom. Epiſcopi, Prophetias Montani, Priſcæ & Maximillæ agnoſcentis, indéque pacem Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ inferre conantis, ita extenuare ſatagit, ut de fide Tertulliani, ceu Montaniſtæ dubitet. Reſp. Tamen apertè tantum ſcribere mendacium auſus non fuiſſet, faciléque Rom. Epiſcopus ſuos defenſores nactus fuiſſet. Igitur etiam Montaniſta Tertullianus, verum hoc loco dicere & teſtari potuit. Vel hoc ſaltem inde pateat, Tertullianum in ea hæreſi non fuiſſe, quaſi Rom. Epiſcopus errare non poſſit, præſertim cùm ſcribant authores, eum à Rom. Eccleſia ſeceſſiſſe propter levem offenſionem Romanorum Presbyterorum: ergo ne Catholicus quidem exiſtimavit errare non potuiſſe Rom. Epiſcopum, aut Eccleſiam illam. Imò Bellarminus ait Papæ R. perſuaſum eſſe à Montaniſtis, doctrinam Montani non eſſe diverſam à doctrina Rom. Eccleſiæ. Quid hoc aliud, quàm eſſe Montaniſtam, unde Tertullianus, Epiſcopum R. agnoviſſe (i. approbâſſe) Montani Prophetias. Utut Pamelius neget agnoſcere, Tertulliano idem eſſe atque adprobare, id tamen ex eo patet, quòd addit: *Nos quidem agnitio Paracleti & defenſio disjunxit à Pſychicis.* Affirmat Tertullianus, Epiſcopum Rom. Eccleſiis Aſiæ atque Phrygiæ pacem intuliſſe: non modò ergo fuit Montaniſta, ſed & cum Montaniſtarum Eccleſiis communicavit. Unde Rhenanus in margine: Epiſcopus Rom. montanizat. §. 5.)

*k) c. 1. p. 378.*

§. 5.) Ut Montaniſtæ olim à carne abſtinebant, teſte Aug. l. 2. de moribus Eccl. ita Montanus primus leges de jejunio ſtatuit, affirmante Euſ. (l) Hinc Apollonius, qui Romæ tandem capite plexus, contra hunc calamum ſtringit.(m) Montani ſucceſſor fuit *Theodotius* Epheſinus, unde Theodotiani. (n) Hi Chriſtum ψιλὸν ἄνθρωπον fuiſſe contendebant, eúmque ex virili conceptum ſemine ajebant. Hunc excepit Proclus, item Alcibiades, Themiſton, Patroclus &c. (o) Sic Praxeas, contra quem Tertullianus ſcribit, orthodoxus primùm, poſtea unam tantùm in Deo eſſe perſonam docuit. De Montano ita Mareſius: *Nec Montanus*, inquit, *forſan perſonaliter voluit haberi pro ipſo paracleto, ſeu SpirituS. ſed tantùm illius virtutem ſpecialiter in ſe effuſam.* Dreſſerus nullo antiquitatis teſtimonio Montaniſtis tribuit, quòd humanitatem Chriſti negarent, & abſque carne in cœlum aſcenderit. Citat quidem Epiphanium & Euſ. ſed tamen neuter eorum hoc habet. Theodoretus quoque l. 3. eoſdem liberat ab horrendis myſteriis, quæ de illis ferebantur. Inter alia illorum dogmata fuere. 1. Omnes Prophetas, qui ante Montanum fuerant, ita in ecſtaſi fuiſſe locutos, ut ſeipſos non intelligerent. 2. Nuptias ſecundas omnino eſſe illicitas: atque huc ſpectant libri Tertulliani Montanizantis de Monogamia & ad uxorem. Nec abludunt Pontificii, qui bigamos ſtatuunt irregulares, ſeu inhabiles ad S. Miniſterium & ſolitam benedictionem negant ſecundis nuptiis. An. 173. *vid. an. 196. §. 11.*

§. 6.) Tria à Catholicis in Montaniſtis reprehenſa, jejunia, ſtationes, ξηροφαγίαι. Leges quidpe fixit Montanus antea inauditas de jejuniis, quæ ſtata eſſe volebat, certíſque diebus adſtricta, cùm antea eſſent arbitraria. Stationes in veſperam plerúnque produxerunt, ad macerationem carnis. Xerophagiam injunxit, ut ſiccarent cibum ab omni carne & jurulentia. Non minus vini uſum diabolicum vocârunt. Ita ergo Latinos ſtrenuos ſequaces habent, adeoque qui legerit Tertulliani Montanizantis diſputationes de jejunio contra Catholicos, quos ψυχικὰς appellat, putet, ſe videre ſcriptum Pontificium contra Reformatos. Nec puduit multos è Romanenſibus inde arma contra nos mutuare. Divortiorum quoque inter conjuges faciebant licentiam continentiæ ſtudio, ſicuti quoque fit in Papatu. Nefas præterea dicunt tempore perſecutionis fugere, quod propugnat Tertullianus de fuga, id quod refutat Martyr noſter Locor. comm. cl. 3. c. 12. §. 22. ſeqq. Animam item faciebant corpoream, cui competeret effigies corporis, ut videre eſt apud Tertull. ipſum de anima, cujus libri c. 9. utitur teſtimonio ſuæ Prophetiſſæ, quæ dicebat, in ecſtaſi ſibi oſtenſam animam corporaliter, quæ ſpiritus videbatur. Haut abſimilia nugantur Papiſtæ, cùm animas è purgatorio reduces forma humanâ & corporeâ ſæpe apparere dictitant. Adhæc lapſis in aliquod peccatum Montaniſtis, nullum pœnitentiæ locum *vid. an. 216. §. 23.*



*l) l. 5. c. 17. & c. 3. (m) idem l. 5. c. 18. & 21. (n) Spond. §. 3. (o) vid. Kortholt. p. 235.*

An.173. concedebant, Novatianorum inſtar, ſed ad omne penè peccatum Eccleſiæ obſerabant fores, inquit Hieronymus, more hodiernorum Anabaptiſtarum; ita homini Chriſtiano militare nefas putabant, aut coronam in capite geſtare, purpuram & alia ornamenta Chriſtiano indigna pronunciabant; dicebant hominem conditum ad imaginem Chriſti venturi: animas peſſimas in Dæmonas abire &c.

§. 7.) Miltiades inſignis Rhodenſis Theologus contra Montanum, Priſcillam & Maximillam ſcripſit; item adv. Gentes & Judæos, Apologeticum inſuper Principibus dedit. (*p*) Quæ hodie amiſſa. (*q*)

Thraſea Ep. Eumeniæ apud Smyrnam paſſus d. 5. Oct. vid Euſ. l. 5. c. 23.

Cajus ſ. Gajus & Alexander Apameæ in Syria. d. 10. Mart. vid. Hoſp. & Bar. §. 23.

Bar. §. 13. Themiſo falſus Confeſſor. Unde Caſalius (p. 288.) probare intendit certitudinem Legendarum. At in infinitis locis aberrare in confeſſo illi etiam habent.

*p) vid. Euſ. Hier. (q) Dallæ. de Patr. p. 5.*

An. 174.

# JESU CHRISTI *Annus* 174.
# M. AURELII *Imp. Annus* 12.

*Tatianus hær.*

§. 1.) Aniceti P. an. 8. Coſſ. Maximus & Orfitus. *Tatianus* hæreticus ex Meſopotamia oriundus, Juſtini Martyris diſcipulus & ſectator, ex Philoſopho Platonico Chriſtianus factus: quandiu autem Magiſter Juſtinus vixit, nunquam ſe de fide malè ſentire oſtendit: ſcholam ſuam abinitio in Meſopotamia erexit, maximam prædicationis ſuæ partem Antiochiæ juxta Daphnem confecit, ſumma etiam cum æſtimatione Romæ docuit. Inter infinitas penè lucubrationes, inſignem pro Chriſtianis contra Gentiles commentarium edidit, uti Hier. refert & Euſ. l. 4. c. 16. Orig. l. 1. contra Celſum, extátque hactenus, utpote in fine oper. Juſtini Mart. edit. Pariſ. Non quidem illa prolixa eſt oratio, ſed nervoſa & lectu digna; quamvis in eo tam ſit culpandus, quòd animas impiorum in corpore mori ſtatuit, quàm laudandus, quòd S. Scripturam clavem ſtatuat: quod malè concordat cum iis, quæ de Scripturarum obſcuritate ad ravim uſque diſputant Pontificii. Harmoniam etiam IV. Evangeliſtarum, ſed fide mala contexuit, quam Διὰ τεσσάρων, ſeu *Ex quatuor* vocavit, in ea, ut demonſtrat Theodoretus (*a*) omnia omiſit, quæcunque de Chriſti genealogia ac carne humana, ab eo ſuſcepta, fuerunt ab Evangeliſtis tradita, utpote quam cum Marcione negavit. Hunc librum

*a) hær. fab. l. 1.*

brum aliosEvangelium ſecundùm Hebræos vocare ait Arndius (*b*) Deceptus An.174.
Victor Capuanus, ex Baronii ſententia, Ammonio Alexandrino Tatiani hujus, & viciſſim Tatiano harmoniam ſeu conſonantiam Ammonii tribuit. Et certè priorem hancce Tatiani non eſſe vel inde liquet, ait Mareſius, quia refert Theodoretus, Tatianum recenſuiſſe genealogias Chriſti, & alia, quæ Jeſum ſecundùm carnem prodiiſſe oſtenderent, illa tamen non extant in opere moderno: utranque vide in Bibl. Patr. ed. Pariſ. T. 7. col. 1. & col. 73. Confer ed. Baſ. præf. p. 14. & in opere 659--746. Plura habes de Tatiano apud Hier. & Bell. de Script. Ec. Gerh. in Patr. 106. & 471. in Victore Cap. De Ammonio Alex. Bibl. Patr. Baſ. præf. p. 15. & in oper. 747. ad 793. Bell. p. 57. Gerh. 156. Arnd. 462. i. inpr. infra ad an. 234. §. 2.

§. 2.) Tatiani aliquot fuere, quos inter inſignis martyr ſub Juliano, in craticula toſtus. (*c*) Tatiani hæretici *Encratitæ* etiam vocati, ab ἐγκρατείᾳ continentia, efficto nomine, quia continebant ſe à vino, carne & conjugio; ideoque nonniſi aquam in S. Synaxi adhibebant, unde *hydroparaſtatæ*, *aquarii* ſ. *aquei* nominati. (*d*) Ita ingrati extiterunt Deo, ait Friſingenſis (*e*) qui hæc humanis uſibus procreavit. Contra hos Clementis teſtimonium ex Euſ. (*f*) ab Apoſtolorum exemplo deductum, ibidem vide: & cum horum erroribus Papiſtarum praxin compara. Quòd contra Chriſti inſtitutum & mandatum vini loco aquam in Synaxi S. adhibuerunt, meritò ipſis magno vitio verſum fuit. At Latini nonne calicem Laicis adimunt? Nunquam tamen illi Patres eo argumento uſi, quòd vinum in ſanguinem Chriſti mutari debeat, quod procul dubio feciſſent, ſi ita ſe res haberet. (*g*) Fruſtrà etiam iſti hæretici cœlibes fuiſſe Apoſtolos ſunt mentiti. (*h*) Tatiani *Severiani* etiam nominati, quia Severum quendam Tatianus ſcholæ ſuæ ſucceſſorem habuit. (*i*) Ita Rhodon Aſianus Romæ olim diſcipulus Tatiani, Encratitarum parentis. Multa hic ſcripſit, quæ jam amiſſa. (*k*)

§. 3.) Communionem bonorum vi Act. 4. 32. inſtar hodiernorum Monachorum & Anabapt. ſtatuebant. (*l*) Ex quibus patet, ipſos etiam hæreticos ſplendida Apoſtolicorum, Catholicorum, Perfectorum &c. nomina ſumere & arrogare ſibi poſſe: & qui nomine continentes, re ipſa turpes eſſe. Quemadmodum hodie Latini omnes extra communionem ſuam viventes damnant, ſic olim Tatiani faciebant. Uti olim loco S. Scripturæ ſuppoſitis utebantur (*m*) ita & Romanenſes. Sic etiam monogamiam, licet ægrè, admittebant. Plura de Tatianis apud Iren. l. 1. c. 31. Euſ. l. 4. c. 16. 26.



*b*) *Ant. p. 457. conf. p. 878.* (*c*) *Tripart. l. 6. c. 13.* (*d*) *Danæ. in Aug. de hær. c. 75. Luzenb. 65. m. & 101. Roſſ. 266. Kortholt 171. Arnd. p. 458. alii.* (*e*) *hiſt. l. 3. c. 26.* (*f*) *l. 3. c. 30.* (*g*) *Larroq. de Euch. part. 1. c. 2. p. 32. & part. 2. c. 10. p. 524* (*h*) *confer Clem. Alex. Strom. l. 3. item Danæ. in Aug. c. 40. de Apoſtolicis hæreticis. Chemnit. Harm p. 450. b. & 727. b. tot.* (*i*) *Aug. c. 24. Lebb & Friſ. in Bibl. in voce, in Arnd. p. 178.* (*k*) *Dallæ. de Patr. p. 5. ex Hier.* (*l*) *Danæ in Aug. c. 40.* (*m*) *Martyrol. Bar. Præf. col. 8.*

An.174. 28. 29. Epiph. c. 46. Tert. de præſcr. c. 52. Clem. Alex. l. 3. Strom. & l. 2. Pædagogi c. 2. ad f. Philaſtr. l. 1. Damaſc. l. 6. de hær. Rhodig. l. 3. c. 10. Plures apud Bar.

*Docetæ.* A Julio Caſſiano, Valentini atque Tatiani ſectatore, *Docitæ, Docetæ* ſeu Opinatores orti, qui phantaſticum corpus Chriſto tribuerunt, nec verè, ſed ſola viſione apparuiſſe dixerunt.

*Pinytus. Ep.* §. 4.) Pintus ſeu Pinytus Gnoſii ſeu Gnoſiorum in Creta Epiſc. quem Dionyſius Corinth. Epiſcopus monuit, ne ſervandæ caſtitatis onus fratribus imponeret. Scilicet tum multi nimii cœlibatûs admiratores fuerunt, à Tatiano hæreſiarcha, qui fratribus impoſuerat, ſeducti. (*n*) De illo Martyrol. R. ad 10. Oct. *Inter Epiſcopos* (fuit) *nobiliſſimus, in ſcriptis ſuis, velut in quodam ſpeculo, viventem ſui reliquit imaginem.* Ejus hodie ſcriptis caremus. (*o*)

*n*) *vid. Euſ. l. 4. c. 22. al. 23. Niceph. l. 4. c. 8. Hoſpin. de Mon. p. 31. b.* (*o*) *Dallæ. de Patr. p. 5.*

An.175.

# JESU CHRISTI *Annus* 175.
# M. AURELII *Imp. Annus* 13.

*Aniceti P. martyrium.* §. 1.) Soteris P. an. 1. Coſſ. Aurelius Severus II. & Cl. Pompejanus. Anicetus P. martyrio interit. Tempore Aurelii Antonini & L. Veri id accidiſſe Martyrol. R. ad 17. Apr. item Hoſpin. ad dictam diem ajunt. Ita Soterem anno 163. electum Damaſus, Carranza &c. aſſeverant. Ex ſententia Collect. Conc. T. 1. p. 236. ed. Par. electus anno 167. ſedit an. 8. m. 9. Baronii calculo an. 8. minus menſibus 3. ac diebus 7. Starav. an. 9. m. 4. Carr. an. 11. Damaſi & Plat. an. 11. m. 4. d. 3. Coſteri an. 11. m. 5. d. 17. Aux Eſtats an. 11. m. 5. d. 27. Munſteri an. 15. Creſcon. an. 8. m. 3. Sepultus in cœmiterio Calixti: ceſſavit Epiſcopus dies 17. Ordinationibus. 5. Presbyteros 19. Diaconos 4. Epiſcopos 9. creavit. Hic nonniſi unam Decretalem ad Galliæ Epiſcopos ſcripſiſſe fingitur: at quàm leviter Rom. Epiſcopum ſuſpexerint, vel ex ſola de Paſchate lite clarum. Quare autem univerſale mandatum ad ſolos Gallos perſcribit? Eam vid. T. 1. Conc. p. 331. ed. Crabbi: & T. 1. pag. 237. ed. Pariſ. Impoſturam illius detegunt Blondell. in Pſeudo-Iſ. præf. p. 64. in tract. 201. ad 205. Cocus pag. 62. Agit autem. 1. De ordinationibus Epiſcoporum & de cauſis eorum. 2. De Primatibus & Metropolitanis. 3. Si metropolitanus ſine conſilio egerit, vel ſi Epiſcopi eum ſuſpectum habuerint. 4. De tonſura clericorum & habitu.

§. 2.) Cavit ne à paucioribus quàm à tribus conſecretur Epiſcopus, idque Jacobi Hieroſ. exemplo probat, à Petro, Jacobo & Johanne ſacrato: ex Anacleti II. epiſtola.

*Ut Archiepiſcopus ab omnibus Epiſcopis, quibus præeſſe debet, eligatur & ordinetur* 66. diſt.c. Archiep.ab. At quæ hodie electio? Scilicet hæc dogmata fuere, quæ tempore tam calamitoſo tractârunt. An.175.

*Archiepiſcopus nihil de eorum* (Epiſcoporum ſuorum) *cauſis: aut de aliis communibus, abſque cunctorum illorum agat conſilio: nec illi, niſi, quantum ad proprias Parochias, ſine ſuo.* At ubi hodie proprias Parochias habent? illas quomodo adminiſtrant? Hinc æqualitatem omnium Epiſcoporum M. Ant. de Dom. *(a)* concludit, quandiu ſcil. quis muneri ſuo non deeſt. *Abſque hoc*, inquit, *nulla differentia, nullum diſcrimen, nulla diſparitas; omnes Epiſcopi duntaxat ſunt, nullus inter ipſos Archiopiſcopus, nullus Primas, nullus Patriarcha, Papa nullus: privatum ſolùm propriæ diœceſis bonum quisque, ut lubet, procuret: ad communem ſe, extra propriam diœceſin nemo extendat, niſi de communi fratrum ſuorum conſilio: ſive ſit Epiſcopus ſimplex, ſive Archiepiſcopus, ſive Patriarcha, aut Papa.* 9. q. 3. Archiep. nihil.

§. 3.) *Nulli Archiepiſcopi Primates vocentur, niſi illi, qui primas tenent civitates, quorum Epiſcopos Apoſtoli & ſucceſſores Apoſtolorum regulariter, Patriarchas & Primates eſſe conſtituerunt, niſi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui neceſſe ſit, propter multitudem eorum, Primatem conſtitui; reliqui verò, qui alias metropolitanas ſedes adepti ſunt, non Primates ſed metropolitani vocentur* vid. d. 99. Nulli Archiep. De Patriarchalibus ſedibus, ab Apoſtolicis ſedibus differentibus, earum numero & natura M. Ant. de Dom. l.3. c.10. ubi à §. 17. probat, quòd Civitatum ſecularis dignitas ſedes potiſſimùm Patriarchales fecerit. *(b)* Hinc Polydorus *(c)* ex Clem. inſtituto, *ut in ſingulis gentium, quæ religionem inpoſterum complecterentur, urbibus, in locum flaminum Epiſcopi ſubſtituerentur, & in qualibet provincia Archiflaminis vice, unus Archiepiſcopus conſtitueretur* &c. Inde Innocentii teſtimonio Sacerdotum & Epiſcoporum differentia introducta. *Ii Archiepiſcopi*, pergit Polydorus, *modò Primates, modò Patriarchæ dicti: quatuor principio fuere, Romanus, Antiochenus, Alexandr. & Hieroſ. poſtea translata Byzantium Imperii Sede additus eſt & Conſtantinopolitanus. Verùm poſthac ambitione paulatim modeſtiam è pectoribus hominum detrudente, plures creati ſunt, usúque venit, ut hujusmodi ordini plus aliquid dignitatis ac majeſtatis acceſſerit. Et quoniam hiſce Pontificibus ſedes, in iis præſertim locis, qui inſigniores eſſent, datæ ſunt, idcirco & Metropolitanos vocamus, quòd unusquisque hodie in ea præſit urbe, quæ ejusdem provinciæ metropolis i. e. mater & caput eſt. Primates tamen & Patriarchæ antecellunt auctoritate Archiepiſcopi Metropolitanis, ſicut patet ex decreto Aniceti, qui ſtatuit, ne Epiſcopus crimen Metropolitani ſui ad alium, niſi ad Primatem aut Sedem Apoſtolicam deferret* &c. Meritò hîc locum habet Africani III. Concili ſententia; *Primæ Sedis Epiſcopus non appelletur*

*a*) *l.3.c.7.§.4.* (*b*) *confer eund.l.3.c.2.toto.* (*c*) *inv.l.4.c.12.*

An. 175. *pelletur Princeps Sacerdotum, vel ſummus ſacerdos, aut aliquid hujusmodi, ſed tantùm Primæ Sedis Epiſcopus.* (*c*)

*§.* 4.) Ib. Conſtituit ut Cleri comam non nutriant, ſed deſuper caput in modum ſphæræ radant, ut quemadmodum à laicis diſcreti eſſe debent in converſatione, ita & in tonſura, & in omni habitu ab iiſdem ſint diſcreti. d. 23. c. prohibete fratres. Polyd. l. 4. c. 8. alii Anacleto inventionem tribuunt: ut idem docet Polyd. l. 4. c. 8. (*d*) Idem inſtitutum Martino aſſignatur: d. 23. c. non liceat. Item Gregorio, ut eſt in canone ſi quis. Et Concilio Agathenſi c. Cleri. (*e*) Baronius ad an. 398. *§.* 73. id ipſum tribuit Concilio Carthag. IV. c. 44. & Optat. Milevit. l. 2. cont. Parmen. Donatiſtas Præciſiſtarum hodiernorum Patriarchas ſic compellat: *Docete, ubi vobis mandatum eſt radere capita Sacerdotum, cùm è contrario tot ſint exempla propoſita fieri non debere.* Tonſuræ Clericorum originem in Ægyptios Sacerdotes rejiciunt Philippus Beroaldus & ex eo Jo. Bohemus. (*f*) Ex V. T. id deducit Polydorus. (*g*) Certè ab Ethnicis deſumptus mos, contra Legem Dom. Lev. 19. 21. Ez. 44. nam, ut ſcribit Herodotus, Sacerdotes in Ægypto radebantur: vide etiam Baruchi 6. De allegoria attonſi capitis à Pontificiis excogitata lege c. 12. q. 1. duo ſunt. Evolve inſuper Aug. ſer. 12. ad Heremitas. Vide Collect. Concil. T. 1. 240. ed Pariſ.

*§.* 5.) Hic Papa cum Polycarpo ſtatuit tandem celebrationem Paſchatis, eſſe liberam, nec propter ceremoniarum diſſonantiam rumpendam eſſe fidei conſonantiam. (*h*)

In Romana Eccleſia Epiſcopos & Presbyteros tunc temporis à docendi munere vacuos non fuiſſe patet ex hiſtoria Eleutherii, quem puerum Anthia mater Aniceto erudiendum tradidit. (*i*) Sic ſuprà ex altera Juſtini Apologia traditum quòd Romæ primarius inter fratres, Dominica die, ea quæ ex commentariis Prophetarum aut Apoſtolorum in Eccleſia lecta fuerant, exponat, monita & adhortationes inſtituat &c. Nec minori ſtudio docendi, inſtituendi, viſitandi, Sacramenta adminiſtrandi &c. alibi Epiſcopi intenti erant.

*Soter P. eligitur.*

Aniceto ſuccedit Soter Campanus, ut vult Baronius anno præſenti: anno 163. Damaſo: anno 178. Fridliebio. Carranzæ eſt Pont. XI. ita Staravolſcio, at in altero ejus catalogo eſt XIV. Chriſto primo loco numerato. XII. Dietrico. XIII. Platinæ, Agricolæ, Coſtero. Ex Diacono autem Soterem ſuffectum Aniceto, huic ibidem ex eodem ordine Eleutherum ſcripſit Hegeſippus. (*k*)

*§.* 6.)

*c*) *vid. Spond. ad an.* 97. §. 18. *item Codicis Univ. p.* 73. *ed. Tigur.* (*d*) *vid. an.* 112. §. 10. *conf. an.* 102. §. 30. *inpr. an.* 58 § 47. *ſeq. Hoſpin. de Mon.* 63. *a. Caſalius c.* 49. *p.* 213. *f. Arnd. tit. Cler. à* §. 19. *p.* 190. (*e*) *vid. Blondel. Pſeudiſid. præf. p.* 36. (*f*) *de morib. gentium c.* 5. (*g*) *l.* 4. *c.* 8. (*h*) *Iren. adv. gentes l.* 3. *c.* 3. (*i*) *Niceph. l.* 3. *c.* 29. (*k*) *apud Euſ. l.* 4. *c.* 22.

*§.6.*) Baronius Eccleſiæ Rom. obnoxius atque devotus cliens, jurejurando eidem obſtrictus, liberalitatem illius, munificentiam, opúmque abundantiam commendat, ſine dubio, ut præſentes illius divitias atque redditus colorare atque excuſare eò magis poſſit. Quaſi verò aliæ Eccleſiæ ſimili liberalitati non ſtuduerint, non modo erga ſuos pauperes atque miſeros, ſed & erga exteros, cumpr. ad fovendos Chriſtianos ad metalla damnatos; quaſi verò ex opum & facultatum abundantia hæc fluxerit miſericordia: confer 1.Cor.9.c.16. 1.ſeq. 2.Cor.8.1. cap.9.2. Philip.4.15.16. Gal.6.6. 1.Tim.5.16. Inſuper aliæ longè ſunt in Curia Rom. acquirendi artes, aliæ inſumendi rationes, quàm olim. Utut verò Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus (*l*) Rom. Eccleſiæ eleemoſynas laudet, nihil tamen omnino derogare Eccleſiis aliis voluit; nullum inde primatum extrudit, quin de Rom. Epiſcopo ita loquitur: *ὁ μακάριος ὑμῶν Ἐπίσκοπος Σωτήρ; Beatus Soter veſter Epiſcopus.* Quantum hodie ſtylus mutatus ab illo! Quid illo tandem fieret, qui modò Alexandrum VII. ita compellaret? Non hic Soter beatiſſimus, Sanctitas ſua ſeu Sanctiſſimus, non Univerſæ ſeu Catholicæ Eccleſiæ, ſed Romanorum cluet Epiſcopus. Nondum ergo bonus Dionyſius Romanæ Curiæ atque aſſentatorum ſtylo fuerat aſſuetus. Ita non minus ipſe Euſebius (*m*) Ἐπίσκοπον Σωτῆρα *Epiſcopum Soterem* vocat. Pulchrè verò de moderna Rom. Eccleſiæ munificentia M. Ant. de Dom. (*n*) *Mater* (Rom. Eccleſia) *jam effœta ſenióque confecta à filiis & filiabus lac repoſcit & alimenta, quibus tamen ampliſſimis nequit ſaturari.* Ecqui non ſuperiorum ſeculorum clamores & lamentationes! quas mille harpyiarum artes Simoniacas, auricupia, negociationes, emunctiones non exercuerunt? maximè verò etiam grande ſacrilegium committunt, quando inexhauſta illa bona non in egenos & afflictos impendunt, ſed ut luxui plus quàm regali, atque nepotibus inſatiabilibus, ſaltem aliquo modo faciant ſatis.

*Divitiæ Rom. Eccleſiæ.*

*Dionyſius Corinth.*

*§.7.*) De hoc Dionyſio, viro perquam inſigni Hoſpin. & Martyrol. R. ad 8. Apr. *Eruditione*, inquit, *& gratiâ, quam habuit in Verbo Dei, non ſolùm ſuæ civitatis & provinciæ populos, ſed & aliarum provinciarum & urbium Epiſcopos epiſtolis erudivit: Romanóſque Pontifices adeò coluit, ut eorum epiſtolas publice legere in Eccleſia diebus Dominicis conſueverit.* At quas tandem legere conſuevit? Euſeb. l. 4. c. κγ. unius Clementis ad Corinthios mentionem facit. Sed & hoc non Romano ſoli, verùm aliis quoque ſæpe factum Epiſcopis legimus. Imò tu potiùs audi, quid ibidem Euſebius de hoc Dionyſio referat: *Suas præclaras & divinas vigilias non ſolùm iis, quibus præfuit, ſed aliis etiam aliarum Eccleſiarum incolis affatim impertivit, & ſanè Catholicis ſuis Epiſtolis* (καθολικαῖς ἐπιστολαῖς) *quas ad Eccleſias exaravit, omnibus permultum utilitatis attulit.* De quibus Epiſtolis ordine ibidem Euſebius (*o*) has igi-



*l*) *apud Euſ. l.4.c.* κγ. (*m*) *l. all.* (*n*) *l. 9. c. 9. §.5.* (*o*) *confer. Hier. de Scr. Eccl. Ruff. c. 23. Plat. in Sotere.*

An. 175. tur ſi Romanus aliquis Epiſcopus dediſſet, procul dubio ingens argumentum adverſarii pro univerſali cura & regimine ipſius arriperent. Catholicæ Epiſtolæ i. q. Encyclicæ ſeu circulares, quia ἐν κύκλῳ, per orbem Catholicum miſſæ ab Epiſcopis, omnes Eccleſias toto orbe informabant: unde Petri, Jacobi, Joh. ſic dictæ. Idem Dionyſius Catecheſin etiam Lacedæmoniorum Eccleſiæ inſcripſit, cujus mentio apud Niceph. l. 4. c. 8. extat. Monuit per epiſt. Pinytum (*p*) μὴ βαρὺ φορτίον ἐπάναγκες τὸ περὶ ἁγνείας τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιτιθέναι, *ne grave onus caſtitatis fratribus ex neceſſitate imponat, ſed multitudinis accuratè conſideret imbecillitatem.* Aurea ſingula verba, quæ Romanenſes graviter frangunt. Pinytus gratias agit, ſententiam probat ac petit, ut ſibi in poſterum quoque ejusmodi ſanioris doctrinæ firmioriſque cibi alimentum ſuppeditare pergat, quò ſuos auditores alat, ne ſemper lactis cibo inhærentes infantes permaneant. Unde colligas traditiunculis ceremoniarum, jejuniorum, virginitatis &c. ſuos auditores Pinytum onerare voluiſſe, hortatu verò Dionyſii ſapuiſſe. Atque utinam etiam hodie eandem Latini gratiam haberent! Notabis hoc etiam exemplum Maximilianum II. Imp. Pio IV. Pont. anno 1564. objeciſſe: vid. Thuan. hiſt. l. 35.

*vid. an. præc. §. 4.*

Idem Dionyſius per epiſtolam Athenienſes in Evangelii fide & conſtantia corroborat, ſimul & arguit quosdam velut pene prolapſos à fide, quando Epiſcopus ipſorum Publius martyrio fuit ſublatus. (*q*) Omnia ejus ſcripta interitum ſenſere. (*r*)

*Hæretici.* *§. 8.*) *Bardeſanes* Syrus, vir primùm orthodoxus & doctiſſimus, unde multa ſcripſit pro veritate religionis, & grandia pro fide certamina ſuſtinuit, vid. Hier. de Scr. E. tandem defecit & in Valentiniani tranſivit caſtra: humana omnia fato adſcribenda eſſe voluit. Ejus diſcipuli ſcripta ipſius è lingua Syriaca verterunt in Græcam: vid. Aug. Epiph. Euſ. Illius filius *Harmonius*, ad paternam delapſus hæreſin, eandémque cum Græcis de animæ generatione & corporis interitu, nec non de futura regeneratione opinatus: vid. Soz. l. 3. c. 16.

*Valentiniani* à Valentino, Pythagoræ ſectatore, in Cypro degente: docuit Chriſtum carnem cœlitus attuliſſe, ſolam animam hominis ſalvari &c. vid. Philaſtr. & Irenæ. Variè autem pullularunt Valentiniani, quidpe ab his orti Ptolemiani, Ptolomæitæ, à Ptolomæo quopiam: vid. Iren. Epiph. Aug. Docuit quatuor eſſe Æonas i. e. ſecula, & alios inſuper quatuor. His Gaulterius tribuit impoſſibilia à Deo præcipi, id quod tamen nec Epiphanius, nec veterum quispiam alius de ipſis refert. Solet ſcil. hic Jeſuita veteribus hæreticis affingere ejuſmodi opiniones, quas non habuerunt, ut eas poſtea per calumniam in noſtros traducat. Verùm annon circa tranſſubſtantiationem ejus erroris reus?

Secun-

*p*) *Euſ. l. all.* (*q*) *Euſ. ib.* (*r*) *Dalla. de patr. p. 5.*

*Secundiani* à Secundo, primario Valentini diſcipulo, & ſcholæ ſucceſſore in Ægypto, quem Ptolomæus excepit: vid. Aug. c.42. Epiph. l. 1. hær. 45. Docuit inter alia, Mulierem totam eſſe opus Diaboli, viri verò inferiores partes ejuſdem Diaboli creationem eſſe, & ideo utentes conjugio aſſeruit Satanæ opus implere: vid. Chemnit. Conc. Trid. p. 450. b. An. 175.

*Baſſus* Ebionis & Valentini diſcipulus & ſucceſſor, Magiæ peritiſſimus. Hic XXIV. literis & VII. aſtris rerum omnium perfectionem, vitam & generationem omnium hominum conſiſtere dicebat, non in Chriſti potentia; propterea quòd Chriſtus dixiſſet, ſe eſſe α & ω, principium & finem: vid. Philaſtr.

§. 9.) *Heracleonitæ* ab *Heracleone*: Ir. l. 1. c. 4. Epiph. hær. 36. Aug. c. 16. Tertull. de præſcr. c. 49. Principium unum eſſe dicebat, quem Dominum appellabat, deinde de hoc natum aliud, déque his duobus generationem multorum principiorum aſſerebat. Suos diſcipulos morientes, ut ab æterna vindicarentur morte, ungebant aquâ, oleo & balſamo. In hoc primam habemus originem extremæ unctionis Papalis. Preces inſuper ſuperſtitioſas & invocationes vocabulis exoticis ſeu Hebraicis faciebant ſuper morituris ad Dæmonem fugandum & arcendum, quod ipſum quoque in Papatu videre eſt, ſiquidem in ipſa viſitatione ægrotorum, juxta rituale Rom. Parochus omnia ferè Latino ſermone peragit, & lingua peregrina ſuas Litanias & preculas demurmurat. Similes hæretici apud Irenæ. occurrunt.

*Marcitæ ſ. Marcoſii* à Marco: Iren. l. 1. c. 8. 9. Epiph. hær. 34. Aug. c. 14. Valentiniani diſcipulus. Dixit Chriſtum putativè tantùm paſſum, carnis reſurrectionem negavit: in Gallias venit maximéque nobiles fœminas magicis ſeduxit artibus, quædam illis in occulto myſteria promittens. Ab his Marcionitæ ſeu Manichæi ſua duo principia mutuati. Inter alia pudenda mulieribus etiam tribuebant provinciam ſacra adminiſtrandi, ita præludendo gynæcobaptiſmo Papali. Quin Baronius §. 25. refert, & ex eodem Caſalius cap. 67. item Bona l. 1. c. 25. p. 257. eos in vitreo calice vinum album præſtigiis ſuis mutâſſe in rubrum, ac ſi per invocationem ſanguis ſtillaret in calicem. Unde probare Latini ſuam tranſſubſtantiationem volunt, quia iſti hæretici Catholicos ſint imitati; cùm tamen neutiquam hoc ſequatur, ſed hoc, quod Marcitæ hi albo vino contra Eccleſiæ morem uſi, ut hoc modo præſtigiis dementare ſuos poſſint. Neque ſi vinum in ſanguinem ſe mutare prætenderint, conſequitur idem hoc fideles quoque feciſſe. Imò Tranſſubſtantiatio videtur primam ſuam originem huic hæreſi debere: vid. Iren. l. 1. c. 9. & Epiph. hær. 34.

§. 10.) *Colarbaſii* à Baſſo quodam ſeu Colarba vel Colarbaſo: Iren. l. 1. c. 10. Aug. c. 15. Tert. de præſc. c. 50. Epiph. hær. 35.

*Archontici*, à poteſtatibus, quas ſtatuebant, velut ſecundarios quosdam

An.175. dam Deos, & Angelorum etiam ipſorum patres. Aug.c.20. Epiph.c.40. Ultimi erant ex Valentinianis hæreticis.

De *Prodicianis* Aug. c.31. Epiph. & Thedor. l.1. Socr. l.4.c.23.Socr. l.1 c.14. à Prodico, à quo profecti. Adamiani aliàs, quia Adami imitantur nuditatem, nuptias averſantur, ſícque lectiones & preces perficiebant, continentiam exercentes. Eccleſiam ſuam Paradiſum vocare ſolebant. Chriſtum verum hominem profeſſi naturâ Deum eſſe negabant; matrimonium quaſi per ſe malum damnabant. (*s*)

*§.11.)* Peruſiæ paſſus *Conſtantius* loci II. Epiſcopus: Martyrol. ad 29. Jan. & Bar. hiſt. *§*.7. Hunc circa an.160. populus & clerus univerſus unum Conſtantium ſpectâſſe, cuncti uno ore Conſtantium Epiſcopum conclamâſſe feruntur. (*t*) Primum loci Epiſcopum Ughellus *(u)* S.Herculianum facit, ſublatum circa an.90. Hunc extinctum volunt circa an.145. Tertium autem S. Florentium anno 253. quæ certè minus probè conveniunt.

*Concordinus* Spoletanus Presbyter: Bar. *§*. 7. quem Martyrol. ad Cal. Jan. tempore Antonini Imp. paſſum ait.

Soræ *Julianus:* Bar *§*.7. & Martyrol. 27. Jan. quem Ughellus (*x*) anno 255. ſublatum dicit, typographi ſphalmate pro 175.

Romæ *Felicitas:* Nov.23. cui VII. fuerunt filii, Januarius, *Felix, Philippus, Silvanus, Alexander, Vitalis & Martialis*, quos martyrio præmiſit Mater ad 10. Julii: vid. Hoſpin. item Kortholt 175.

*Glyceria* ſeu *Glycerium*, Romana fœmina, Heracleæ paſſa. Bar. *§*. 7. Martyrol. 13. Maji.

*s*) *vid. Zanch. op. T.3.p.527.* (*t*) *Blondell. de Epiſc.p.422.* (*u*) *Ital. S. T.1.part.2.p.70.* (*x*) *T.1.part.2.p.155.*

An.176.

# JESU CHRISTI *Annus* 176.

## M. AURELII *Imp. Annus* 14.

*Marcom. bellum.* Soteris P. an. 2. Coſſ. Gallus & Flaccus. Victoria de Marcomannis, Quadis, Sarmatis, aliiſque nationibus ope XII. Legionis, ſeu Melitinæ, quæ Chriſtiana fuerat, à Melite ſic dicta, ubi Paulus ſemina Evangelii ſparſerat, reportata fuit. Non dubium autem eos Marcomannos & Quados dictos olim, ubi nunc Moravi degunt atque Bohemi. In hoc limite Imperii ſemper bella difficilia Romani geſſerunt. Alia inſuper difficultas acceſſit, tanta nimirum ſiccitas, ut milites & equi ſiti perirent. Ita autem miſeriæ ſubvenit Chriſtiana hæc legio, ut publica precatione indicta, pluviam pro exercitu largiſſimam, & fulmina ingentia contra hoſtes impetrârit; hinc Legio *Fulminatrix legio.* ful-

Fulminea ſeu Fulminatrix, Gr. κεραυνοβόλος fuerit dicta, ídque ab Imperatore ad Senatum perſcriptum, & ne quis Chriſtianis deinceps moleſtus eſſet, hujuſmodi decreto ſanciverit: *Quòd ſi quis Chriſtianum detulerit, hoc ſolo nomine, quòd Chriſtianus ſit, volo ut Chriſtianus delatus ſe Chriſtianum impunè fateatur, modò nihil ei objiciatur præter religionem, diverſum: delator verò ejus vivus comburatur.* Has literas vide in operibus Juſtini Mart. Gr. & L. p. 101. edit. Pariſ. & in eaſdem notas Gerh. Jo. Voſſii à p. 75. Vide Oroſ. l. 7. c. 15. Euſ. l. 5. c. 5. Dion. Antimach. p. 169. Urſin. de Eccl. Ger. p. 21. Pezel. Melliſ. hiſt. part. 2. Blond. de Epiſc. 25. Kortholt. p. 210. & 223. ſeq. Rupert. hiſt. Univ. p. 329. Quo quidem memorabili exemplo diſcimus militiam legitimam haud Deo diſplicere, & Deum propter Eccleſiam Imperiis ſæpe benefacere: item nunquam ſuos deſerere Deum, ſed cælitus etiam, ex improviſo ſuppetias illis ferre, faciléque ſuorum commoveri precibus. Ita pro militia Chriſtian. Tertull. Apol. c. 42. & l. de Corona militis c. 1. *Navigamus etiam nos vobiſcum, militamus & ruſticamur.* Militare juramentum à Chriſtianis militibus præſtitum reperire eſt apud Vegetium l. 2. de re militari: *Jurant,* inquit, *per Chriſtum & Spiritum S. per majeſtatem Imperatoris, quæ ſecundùm Deum humano generi diligenda eſt* &c. Itaque cùm Concilia militiam interdicunt, non omnem intelligunt, ſed in quantum fuit idololatriæ ſignum, & quam nonniſi cum diſpendio fidei, Chriſtiani exercere poſſent, quòd immolare Diis milites Chriſtianos cogerent Ethnici: confer Euſ. l. 7. c. 15. item Zimmerm. in Tert. §. 217. Nihil in hac Chriſtianorum devotione de reliquiis, de feretris, de adoratione mortuorum; nihil de proceſſione ulla & ſimilibus; ſed de geniculatione, de precibus ad unum Deum directis. Lipſtorp (a) rejicit calculum Baronii ad an. 179. §. 49. teſtantis Aurelium ad extremum uſque ſpiritum Chriſtianos perſecutum fuiſſe. Eum tamen ex Tertull. Caſalius c. 3. f. defendere videtur, quando ait: hos imbres & fulmina, quòd nomen Chriſtianorum Imperatori eſſet incognitum, vel quòd ore omnium Gentilium diffamaretur, eam à Jove fuiſſe conceſſam, cui reliquæ res omnes proſperæ, etiamſi Chriſtianorum precibus impetrarentur, tribui ſolita. Verum reſcriptum Imperatoris reclamare Baronio & Caſalio dicimus. Obrui tamen alicubi variis mendaciis à malignis potuiſſe Chriſtianos, ita ut ſub maleficiorum titulo pertraherentur ad ſupplicia non negamus. An. 176.

*a) in Monarch. Pap. p. 30.*

An. 177.

# JESU CHRISTI *Annus* 177.
## M. AURELII *Imp. Annus* 15.

*Concilium Gallic.*

Soteris P. an. 3. Coſſ. Piſo & Julianus, Tomus XXXIIX. Concilior. ed. Pariſ. *Concilium Gallicanum* ex duabus Galliæ Provinciis congregatum à fratribus Eccleſiarum Viennenſis & Lugd. nobis edit. Horum habetur epiſtola ſynodalis de primis Galliarum martyribus ad Eccleſias Aſiæ & Phrygiæ: vid. Euſ. l. 5. c. 1. Ad annum hunc ponunt Pariſini, addunt tamen ſimul annum imperii XVII. M. Antonini Aurelii. Epiſtolæ initium: οἱ ἐν βιέννῃ καὶ λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας παροικοῦντες δοῦλοι Χριστοῦ &c. *Servi J. Chriſti, qui Viennam & Lugdunum Galliæ incolunt* &c. Fuſiùs de his ad an. 179. videbis. Idem Euſebius c. 3. de quibusdam Phrygiæ hæreticis loquitur; *Cùm Montanus ait & Alcibiades* &c. quod quidem decretum non extat. De hoc ita Libellus Synodicus: *Synodus divina & Sacra Provincialis in Gallia, congregata à Confeſſoribus, quæ Montanum & Maximillam abdicavit* &c. At quare hi Conciliares non unius Papæ vocem & judicium expectârunt? De his Confeſſoribus, qui tandem facti ſunt martyres, ſic ſcribit Sulpitius ſub Aurelio Antonini filio: *Perſecutio V. agitata eſt, ac tum primùm martyria intra Gallias viſa.*

---

An. 178.

# JESU CHRISTI *Annus* 178.
## M. AURELII *Imp. Annus* 16.

Soteris P. an. 4. Coſſ. Pollio & Aper, uterque ſecundùm.

---

An. 179.

# JESU CHRISTI *Annus* 179.
## M. AURELII *Imp. Annus* 17.

*Perſecutio recrudeſcit.*

§. 1.) Eleutherii P. 1. Coſſ. Commodus Aug. & Quintillus. Quanquam edicto Imperatorio vetitum fuerat, ne quis ob ſolius Chriſtiani nominis indicium accuſaretur, gravis tamen & acerba, in nonnullis terræ partibus perſequutionis procella, ex temerario populi impetu per ſingulas urbes excitata contra Chriſtianos eo prætextu ingraveſcere cœpit, quòd eos denuo maximæ impietatis in Deos, esûs humanarum carnium, & inceſtorum concu-

cubituum accuſarent. Hinc Tertull. Apol. c. 7. *Dicimur ſceleratiſſimi de Sacramento infanticidii, & pabulo inde, & poſt convivium inceſto.* Et paulò pòſt: *Quis unquam taliter vagienti infanti ſupervenit.* (Atqui ad tranſſubſtantionis probationem objiciunt nobis hoc Latini, cùm tamen de vero infanticidio hoc intelligendum) *Quis cruenta, ut invenerat, Cyclopum & Syrenarum ora judici reſeravit* &c. (*a*) Non autem à ſola plebe, ſed etiam à ducibus, Chiliarchis, Præſidibus, nec in una Gallia, licet præcipuè, ſed in aliis quoque orbis partibus motam Euſ. l. 5. c. 1. ſeq. docet. Suprà ad an. 169. §. 7. commemoravimus, quomodo Polycarpus in Gallias diſcipulos ad prædicandum Evangelium miſerit, unde ſine dubio divina benedictione accidit, ut ibidem Evangelium ſe dilataverit, adeoq; furori populi locus datus fuerit, hinc tum primùm intra Gallias martyria viſa, ſeriùs transalpeis Dei religione ſuſcepta, ut jam ſuprà ex Sulpitii l. 2. notavimus: unde correcturus illum Annaliſta (*b*) dudum in Gallia martyria occurriſſe, adeoque etiam fideles dicit, niſi ita Severum explices, ut certas Galliæ Provincias intelligere dicatur; vel licet prius jam fideles ibi fuerint, liberos tamen à perſecutionibus manſiſſe. Nimirum metuunt hi Legendarii Romani ficto ſuo Martiali, Dionyſio Areop. & aliis. Quomodo ergo Bellarminus cum ſuis non modò ſeriùs gentes quaſdam fuiſſe converſas ait, ſed totius orbis converſionem ſoli Papæ Romano tribui contendit? An. 179.

§. 2.) Hoc igitur tempore Gallicana Viennenſis & Lugdunenſis celebres Eccleſiæ extiterunt. Ita ex Aſia venientes Doctores, à Polycarpo miſſi, Romanis non fuerunt ſubjecti, unde cum Aſiaticis communicârunt, unde Aſianis & Phrygianis de ſuis ſcribunt. Inde Gallia Chriſt. T. 3. p. 1173. S. Andeolum ab eodem Polycarpo eodem miſſum, atque anno 190. cæſum ait, à quo Burgum S. Andeoli nomen acceperit. De his Gallorum Confeſſoribus ſeu Martyribus Martyrol. ad 2. Jun. quorum nomina Photinus, Diaconus, Vetius Epagathus, Maturus, Ponticus, Biblis, Attalus, Alexander, Blandina, cum aliis multis. Ado 48. commemorat, qui tunc Lugduni paſſi, de quibus Greg. Turon. alii, & cenſura in hos Blondelli de Epiſc. à p. 23. item de Primatu p. 711. & 714. ubi de Galliæ metropolib. Confer Kortholt. à p. 180. Non ſola igitur Roma, ſed aliæ quoque Eccleſiæ acta martyrum conſcripſere, ita Smyrnenſis ad an. 169. Sic Dionyſii Alex. complures epiſtolæ ad diverſos ſcriptæ apud Euſ. l. 6. c. 33. & 34. &c. Ita tamen martyrologia depravata fuerunt, ac in ea obvia quæque congeſta & comportata, ut ipſis quoque adverſariis neutiquam arrideant. *Photinus* ſeu Pothenus Lugd. Epiſcopus nonagenarius, Irenæi præceſſor fuit, eum autem certatim affligebant, cunctíque putabant, magnopere delinqui, ſi quis à contumelia illi inferenda abſtineret. (*c*) *Diaconus* Eccleſiæ Vienn. in ſella ferrea exuſtus.

*vid. an. 177.*

*Vienn. & Lugd. Eccleſia.*

*Photinus.*

*Diaconus.*

§. 3.

*a*) *Korthort. à p. 182 Caſal. c. 9 p. 66.* (*b*) §. 38. *Spond.* §. 2. (*c*) *vid. Plat. in Teleſph. Regenv. 295. inpr. Gall. Chriſt. T. 1. 290.*

An. 179. *Attalus.* §. 3.) Idem *Attalo* Pergameno, viro nobili, Lugduni accidit. Columna hic & ſtabilimentum continuum Eccleſiarum Gallicarum ab Euſebio dicitur. Exclamavit inter tormenta: *Ecce hoc eſt homines vorare, quod vos facitis; nos verò nec homines voramus, nec aliud quoddam malum facimus.* (d) Atque hoc loco merito vapulat Ruffinus, qui ita Martyres Lugdunenſes ad Paganos loquentes facit in ſua verſione: *Multum erratis, ô viri, putantes humanis viſceribus veſci eos, qui ne mutorum quidem animalium carnibus utuntur.* Ita vero loquuntur Martyres: (e) πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιοῦτοι οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν ἔξον: *Quomodo hi infantes comederent, quibus ne mutorum quidem animalium ſanguinem guſtare licet?* Nempe ex Apoſtolico decreto (quod diutiſſimè in Eccleſia obſervatum eſt, etiam ultra decimum ſeculum) Chriſtiani tum ab eſu ſanguinis & ſuffocati abſtinebant. (f) Porrò hic Attalus poſt primum ſuum certamen, quod in theatro obierat ex revelatione divina, reprehendit Alcibiadem, unà cum aliis tum quoque comprehenſum: quíque antehac ſqualidè (πάνυ αὐχμηρῶς βιοῦντα) vixerat, nec aliud quid in cibum uſurpaverat præter ſalem, panem & aquam, atque ei in faciem dixit, non rectè eum facere, quòd creaturis Dei non uteretur & aliis præterea offendiculi occaſionem relinqueret. Perſuaſus igitur Alcibiades cuncta intrepidè uſurpavit ac Deo gratias egit. (g) Baronius (h) ideo reprehenſum prætendit, ne Marcionis & Montani dogma ſequi videretur, quaſi repudiaret eſcam ut malam. At perinde eſt, eodem enim argumento Attalus utitur, quo tum hæritici illi veteres, tum Papiſtæ hodierni conficiuntur. Nimirum ab hoc crimine immunes ſe eſſe adverſarii probare debent. Neque hæreticos hoc loco prætexuit Attalus, ſed ſimpliciter libertatem Chriſtianam. Inde probè obſervat Chemnit. (i) traditionem illam de jejunio in pane & aqua, & exemplum Eſſæorum tum cœpiſſe in Eccleſiam irrepere, non quidem eâ opinione, quaſi reliqui cibi vel à Diabolo, vel per ſe abominabiles eſſent, ſed διὰ ἄσκησιν, quia tali abſtinentia peculiarem cultum ſe præſtare exiſtimârunt. At verò hoc loco Attalus, Spiritu S. συμβούλῳ, conſiliario, dictatore, ſeu per illius revelàtionem, liberè, promiſcuè, ſine diſcrimine, abſque delectu, & ſine prohibitione, omne genus ciborum capeſſebat, & Deo gratias agebat: Alcibiades etiam ſententiam Scripturæ edoctus, poſtea ſine diſcrimine & delectu, quibúſque cibis cum gratiarum actione fuit uſus. Epiphonema Epiſtolæ dicit: Peculiare beneficium Dei fuiſſe, quòd Eccleſia in illo errore non fuerit relicta, ſed à Spiritu S. edocta de libertate Chriſtiana in quibusvis cibis. Non eſt igitur quòd Montanos & Marciones hîc rejici Papiſtæ prætendant, quia nunquam à certis cibis propter ab- *vid. an. 187. § 1.* ominationem illorum abſtinuit, imò quidquid fecit per errorem fecit, unde poſtea etiam monitus neque propter ἄσκησιν ullos vitavit.

§. 4.)

d) *Euſ. l. 5. c. 1. p. 121. ed. Gr. L.* (e) *ib. p. 117. m.* (f) *vid. Hornb. ſumma contr. p. 928. f.* (g) *Euſ. l. 5. c. 3.* (h) *§. 33. Spond. §. 5.* (i) *Conc. Trid. p. 786. b. ſeq.*

§. 4.) Eadem epiſtola refert *Alexandrum* Medicum, poſtquam illi An. 179. beſtiæ pepercíſſent, jugulatum fuiſſe. Ibidem *Epagathus* nobilis Chriſtia- *Alexander Medicus.* nus, advocatus dictus, occubuit. Inſignis quoque veritatis teſtis fuit *Blandina* fœmina, quæ à mane uſq; ad veſperam torta perpetuò dicebat, Chriſtiana ſum, *Epagathus.* ſicque novas vires accipiebat: deinde, fruſtà tamen, ligno ſuſpenſa beſtiis objecta fuit, tandem verò gladio jugulata. Memorant acta generoſæ hujus *Blandina.* fœminæ ardentes ex ligno, cui ſuffixa pendebat, preces, τὴν ἔυτονον προσευχὴν; nullam autem ad Divam Virginem, vel alium quemcunque orationem ponunt. Cùm eadem per omnia tormenta crudeliſſimè raptata, reti poſtremò involuta tauro objiceretur, negant eam tot tantóſque cruciatus ſenſiſſe, partim propter ſpem, quâ Dei promiſſis firmè adhæreſcebat, partim propter colloquia, quæ intra ſe cum Chriſto conferebat. Ejus victoriam nulli alii cauſæ adſcribunt, quàm quòd Chriſtum magnum & invictum, atque inſuperabilem athleten induta eſſet. Sic de omnibus illis martyribus in genere teſtantur, etiam pro illis, qui ſupplicia eorum corporibus inflixerunt, exemplum Stephani perfecti Martyris imitatos, benignè orâſſe, dicentes. *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Addunt, eoſdem pro lapſis ardentiſſimè precatos multas ad Deum Patrem lacrymas pro eorum ſalute profudiſſe. Ipſi autem hi martyres quomodo mortui fuerint, ead. acta docent. Fratres obſecrabant cum lacrymis, ut preces pro illis ardentes & obnixè Deo funderent. Orthodoxíne hodie & beatè ex hac vita migrantes dicerentur tales Pontificiis? (*k*) Ut nihil de invocatione, ita æquè nihil de illorum canonizatione, utut Martyrologiis inſcripti, Sanctíque vocentur, ſanctitate ſcil. imputata per Chriſti meritum, & egregio regenerationis gradu, quo illuſtres erant & morum vitæque ſanctitate fulſerunt. Pervetuſtum fuit, inquit Caſalius (*l*) in Eccleſia Catholica, ut particulares canonizationes in quibuſdam provinciis ſeu diœceſibus fierent. Reſp. 1. Nullæ erant olim canonizationes vel particulares, vel univerſales: unde initio demum noni ſeculi ad an. 804. prima occurrit. 2. Hoc ipſo fatetur Caſalius penes unum Papam olim non ſtetiſſe.

§. 5.) Quò collimet Spondanus, (*m*) quando inventionem cinerum martyrum Athanacenſium mentionem facit, divinatu eſt proclive, qui tamen egregiè ſe confundit, dum ait: *Corpora canibus expoſita, canúmque reliquias igni conſumptas, cineres autem in Rhodanum projectos eſſe.* At omiſit Spondanus, quæ expreſſiùs in illa Gallorum epiſtola apud Euſ. l. 5. c. 1. ſ. Bar. §. 24. *Perſecutores martyrum corpora inhumata projeciſſe canibus, adhibitis nocte ac die cuſtodibus, ne quiſquam eorum à Chriſtianis ſepeliretur:* μὴ κηδευθῇ τις ὑφ' ἡμῶν: *reliquias verò combuſtas, & in favillam redactas in Rhodanum diſperſiſſe.*



k) *vid. Dalla. de ador. l. 1. c. 9. p. 75. & 82. Kortholt. à. p. 196.* (*l*) *c. 69. p. 282.* (*m*) §. 2.

An. 179. *ſiſſe, unde Chriſtiani in magno mœrore fuerant conſtituti & luctu*, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰ σώματα κρύψαι τῇ γῇ, *quòd martyrum corpora humo tegendi nulla dabatur facultas*. Olim igitur honeſtè ſepeliebant Chriſtiani ſuos martyras, ubi poterant, aſt hodie effodiuntur & inquietantur, imò alia corpora ſupponuntur, uti Calvinus de reliquiis & alii plerique clarum id faciunt. (*n*) Scilicet non ideo lugent hîc fideles, quòd reliquias martyrum non tangere, non colere, non adorare, non invocare, nec procumbere coram illis potuerint, ſed quòd more Chriſtiano humo illos tegere non licuerit. Erántne igitur hi Lugdunenſes Latinorum hodiernorum conſecranei? Si reliquiarii fuiſſent, & altarium ſuorum jacturam defleviſſent, doluiſſent quòd prohiberentur Aſianis fratribus aliquid ſanctiſſimarum reliquiarum impertiri. (*o*) Ita Pius P. Epiſt. ad Juſtum Viennenſem Attalum ad ſe veniſſe ſcribit, epiſtolas Martyrum portantem, gaudium quidem ſibi inæſtimabile de eorum triumphis feciſſe, de reliquiarum verò allatis particulis nihil dicit. Intenſiſſimam dilectionem erga martyres ſuos Galli teſtantur, neminem tamen eorum invocâſſe reperiuntur. Eadem Gallicana Eccleſia Vetium Epagathum, ſummis ut par erat, laudibus ferens, ejus pleniſſimam in Deum & in proximum caritatem, Zelum Dei, fervorem ſpiritûs, in omnibus Domini præceptis integritatem, ad omne in proximos officium ſedulò exſequendum propenſionem ac diligentiam diſertè deprædicat. De altera illa pietatis, ſed Latinæ, parte, cultu ſcil. & religione in Divos, planè nihil dicit. Iterum omnes hoſce martyres etiam effuſiùs commendat à ſumma modeſtia, atque ad Chriſti exemplum efficta humilitate, á Dei reverentia, à caritate in omnes, à precibus adinſtar Stephani pro perſecutoribus fuſis, ab æquitate & commiſeratione in fratres lapſos, & multis calidíſque pro iis apud Deum Patrem lacrymis; de precibus ad Divos, de aliqua in eos pietate ac religione conſtanter tacet.

*§. 6.*) Præter hos martyres, in eadem perſecutione, & hoc quidem anno, ut vult Cardinalis *§. 36.* occubuerunt *Alexander* (alius à priori) & *Epipodius*, quorum ille ad 24. Apr. hic ad 22. in Martyrol. R. collocatur. Horum ſocios 48. fuiſſe ibidem Baronius ait, at in Martyrol. R. ad 24. Apr. dicuntur numero 34. Quæ verò Annaliſta miracula ab Epipodii calceo edita, ex Greg. Turon. hiſt. c. 64. obtrudere conatur, ea recenti ac ſuperſtitioſo auctori relinquimus. Idem Martyrol. ad 17. Jan. ait: *Apud Lingonas S. tergeminorum Speuſippi, Eleuſippi & Meleuſippi cum avia ſua martyrio coronati.* (*p*) At nec Surii teſtimonium admittimus. Non populi tantummodo in Gallia furorem fuiſſe, ſed ipſorum quoque Præſidum, apud hiſtoricos obvium. Illi autem, ſi de Imperatoris vel voluntate, vel conniventia certi non fuiſſent, talia nunquam patraturi & permiſſuri fuiſſent: adde, quòd non

*n*) *vid. Hoſpin. de Templ.* 108. *Kortholt.* 206. *Dallæ. l. all. l.* 4. *c.* 13. *p.* 649. (*o*) *Dallæ. ib. c.* 3. *p.* 601. & *c.* 15. *p* 665. (*p*) *Bar.* §. 37.

non modò occidentis alias Eccleſias, ſed & orientis immaniter hæc perſequutio vexârit, unde *Athenagoræ* Athenienſis Philoſophi Chriſtiani legatio pro fidelibus ſuſcepta, & Apologia Imp. exhibita, atque liber de Reſurrectione, (*q*) quam gentiles irridebant. An. 179. *Athenagoræ Apologia.*

§. 7.) Apologiam iſthanc Conr. Geſnerus Latinitate donavit, impreſſ. Tiguri Lat. & Gr. 1559. & cum eadem Geſneriana verſione recuſa Pariſ. 1615. ac Juſtini Mart. operibus adjecta. Tractatus de Reſurrectione extat in Biblioth. Patr. edit. Pariſ. T. 9. In Apologia ſuperſtitiones Gentilium confutat, ac diluit crimina. Quemadmodum autem ſuprà Juſtinus Martyr fecit, aliique, ſic & Athenagoras in hacce Apologia ſua petit ab Imp. & quidem Ethnicis, ut cauſas Eccleſiæ Chriſtianæ cognoſcant; item, ut cum Chriſtianis agatur, quomodo cum aliis reis agi ſolet, ut videl. criminis rei puniantur, ſin minus abſolvantur: quod eò juſtiùs aſſeruit, quoniam Chriſtiani pro Rom. Imperio preces funderent & vota nuncuparent. Unde rectè noſtri concludunt, nec contra infidelem & tyrannicum Magiſtratum inſurgendum eſſe, ſed precibus & interceſſionibus agendum; præterea Eccleſiaſticarum etiam cauſarum cognitionem Principi ſeu Magiſtratui, etiam civili competere.

Athenagoras cùm ex iis criminibus, quorum à Paganis accuſatos fuiſſe Chriſtianos dicit, primum quod erat ἀθεότητ@-, impietatis, refellit, ita verſatur, ut Deum unum eſſe, eúmque à noſtris religioſiſſimè coli, rerum omnium conditorem ac conſervatorem Opt. Maximum fusè probet, oſtendátque illum opus non habere ſanguine, odore ſeu thurificatione, floribus, amare tamen magnum illud ſacrificium, quod eſt, ut illum agnoſcamus, ejúsque potentiam, quæ ſe quaquaverſum extendit, admiremur; ſufficere illi, ſi puras tollamus manus: addit: Nolite eſſe ſoliciti de holocauſto aut ſacrificio, quandoquidem Deus non curat, ſacrificium requirit incruentum, cultum rationabilem. Ita tandem omnia concludit: *Quantum igitur in me fuit, etſi non pro dignitate rei demonſtratum eſt, nos nequaquam eſſe atheos, qui Univerſitatis hujus opificem, ſimúlq; ejus Verbum Deum habemus & ducimus atque veneramur.* (*r*) Ad quæ infeliciter Bona: (*s*) *Licet non opus habeat ſanguine, non nidore, non floribus & ſuffimentis fragrantibus, tamen hæc non obſtant, quia de uſu thuris in ſacrificiis gentilium, déque illorum multiplici ſuperſtitione loquuntur: nos autem neque thure ſacrificamus Deo, neque ipſi ſuffitum tanquam indigenti offerimus, nec ſolum credimus ſine interno cultu ad religionem ſufficere.* Ita ergo reſpondet Cardinalis, planè quemadmodum qui imagines ſuas earúmq; cultum excuſare intendunt. At ſimpliciter in vero Chriſtianorum cultu talia negat & rejicit Athenagoras, ubi tamen maximè veram rationem ac uſum proponere, eóſque inſtituere debuiſſet. De Euchariſtiæ, de Divorum, de Matris Virginis cultu, de reliquiarum & imaginum, crucíſque veneratione ne γρὺ



*q*) *Bellar. & ex eo Gerh. Forbeſ. Inſtr. l.1.c.3.§.15. Arnd. 877.* (*r*) *vid. Larroq. Part.1. c.8.p.181. & Part. 3.c.4 p.877.* (*s*) *Liturg. l.1.c.25.§.9.*

An.179. quidem. Atqui hæc atheiſmo maximè opponi debuiſſent, ſi ullus cultus ipſis exhibitus fuiſſet: at non mundum, non creaturas, ſed Creatorem ac totius opificem & conſervatorem ſe colere profitetur: & de Angelis quidem apertè ait: *Non ad has colendas δυνάμεις nos conferimus, ſed ad conditorem earum & Dominum.* Contra manducationem oralem ita circa finem. (*t*) *Quis igitur non amens in hoc vivendi inſtituto, nos homicidas appellet? Non enim carnes guſtare hominum licet, antequam caſus aliquis fuerit. Quemadmodum autem primum ab eis falsò dicitur: ita ſecundum quoque mendacium eſt* &c. (*u*)

§. 8.) Idem Athenagoras teſtatur, gentes quidem ſimulachrum ab ipſo Numine diſtinxiſſe, & tamen craſſam idololatriam commiſiſſe, dum ſcribit: *Non defuiſſe* (inter Ethnicos) *qui hæc* (de idolis loquitur) *nihil quàm ſimulachra* (εἰκόνας) *eſſe dicerent, Deos verò, quorum honori ea ſint dedicata, & quæcunque in ipſos conferentur reditus, ſacrificia, ad ipſos referri Deos, & propter ipſos fieri, neque alio modo homines convenire Deos poſſe.* Is non procul abinitio comparationem inter Gentiles & Chriſtianos inſtituit, quâ docet, nec felicitatem, nec infelicitatem notam eſſe veræ Eccleſiæ, dum ait: *Manſuetudinem ac lenitatem veſtram, animum erga omnes placabilem & benignum* &c. De falſis miraculis: *Fieri quoſdam effectus ad nomen idolorum non negamus. Sed qui in idolis operantur, Dæmones ſunt* &c.

Libro de Reſurrectione liquet, Chriſtianorum ſacrificia eo tempore nonniſi ſpiritualia fuiſſe, adeoque tum nondum natum Miſſaticum ſacrificium. In efferendo verò ἀυτεξουσίῳ juſto liberalior eſt, non minus quàm Juſtinus. Angelis quoque deputat ſpecialem rerum naturalium curam, Deo duntaxat generalem. Aliquot ex Angelis fingit captos amore mulierum, & libidinis æſtu abreptos à Deo defeciſſe. Digamiam ſeu ſecundas nuptias ſpecioſum ſeu honeſtum adulterium appellat.

*Soter P. tollitur.* §. 9.) Soter P. teſtimonium veritati ſuo ſanguine perhibet anno 171. Damaſo, Coſtero, aliis. Anno 177. Carranzæ. Baronio ſedit an. 4. minus diebus 12. Damaſo an. 9. m. 7. d. 21. Carranzæ an. 9. Platinæ an. 9. m. 3. d. 21. Starav. in ind. an. 5. m. 3. d. 21. in ipſo opere an. 9. m. 7. Coſtero an. 7. m. 11. d. 18. Collector. Concil. ed. Par. an. 4. minus 12. diebus. Staravol. & Carranzæ eſt XI. Pontifex, Dieterico XII. Coſtero XIII. ejus memoria d. 22. Apr. celebratur. Habuit ordinationes 3. alii ponunt 5. al. 6. creavit Presbyteros 8. (al. 18.) Diaconos 9. Epiſcopos 11. Sepultus in via Appia, cœmiterio Caliſti.

*Prior ejus Decretalis.* Decretales duas ſcripſiſſe fertur, quas habes T. 1. Concil. ed. Pariſ. à p. 243. I. ad Campaniæ Epiſcopos de fide propter Cataphrygarum hæreſin tum exortam, in qua docetur, quòd *Chriſtus in divinis Scripturis dicitur ſecundùm carnem factus, non autem ſecundùm divinitatem.* At in hac Epiſtola nil niſi nudus Scripturæ textus malè contextus. Ecquî verò de hoc ad ſolos ſuos

(*t*) p. m. 34. (*u*) Larroq. part. 2. c. 9. p. 506.

ſuos Campanos ſcribit? Eam ut & alteram jure decollant Blondell. in Pſeud-Iſ. præf. pag. 65. in opere 205--209. Cocus p. 63. An. 179.

§. 10.) In poſteriori conſtituit Soter *ſacratas Deo fœminas vel Monachas S. vaſa, aut ſacratas pallas non contingere, nec incenſum circa altaria deferre debere.* diſt. 23. d. ſacr. Deo. Ridiculum decretum! quaſi jam thurificatio fuerit in uſu, cùm eam Leoni III. tribuant: (*x*) quare omnia, quæ Bona l. 1. c. 25. §. 9. adfert, ſimpliciter rejicimus. Cauſam decreti adducit Baronius (*y*) quòd ex Montani ſecta fœminæ ſe ſacris miniſteriis immiſcerent. Ut verò res ipſa per ſe ſuperſtitioſa, ſic ratiunculis rancidis in illa epiſtola corroboratur. Et ſanè rectè pro Monachas Cardinalis (*z*) reponit Diaconiſſas: ita verò compilatoris novitii fraudem apertè detegit: quis enim jam tum Monachas extitiſſe dixerit? Et Monachorum & Monacharum inſtituta & nomina adhuc ignorabantur in Eccleſia, & tantum abeſt, ut thus mitterent in acerram illi veteres Chriſtiani, ut è contrario, qui ſeverioris paulò erant diſciplinæ, nulli Chriſtiano permitterent thus vendere, prout videre eſt apud Tertullianum. Tertulliani Cyprianíque Virgines novimus, ait Cham. (*a*) ſed monaſticam tamen vitam nullam advertimus. Tertullianus jubet velari omnes Virgines Chriſtianas, non tantùm aliquas, ſcil. poſt pubertatis initia prima. Ita non minus de habitu muliebri, & de cultu fœminarum ſcripſit. Atque huc referri queat Pii I. præſcriptum: *Virgines non velentur ante XXV. annos, niſi fortè neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis.* Unde Polydorus (*b*) fatetur, quoſdam eſſe, qui tradant Marcellam, quæ cum Hieronymo familiaritatem habuit, primam fœminam auſam eſſe illud Romæ profiteri. Quicquid ſit, ne Diaconiſſarum olim munus fuerat ſacra in cœtibus tractare: aſt hodie vel ipſa baptiſmi adminiſtratio muliebris promiſcuè permittitur.

*Poſterior.* *vid. an. 423. §. 3.* *vid. 216. §. 11.*

§. 11.) Idem hoc Soteris teſtimonium pro ſacris vaſis & pallis Caſalius c. 35. pag. 152. allegat, at meritò dubiè de illa Platina loquitur: *Extabat ejus epiſtola &c.* Et revera aliam Tomi Conciliorum ſupponere videntur, quandoquidem Carranza, Staravolſcius &c. alia decreta illi adſcribunt: ſunt autem.

*Ut quisque ſacrificans ſacerdotem ſeu adjutorem habeat ſecum, qui cœpta Sacramenta expleat, ſi neceſſitas ingruerit*; d. 1. de conſecr. ut illud & 7. q. 1. illud divin.

*Nullus poſt cibum potúmque, ſive quodlibet minimum ſumptum, miſſas facere, nullus abſque patentis neceſſitatis proventu, miniſter vel ſacerdos imperfecta officia præſumat omnino relinquere.* At Chriſtus poſt Paſchatis celebrationem S. Cœnam inſtituit: ita primi Chriſtiani ſuas habuerunt Agapas; 1. Cor. 11. quas aliqui ante, aliqui poſt S. Synaxin ſumpſere.

ff 3 *Pres-*

*x*) *vid. Hoſpin. de Templ. p.* 105. (*y*) §. 51. (*z*) *l. all. Spond.* §. 4. (*a*) *T.* 3. *l.* 20. *c.* 22. §. 160. (*b*) *l.* 4. *c.* 13.

An.179. *Presbyter Miſſam non celebret, niſi duobus præſentibus, ſibíque reſpondentibus, & ipſe tertius habeatur, quòd pluraliter ab eo dicitur: Dominus vobiſcum. Et illud in ſecretis Orate pro me aptiſſimè convenit, ut illius reſpondeatur ſalutationi.* de conſecr. d.1.c. hoc quoque. At hæc reſponſoria & antiphoniæ olim à toto cœtu fiebant. Scil. preces hæ liturgicæ publicè olim fiebant, præſente, reſpondente & communicante cœtu, id quod primi quique aſſeverant Liturgici libri. Hinc Miſſa ipſa nomen accepit, quod illi dimitterentur, qui communionis participes fieri vel per ætatem, vel per vitium aliquod, non poterant. Adeóque apertè hæc contra linguam peregrinam & Miſſam ſolitariam, privatam & clancularíam faciunt. Quis credat inſuper Soteris ævo Eccleſias jam abundâſſe ſacerdotibus atque Miniſtris? Tu viſe Dallæ. de cultu Lat. l.4.c.16. Larroq. de Euchar. part.1. c.11. p.233.

*Juramentum malum, quod incautè promittitur, non ſervandum.* 22.q.4. ſi aliquid.

*A nullis in Cœna Domini perceptio Euchariſtiæ negligatur, exceptis his, quibus pro gravibus criminibus inhibetur &c.* de conſecr. d.2. in Cœna Dom. Per Cœnam Domini Paſcha intelligunt. At primi Chriſtiani non annatim, ſed quotidie panem frangebant: Act.2.46. c.20.7. 1.Cor.11.33. &c. ſícque nulla erat ſolitaria Miſſa.

*vid. an. 121.§.2.* §.12.) His decretis alii (*c*) inſuper addunt: *ut nuptiæ palàm & in celebritate fiant ac benedicantur.* Seu, ut Platina: *Inſtituit ne legitima haberetur uxor, niſi cui ſacerdos ex inſtituto benedixiſſet, & quam parentes ſolenni pompa, more Chriſtiano, marito collocâſſent: quámque etiam paranymphæ de more cuſtodiviſſent. Et hæc conſtituiſſe dicit, ob multa pericula, quæ in novas nuptias cadere ſolent ex præſtigiis & magicis artibus.* Tu dic ob promiſcuam hæreticorum libidinem &c. Gratianus hoc decretum Evariſto tribuit. At quæ tempora cum pompa in publicum prodeundi! De his Szeg. (*d*) Nuptias in publico celebrari præcepit Nicol. 1. illis ceremoniam addidit Evariſtus & Hormiſda. Item (*e*) Sponſum & Sponſam juramento obſtringi inſtituit Soter. Confer cap.3. q. 5.

*Eleutherius.* Soteri ſucceſſit Eleutherius, natione Græcus Nicopolitanus: Damaſo, Coſtero, aliis 171. Carranzæ 177. Fridliebio 182. Euſebio in Chron. Herm. Contracto, Carranzæ eſt XII. Platinæ, Coſtero XIV. Starav. XV. &c. Ex Diacono factum Epiſcopum Blondell. (*f*) ex Hegeſippo apud Euſ. l.4.c.22. ait. De hoc Illyr. (*g*) narrat, eum ab Aniceto S. Literas edoctum (docebant quidpe olim Epiſcopi Rom.) ſacro cleri numero inſertum eſſe anno æt. 15. gradum accepiſſe, triennio póſt Presbyterum creatum, anno æt. 20. Epiſcopum delectum, & in Illyriam miſſum eſſe. Unde qui gradus Romæ tum fuerint colligi poteſt. Sic qui vitas Rom. Epiſcoporum hujus ſeculi legerit,

*c) Starav. (d) Spec. pag. 239. (e) p.245. (f) de Epiſc. præf. p.66. (g) in Catal. T.1. p. 84. ex Niceph. l.3.c.29.*

gerit, quoties ordinationum mentionem faciunt, quas ii Epiſcopi celebrâ- runt, nonniſi referunt Presbyteros, Diaconos & Epiſcopos ordinatos eſſe. An. 179.

*§.13.)* Propter pericula & diſſenſiones in Phrygia ex Montaniſtarum ſeu Cataphrygum Prophetiis ſuborta, in Gallia Orthodoxi ſententiam ſuam exponunt, & ad fratres in Aſia & Phrygia conſtitutos ſcribunt; imò & Eleutherium R. Epiſcopum Eccleſiaſticæ pacis, non verò ſubjectionis gratiâ, ut Euſ. l. 5. c. 3. loquitur, compellant. Unum eundémque tum latorem, tum literarum faſciculum fuiſſe ex cap. 4. collato cum c. 3. tum ad Aſianos, tum ad Romanos aliqui volunt, Irenæo ſcil. Presbytero hoc officium fuiſſe demandatum, ac propterea Eleutherio commendatum. Verùm eſto, ſi non Irenæum, alium tamen in Aſiam cum reſponſo ablegârunt, & quidem ſuo arbitrio, quo judicium ſuum liberè explicârunt. Ecquid verò inde, ſi Romam miſſus Irenæus? Eccleſiaſticæ pacis gratiâ factum id Euſebius docet. *(h)* De pace itaque Eleutherium admonuerunt. Unde inſcitiam & inquietum Rom. Prælatorum ingenium facilè colligas, qui temerè turbas moverunt, fraternámque pacem & unitatem Eccleſiæ dilacerârunt. Equidem Paſchatis litem ſubinnui, quæ poſtea ſub Victore magis fervuit, crediderim: unde illum graviter corripuit: Euſ. l. 5. c. 23. 24. Romanum nonniſi Epiſcopum vocat Euſebius, ad quem fideles Galliarum ſcripſere: & ipſa inſcriptio habet: *Salutem tibi in omnibus ac ſemper per Deum optamus, Pater Eleuthere.* In ipſa autem epiſtola Irenæum fratrem ac Presbyterum ſuum commendant. Ad hoc Blondellus *(i) Sederat jam* (Irenæus) *in Lugdunenſi Cathedra novennio toto Pothini loco, à fratribus, conſtitutus & colobio Epiſcoporum veſtitus. Igitur ſi Epiſcopi diſtinguerentur à Presbyteris, eorúmque jus divinum eſſet, eum à communi collegarum ſorte eximerent* &c. At de hoc Hieronymus in Catalogo: *Irenæus Pothini Presbyter, à martyribus ejuſdem loci, ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones, legatus Romam miſſus &c. Poſtea, Pothino martyrio coronato, in locum ejus ſubſtituitur.* Ad quæ iterum Blondel. *(k) 1. Martyrum legatus dici non debuit, quia annis aliquot poſt martyrum exceſſum à fraternitate univerſa Romam deſtinatus, martyrum jam coronatorum ſententiam literis è carcere ſcriptis expreſſam ſecum detulit. Fratres ergo Gallicani, non martyres Eleuthero ſcripſerunt. 2. Martyrum epiſtolæ ad Eleutherum, qui Sotheri nondum ſucceſceſſerat, datæ non ſunt, ſed ad Aſianos fratres; eas tamen poſtea communi Eccleſiarum Gallicanarum ſcripto inſeruerunt, poſt reſtinctum perſecutionis incendium ſuperſtites. 3. Non poſtquam legati munere functus eſt Irenæus, ſed decennio antè, anno nimirum Chriſti 167. Soteris 6. coronatus eſt Pothinus &c.* Ita poſtea idem Irenæus, ut Euſ. l. 5. c. 19. habet, cùm quidam ſanam & ſinceram Eccleſiæ conſuetudinem Romæ depravare ſtuderent, varias contra eos compoſuit Epiſtolas. Irenæus itaque Lugdunenſis Romanæ Eccleſiæ laboranti ſuccurrit, & Eleutherum adjuvat, ut illius Eccleſiæ ſincera conſuetu-

od

*Galli orthodoxi in Phrygiam & Romam ſcribunt.*

*h) vid. an. 187. ſub f. & an. 173. §. 1. ſeq. Cham. T. 2. l. 13. c. 6. (i) de Epiſc. p. 31. (k) à p. 26*

An. 180. do ab hæreticis non labefactaretur. Annon ergo cum Polycarpo & aliis univerſalis fuit? (*l*)

*l) de Dom. l. 2. c. 7. §. 5. confer Gall. Chriſt. T. 1. p. 291.*

# JESU CHRISTI *Annus* 180.
## M. AURELII *Imp. Annus* 18.

*Hæretici Romæ.* Eleutheri P. an. 2. Coſſ. Rufus & Orphitus. Ex ſententia Baronii, & epitomatoris Spondani Romæ hactenus carioſus ſenex *Valentinus* degit, cujus duo fœtus *Florinus* & *Blaſtus*, olim Rom. Eccleſiæ Presbyteri, de quibus Aug. c. 66. (*a*) Neque hi ſoli, ſed & *Marcion* ibidem fideles veneno ſuo vitiavit, qui poſt aliquot ſimulatas exomologeſes pœnitentiam tandem conſeſſus, (*b*) adimplere conditionem præſcriptam ante mortem non potuit, quæ talis erat, ut antequam pacem reciperet, cœteros quoque, quos perditioni erudiſſet, Eccleſiæ prius reſtitueret. At verò nec Marcionem, nec ullum alium ab alio excommunicatum, ſine conſenſu ejus, à quo excommunicatus fuit, ad communionem ſuam recipere potuiſſe Epiſcopum Rom. ſuprà ad an. 173. cognovimus: & ſi interdum tentatum, irritum hoc ab aliis fuit habitum, prout in exemplo Feliciſſimi, apud Cypr. Ep. 55. ac Baſilidis & Martialis apud eundem ep. 68. patet. Si itaque ex conſenſu ſuorum gratiæ & pacis ſpes ipſi facta, haut improbamus: ſin minus, quî excuſari poſſit non videmus, niſi quatenus non minus Romanæ quoque Eccleſiæ nocuit. At verò ſeriùs, & quidem jam in Photini locum promotum Irenæum Romam fuiſſe miſſum, adeóque tardiùs etiam hæc omnia geſta, antè intelleximus.

§. 2.) Bar. §. 7. ſeq. recitatis illius temporis Chariſmatis in Eccleſia fulgentibus, ipſe, nec immeritò, ea refellit, quæ ab Irenæo, Tertull. Clem. Alex. Baſilio, & compluribus aliis de reſtitutis ab Eſdra Scripturis tradita ſunt. Unde videas quo cenſu Patres habuerit.

*vid. an. 46. §. 4.* Hoc anno deceſſiſſe ait Ughellus (*c*) S. Urſicinum, VII. Papienſem Epiſc. Ei ſextus eſt Leontius, qui anno 158. ſucceſſerit S. Obediano. Quartus illi S. Profuturus ad an. 139. ſublatus anno 144. ſine tamen juſtis tabulis.

*a) Forbeſ. l. 1. c. 37. Arnd. p. 460. (b) Tertull. de præſcr. (c) Ital. S. T. 1. part. 2. p. 5.*

JESU

An.181.

## JESU CHRISTI *Annus* 181.
## M. AURELII *Imp. Annus* 19.

Eleutheri P. an. 3. Coſſ. Lucius Aurelianus Commodus Aug. II. & Candidus Verus.

---

## JESU CHRISTI *Annus* 182. An.182.
## COMMODI *Imp. Annus* 1.

§. 1.) Eleutheri P. an. 4. Coſſ. Brutus Præſens II. & Quintilius Gordianus. M. Aurelius in expeditione Marcomannica Sirmii in Pannonia morbo tentatus abſtinentia cibi mortem voluntariam oppetiit. De voluntaria morte nihil habet Herodianus, ſed graviſſimo repente perculſum morbo, poſt prolixa & fidelia monita & filio, & educatoribus data, magno cum ejusdem deſiderio data deceſſiſſe. Adeò, inquit, literarum antiquitatis ſtudioſus, ut nemini ſit in eo genere Græcorum Romanorúmque ſecundus. Argumenta ſunt permulta, quæ ab illo dicta atque conſcripta ad nos uſque pervenerunt. Commodus non malæ ſpei adoleſcens, mox concione egregia ad exercitum habitâ, Imperator renunciatus anno æt. 19. omniáque initio bene gerebantur, usque quò paulatim ab adulatoribus nepotibus ſeductus in peſſima quæque ruit, adeóque turpiter & crudeliter vixit. Utut verò Imperator ſævitiam in omnes longè latéque exercuerit, nullum tamen Chriſtianis faceſſiviſſe negocium reperitur, quippe Marciam pellicem Imperatoris Chriſtianam, ab eo multa beneficia impetrâſſe Chriſtianis ajunt.

*Aurel. Imp. moritur.*

*Succeſſor Commodus.*

§. 2.) Theophilus Antiochenus hoc anno obiiſſe Baronio videtur, unde Euſebium corrigit, qui ad an. 179. ei ſucceſſorem Maximum VII. Antiochiæ Patriarcham ſubſtituit. De Theophilo jam an. 170. actum: vide Martyrol. R. ad 13. Oct. De ejus operibus Bell. & ex illo Gerh. quæ dubia. (a) Hic l. 1. ad Autolycum de adoratione & interceſſione loquitur: *Neque ipſe Rex, quos ſub ſe habet diſpoſitos, Reges vocari vult. Rex enim ipſius nomen eſt, neque alii licet eo vocari; ita neque alium adorare licet, niſi ſolum Deum;* vel, ut habet interpres: *ita adorandi cultus nemini niſi Deo ſoli deferendus eſt.* Ita l. 2. (Divina lex non modò prohibet) *ne idola adoremus, ſed etiam, ne elementa, Solem, Lunam, & reliqua aſtra, vel cœlum, terram, mare, fontéſque religioſè colamus; ac denique præcipere ſoli vero Deo, univerſorum conditori in cordis ſanctitate, puróque animo eſſe ſerviendum.*

*Theophilus Antioch.*

a) *Larroq. 312. & 328. i.*

# JESU CHRISTI *Annus* 183.
# COMMODI *Imp. Annus* 2.

*Lucius Angl. R.*

*vid. an. 44 §. 25. ſeq.*

§. 1.) Eleutheri P. an. 2. Coſſ. Commodus Aug. III. & Antiſtius Burrhus. Dum hoc tempore ſub Commodo Eccleſia ubique pace frueretur, magna illius acceſſio facta. Hos inter Annaliſta *Lucium Britonum R.* ex miraculis & vitæ integritate Chriſtianorum (fortè eorum, qui in Arimathiano ſeu Avalenſi collegio vixerunt) converſum numerat. Hic, ex veterum ſententia (*a*) Elvanum & Medvvinum, alii vocant Eduanum & Meduanum, viros ſpectabiles & S. Scripturæ peritos, Romam ad Eleutherium cum literis ablegavit, ut ad ſe doctores mitterentur. Annuentem his Eleutherium Legatos priùs baptizâſſe ferunt, ac Elvvanum Epiſcopum, Meduinum verò doctorem ordinâſſe, & cum duobus adjunctis Fagano & Derviſano, aliis Fugatius & Donatianus, in Angliam remiſiſſe, qui tanto cum fructu opus perfecerint, ut ne unus quidem infidelis remanſerit. De his duobus poſtremis Polydorus, (*b*) ubi ab Eleuthero miſſos totam Britanniam convertiſſe ait, & loco trium Archiflaminum tres Archiepiſcopos; vice 28. Flaminum totidem Epiſcopos conſtitutos eſſe.

§. 2.) Reſp. 1. Anglia maturè ante Gallos & Germanos converſa. (*c*) De XII. Apoſtolis à Philippo è Gallia in Britanniam miſſis, quorum dux Joſeph- Arimath. vid. ad an. 35. § 2. Imò Petrum & Paulum eò penetrâſſe ſcribunt. At deliquium lucem Evangelii paſſam volunt, cujus ſcintillas hic excitârit Lucius. 2. Incerta ſunt, quæ de Lucio referuntur: unde eum circa an. 181. obiiſſe perhibent. (*d*) De eodem Seldenus. (*e*) *Miſerè depreſſum ignem cæleſtem, quem Joſephus cum ſuis accenderat, denuo excitâſſe fertur Lucius Rex, ex miraculis Chriſtianorum, eorundémque morum probitate converſus, & in hunc finem P. Romanum Eleutherium (juxta Bedam an. 156. quem tamen ante 171. annum minimè Papam fuiſſe conſtat) mandatis literis conſuluiſſe.* Idem habet Uſſerius. (*f*) *Apud Bedam & librum Pontificalem de hoc Chriſtiano Britannorum Rege primùm legimus:* quibus ſubjungit: *Britannicæ conſarcinator hiſtoriæ, id ſatis eſſe non exiſtimans, Regulo hoc in Romanæ inſulæ Monarcham transformato, in urbibus illius XXIIX. totidem ab eo conſtitutos Epiſcopos ſomniavit: cui & ſuum de flaminibus & Archiflaminibus centonem Galfridus Monemuthenſis deinde aſſuit. Ingens certè, non tantùm circa totam hiſtoriam, ſed privatim etiam circa hujus Lucii ætatem diſcrepantia.* Centum ferè annis à Vir-

*a*) *Uſſer. ant. Brit. p. 49 Spelm de Concil. p. 12. §. 15.* (*b*) *hiſt. Angl. l. 2. & inv. l. 4. c. 12.* (*c*) *Niceph. l. 2. c. 40.* (*d*) *Spelm. de Covcil. p. 16.* (*e*) *metamorph. Angl. p. 51.* (*f*) *Antiq. Brit. præf. pag. 2.*

à Virginis partu converſionem hujus Regis contigiſſe Paulus Jovius (*g*) pronunciat. Albertus Kranz (*h*) ſub P. Alexandro I. Ninius ſub Evariſto an. 164. vel 167. (*i*) Beda (*k*) ſub Eleutherio P. (*l*) R. 3. Gratis Reges Britanni pacifici in meridionali hujus inſulæ parte collocantur, qui tamen Romanis fuerunt ſubjecti & in provinciam redacti, neque alium præter Imperatorem, regem habuerunt. Confer Cornelium Tacitum in vita Corn. Agricolæ, & Dionis abbreviatorem Xiphilinum, in vita Neronis & Severi. Tum temporis Chriſtiani in Britannia meridionali perſecutionem ſub Romanis Gentilibus patiebantur. Septentrionalem verò partem quod ſpectat, quæ Scotia hodie, & Northumbriæ comitatus adpellatur, ea tunc, atque diu etiam poſthac gentiliſmo addicta fuit. (*m*) An. 183.

§. 3.) Circa hæc tempora lucem illatam Britanniæ non negat Chemnitius, (*n*) at nihil exprimit de Lucio: *Britanniam, inquit, ſeu Angliam, omnium provinciarum primam Chriſti nomen recepiſſe Sabellicus author eſt. Doctores enim Eccleſiarum Britannicarum numerantur inde ab anno Dom. 170. & ulterius, & tamen per multas annorum centurias Britannia legem cœlibatûs Sacerdotum ignoravit.* Confer notas Wheloci in hiſt. Bedæ l. 1. c. 3. & 4. ut verò celebrium virorum errores mentes aliorum, inprimis inſequentium occupare facilè ſolent, ita hoc loco accidit. Verùm à Beda, ſuperſtitionibus & fabulis jam addictiore, imponi nobis non patimur, multò minus à larvato illo Damaſo: neque Galfridum, anno demum 1151. (quando ſcil. ejuſmodi næniæ locum facilè reperiebant) Monachum ſeu Epiſcopum, tanti facimus. (*o*) De literis, quas Rex per Legatos Romam miſit Uſſer hiſt. c. 4. à p. 44. & à p. 35. & 39. Spelman. à p. 31. Ut meritò de hac epiſtola dubitamus, imò de facto inter ſpuria rejicimus; ſic non minus reſponſum Eleutherii ad Regem, adſtipulante eodem Spelmanno à p. 34. Unde Pariſienſes Collectores nullam talem illi tribuunt. Recentiora ſapere hanc epiſtolam judicat etiam Whelocus in hiſt. Bed. l. 2. c. 17. p. 151. Illam habes ib. part. 2. inter leges Edovardi pag. 142. ubi habetur annus 169. al. 156. Remittit P. Eleutherius Regis Legatos cum aliis à ſe delegatis Fagano & Derviano: Spelm. p. 12. §. 15. & p. 32. quibus Timotheum & Aharonem addunt: Uſſer. c. 4. à p. 53. & à pag. 976. Faganum, alii Fugatium, Fagaunum, Foganum, Fuganum, Euganum, Figinum appellant; ſic Derivanum, Damianum, Dumianum, Dunanum, Dumanum, Duuianum, Divianum, Dunianum, Dimianum, Divvanum, Dimanum, Dinnamum, Divinianum & Donatianum. (*p*) Hæc verò quàm inania & fabuloſa omnia idem Uſſerius pag. 52. 53. & 99. ſatis clarè docet. Fagani & Derviani res geſtæ in inſula Avalloniæ Spelm. pag. 14. à §. 17. Uſſerius c. 6. p. 104. ſeq. de donatione Regis ib. à p. 125. ſeq. Spelm.

gg 2 p. 33.

*(g) in deſcript. Brit. (h) metrop. lib. 6. (i) Uſſer. 975. (k) l. 1. hiſt. Angl. & in epit. p. 489. edit. Wheloci (l) fusè Uſſer. p. 34. & Spelm. p. 31. & 34 ſeq. (m) confer Bar. ad Martyrol. R. 26 Maji. (n) Conc. Trid. p. 505. b. (o) vide copiosè Uſſer. c. 5. (p) Uſſer. p. 72.*

An.183. pag.33. De ſedibus epiſcopalibus ab iiſdem inſtitutis etſi prolixior Armachanus, eum tamen hîc audire ἐν βραχέσι ne pigeat: *Lucius Londini Eccleſiam S. Petri fundaviſſe, & primam metropolitanam totius regni conſtituiſſe traditur*: pag.66. *cui etiam conſtruendæ Theanus primus Londinenſium Archiepiſcopus, & Ciranus Archipincerna regius operam contuliſſe feruntur*: pag.67. *Secundam Metropolim* (*quam alii tamen primam eſſe malunt*: p.97.98.) *Eboraci collocatam fuiſſe volunt: vel Fagano, vel Theodoſio neſcio quo, primo Archiepiſcopo ibi ordinato*: p.71.72. *Tertiam in urbe Legionum ad Iſcam fl. apud Cambrenſes poſitam*: pag.78.79. *cui ſeptem Epiſcopatus ſubjecti fuerint*: pag.87. ſeqq. & 92.98. *Giraldus Cambrenſis quinque Metropoles, juxta provinciarum Rom. numerum* (q) *commentus, XII. Epiſcopatus earum cuique aſſignat*: (r) *alii Ethnicorum flaminum & Archiflaminum loco, tres tantùm Archiepiſcopatus, & XXV. vel XXVIII. Epiſcopatus ſubſtitutos fuiſſe aſſerunt*: pag. 65--58. & 92.99. 100. vide eundem à p.56.

§.4.) Faganus & Dervvianus Romam redeunt, actorum ſuorum rationem reddituri; omnia autem à Papa probantur, Réxque Epiſtolam accipit per hos ipſos reduces: Spelm. pag.32. f. Uſſer. cap.6. à pag.100. de qua jam actum. Quoto anno abierint & redierint: pag.101. In hac epiſtola Eleutherius *Regem eſſe Dei Vicarium in regno ſuo dicit, cúmque habeat S. Scripturam, ex ea poſſe ac debere ſubditos ad Legem Chriſti & ad Eccleſiam congregare*. ad quæ Parſonius: (s) *Multa ſunt in illa epiſtola, quæ probabiliter ſuadent confictam eſſe*. Et (t) *Illa epiſtola magis refert miniſtrum Anglicanum, quàm Epiſcopum Rom.* (u) Faganus & Dervvianus reduces in Britanniam quæ geſſerint: Uſſer. 104. ſeq. & pag.1078. Mox à Servatoris aſcenſione Evangelii præcones appuliſſe in Anglia doctiſſimi Britannorum ſcriptores conſentiunt: poſtea obtenebratam hanc lucem, vel publicè ſaltem non admiſſam ſtatuas perinde: alia inſuper inducta facies, quando infideles Anglo-Saxones eandem regionem inundârunt. Quidquid ſit, Eccleſia illa Britannica conſenſit quidem in ſummis fidei dogmatis cum cœteris Orthodoxis Eccleſiis, ritibus tamen & moribus à Romana diſſenſit, unde nullam capitum tonſuram admiſit, nec Paſcha Romanum &c. de quibus Whelocus ad Bedæ l.1.c.1. & ipſe Beda l.5.c.23. & l.2. c.2. Unde Auguſtinus Monachus à Gregorio M. miſſus in Angliam circa an.596. non tam ut converteret infideles, quàm ut ibi ritus Rom. introduceret, & illos ad obedientiam Sedis Rom. perduceret. At quid illi Bangorenſis reſponderit Abbas vide apud Nob. Spelm. Concil. T.1.p.109. ad an.601.

*Lucius patriam relinquit.* §.5.) Regem tandem Lucium dignitate ſpreta in Germaniam conceſſiſſe, Evangelium ibi prædicaturum, ac ultimo Epiſcopum Curiæ Rhetorum lapidibus à gentilibus obrutum & extinctum eſſe contendunt. De Peregrinatio-

(q) *à p.94* (r) *p.92. ſeq.* (s) *Tripl. converſ. Angl. part.1.c.8.* (t) *Apol. cauſæ Cathol. c.5.* (u) *Cocus in cenſura præf. p.22. inpr. Uſſer. à p.103.*

grinationibus ejus Uſſerius p. 136. ubi adductis variis teſtibus, huic fabulæ addictioribus, omnia tandem in ſummam contrahens, dicit: *Gallias prædicandæ veritatis causâ primùm petiit, inde tranſmiſſo Rheno in ſuperiorem Germinam conceſſit, in Bavariam perveniens Salisburgi prædicavit: & ad Danubium hærens eoſdem incolas inſtituit. Deinde Auguſtam Vindelicorum petiit, ibique in Suevia paſſim prædicavit Chriſtum, unde ædicula illa Auguſtæ poſita, quæ anno* 1051. *S. Gallo dicata fuit: qui verò Sylvani & Cybeles cultum præferrent, Lucium conviciis inceſſerunt, lapidum jactu petierunt, in puteum malè mulctatum deturbârunt; unde piorum auxilio ægrè ſemianimis extractus & ſanatus, in Alpinam Rhætiam conceſſit. Iter autem ingreſſus periculoſum, collem illum ſupra arcem Guterbergam tranſcendit, qui uſque ad tempora noſtra S. Lucii clivus* (Steig) *appellatur: atque in regione, ubi jam eſt urbs Chura ſive Curia, & pago Tigurino ſtrenuum ſe Evangelii præconem geſſit; & Curienſis Eccleſiæ Epiſcopus effectus, plures homines à tenebris ad lucem convertit. Inde Churæ extra urbis muros cœnobium S. Lucii pervetuſtum. Hunc tandem Antoninus Verus Imp. qui Chriſtianos tum perſequebatur, de religione tentavit, & cum nollet abnegare, occidi juſſit. Continuit is ſe aliquandiu in montis caverna ſupra Curiam: ſed tandem ab infideli populo & præfecto regionis illius ex ſpelunca ſua ad Martis caſtrum, ſive arcem Martialem perductus, juxta urbem Curienſem tertio die Dec. martyrio occubuit. Trimis quoque ſive Trimontii pro Chriſti nomine ignis ſupplicium paſſa eſt ſoror ejus Emerita, quæ totam ferè Rhetiam ad cultum Chriſti adduxiſſe fertur. Ejus tamen memoria in Rom. martyrologio non extat.* Confer eundem Uſſerium p. 975. His Guleri Rhetiam adjunge p. 33. Alſted. Chron. c. 34. ad an. 190. Urſinum de Eccleſiis Germ. à p. 231. ubi ex Britannicis antiquit. inter cœtera: *Sceptrum Regium anno Chriſti* 179. *cepit, ídque annis* 12. *tenuit* &c. idem Urſinus p. 32. i. & 33. & 36. m. ex Brunneri l. 4. Boicorum p. 441. An. 183.

*§. 6.*) Neque tempore convenire, (*x*) neque mortis genere, conſtat. Curiæ Rhetorum violenta interiiſſe morte noſtris placet; (*y*) at in Britannia defunctum & ſepultum eſſe Anglorum eſt conjectura. (*z*) Omnia præterea fabuloſa vide apud eundem Uſſer. p. 131. à m. & à p. 134. ad 140. Lucium Regem non à Fagano & Duuiano, ſed à Marcello, Tungrorum ac Trevirorum Epiſcopo baptizatum fuiſſe alii volunt, atque ex eo tempore proventum Eccleſiarum Tungrenſium ex Britannia proveniſſe tradunt. (*a*) Eum Lucium qui Rhetis & Bavaris Evangelium prædicavit Cyrenæum fuiſſe alii pronunciant: de quo Act. 13. 1. & hunc ipſum alii Simonis illius, qui Chriſti crucem portavit Marci 15. 1. filium: alii Pauli commilitonem & cognatum, de quo Rom. 16. 21. fuiſſe cenſent: Avent. annal. Bojor. l. 2. Nec deſunt, qui Lucium Britannicum à Timotheo S. Pauli diſcipulo baptizatum fuiſſe tradant; *vid. an. 201. §. 5.*



*x*) *Uſſer.* 34. 136. 975. 1074. (*y*) *Uſſer.* 137. *ſeq.* (*z*) *idem* 134. *ſeq.* & 139. *ſeq.* & 43. *ſeq.* 1079. *Spelm. p.* 36. (*a*) *Uſſer. p* 53. & 976.

An. 183. tradant: Petr. de Natal. l. 1. c. 24. Naucler. Chronogr. vol. 2. gener. 6. Pantal. de viris illuſtr. Ger. part. 1. De hoc Zimmerm. in Tertull. §. 246. *Anno 60. & deinceps vocati Vindelici Rheti & Provinciæ Danubio conterminæ circa Ratisbonam à Lucio Cyrenenſi.* At paulò pôſt ſubjicit: *Auguſta Vindelicorum anno 140. vocata à Lucio, quam confirmavit Narciſſus Gerundenſis anno 290.* Ita omnia fluctuant, ut nihil omnino certi & firmi concludi poſſit: nec ullatenus dubito, quin duo confundantur, imò plures Lucii. Audax fuit & temeraria Monachorum manus, ut merces ſuas felicius venum exponant, nomen & famam conquirant, nec difficile erat rudi & illiteratæ imponere plebi. Theanum primum Archiepiſcopum Londin. faciunt: (b) Secundum autem Eluanum, de quo Balæ. cent. 1. c. 27. quòd à Lucio R. cum Meduino ſocio Romam miſſus, fidei doctrinam, quam ab Arimathianis patribus in Avalenſi collegio didicerat, confirmatam reportârit & auctiorem reddiderit: fluctuantem Regem, Druidarúmque plurimos eâdem imbuerit, & prope Eccleſiam Bibliothecam condiderit, anno 170. Eò ſingula tendunt, ut Roma omnia ſibi aſſerat. At verò dicant interim, à quo miſſus hic Lucius Rex & ſoror ipſius ad prædicandum.

*Indorum converſio. Pantænus.* §. 7.) Indorum ſeu Brachmanarum nuntii ad Demetrium Alexandriæ Epiſcopum venerunt, petentes, ut eruditus quiſpiam & pius doctor Evangelii ſibi mitteretur. *Pantænus* autem Stoicæ ſectæ Philoſophus, ac præcipuus Alexandr. Eccleſiæ Doctor, vel potiùs ſcholæ Alexandr. Catechetes, Clementis Alex. præceptor, à Demetrio, inſcio atque inconſulto Epiſcopo Rom. miſſus eſt illuc: Euſ. l. 5. c. 10. Hier. ep. 84. & in catalogo, ubi commentaria aliquot in Scripturam reliquiſſe Pantænum indicat, quibus hodie deſtituimur. Indos à Pantæno non tam vocatos primùm, quàm confirmatos Zimmerm. l. c. ait. Hoc Pantæni iter Cardinalis ad an. 185. Spondanus ad 183. collocant: non modò verò deſiderio propagandæ fidei motus, ſed ab ipſis Indis expetitus, & ab Alexandrina Eccleſia ad id deſtinatus iter ſuſcepit: non ſolus itaque Papa Rom. mittit, ac præterea Demetrius Indorum Legatos Romam non ablegavit. Sic Athanaſius Alex. ubi ex Frumentio audiit, (c) Indos duci maxima cupiditate luminis divini cognitionis percipiendi, eundem Frumentium Epiſcopum facit, eóque mittit. Non gratis autem Pantænus Catechetes in ſchola Alexandr. vocatur, quia illi catechetica inſtitutio erat demandata, quâ rudiores lactis potu alendos informavit; diverſa à locorum Theologicorum tractatione, quâ ſolidiori cibo paſcuntur adulti. Ita hunc Pantænum in eadem ſchola exceperunt Clemens Alex. Origenes, Tryphon, Heraclas, Dionyſius, Anatolius, Theon, Pierius, Athanaſius, alii. Hoſpin. de Templ. 418. Alexandriæ ſchola fuit toto orbe celeberrima: Bull. de Epiſc. p. 102. Porrò hic ipſe Pantænus Alexandriam redux Evangelium Matthæi Hebraicè à Bartholomæo deſcriptum, *Catechetes.*

ſecum

*b) Splem. p. 23. (c) Rufin. l. 1. c. 9. Socr. l. 1. c. 15. ita Theod. & Soz.*

ſecum reportâſſe fertur. Ejus memoria 6. Julii celebris. Non dimittendus heîc Lutzenburg, dum Indis à Thoma converſis pravos errores adſcribit, quorum tamen plures neutiquam errores dicendi, utpote cùm infermento conſiciunt, & ſub utraque ſpecie communicant. An. 183.

§. 8.) Theodotio Epheſius, al. Ponticus, Tatiani Philoſophi, adhuc fidelis diſcipulus, vir doctiſſimus: Ebionita factus, inde Marcionita, tandem Judæus: alii verò ſtatim initio Marcionitas ſectatum, at offenſum à ſectæ illius hominibus ſtudio linguæ Hebrææ ſe dediſſe, & novam verſionem Græcam V. T. confeciſſe, quò ita errores & deliria Marcionitarum faciliùs refellere poſſet. In hac interpretatione magna fide & diligentia verſatus, ut cœteris omnino purior habeatur, & à LXX. minimùm receſſiſſe judicetur. (d) Et tempore, & hæreſi & natione alius fuit à Theodotio hæretico, ut rectè notat Danæus in Aug. c. 33. Etiam alia quædam elaboravit opuſcula juxta Trithem. De eodem Platina in Sotere: *Multa*, inquit, *ad laudem religionis noſtræ ſcripſit, maximè verò Apellem hæreticum ſcriptis ſuis percommode irridet, quòd Deum, quem coleret, ignorare ſe diceret. Affirmabat enim Chriſtum non Deum in veritate, ſed hominem in phantaſia apparuiſſe.* De hoc Theodotione Annaliſta ad an. 184 Spond. ad 183. agunt: vid. etiam Lambec. B. T. 4. p. 264. *Theodotio.* *vid. an.* 196. §. 11.

§. 9.) Libera & ingenua Baronii confeſſio, quando §. 11. ait, petulantiam atque inſolentiam, quæ quadrageſimæ tempore exerceri ſolet, à Gentilium bacchanalibus originem ducere vid. Hoſp. de feſtis Gent. & Chriſt. ad Kal. Jan. item ad 14. & 18. Febr. *Bacchanalia.*

d) *vid. Hier. T. 7. f. 32. b. confer ejusd. præf. in Dan. T. 5. f. 272. & Æn. Sylvium in deſcr. Aſiæ c. 78.*

## JESU CHRISTI *Annus* 184. An. 184.
## COMMODI *Imp. Annus* 3.

Eleutheri P. an. 6. Coſſ. Petronius Mamertinus & Trebellius Rufus.

---

## JESU CHRISTI *Annus* 185. An. 185.
## COMMODI *Imp. Annus* 4.

Eleutheri P. an. 7. Coſſ. Commodus IV. & Aufidius Victorinus.

Liberius IX. Epiſc. Ravennenſis electus, obiit autem anno 206. judicio italiæ S. T. 2. p. 328.

An.186.

## JESU CHRISTI *Annus* 186.
## COMMODI *Imp. Annus* 5.

Eleutheri P. an. 8. Coſſ. Marcellus & Ælianus.

*S. Kalimerus* V. Mediol. Ep. tollitur, ut quidem vult Italia S. T. 4. p. 57. Hunc populus unanimi acclamatione ſuffecit demortuo *Caſtritiano* ſublato an. 131. Kalimerum ſediſſe ajunt an. 53. al. 43. al. 39. al. 55. Succeſſorem habuit *S. Monam* an 188. qui divinitus populo oſtenſus eligendus perhibetur. Ergo penes populum erat electio.

An.187.

## JESU CHRISTI *Annus* 187.
## COMMODI *Imp. Annus* 6.

*Decretalis Eleutheri.* §. 1.) Eleutheri P. an. 9. Coſſ. Maternus & Bradua. Baronius Eleutheri decretalem ponit ad Galliæ provincias, adverſus Montani & Marcionis hæreſes. Superius autem in itinere Irenæi Romano eas hæreſes Romæ potiùs, quàm in Gallia radices egiſſe, & contra eaſdem Irenæum ibi pugnâſſe cognovimus. Neque eſt ut triumphent adverſarii, quaſi hanc nos adprobemus Decretalem, eò quòd omnibus Epiſcopis Univerſalis dicatur commiſſa Eccleſia, quandoquidem ſaltem ex conceſſo ita argumentamur, planè quaſi ex Alcorano quodam, quia οἱ ἐνάντιοι, quos inter ipſe Baronius, de hujus Epiſtolæ αὐθεντίᾳ nihil omnino dubitant, & de optima nota commendant. Rectè autem noſtri eandem eliminant & explodunt. Blondel. in Pſeud-Iſ. præf. p. 65. in tract. 209--215. Cocus p. 64. Eand. vid. T. 1. Conc. p. 335. ſeq. ed. Ven. & T. 1. p. 250. ed. Pariſ. Amicas inter ſe literas, eáſque frequentes, inpr. in rebus arduis atque difficilibus miſſitâſſe Eccleſias ad an. 173. vidimus, & alibi: neque Irenæum ad P. Rom. Gallorum causâ, vel tanquam juratum & ex debito abiviſſe, ad an. 179. percepimus, ubi ſimiliter §. 3. de Alcibiadis quoque abſtinentia actum fuit. Tale quid igitur præceſſiſſe hanc Decretalem haut exiſtimandum. In ea autem agitur. 1. De eſcis irrationabiliter non vitandis. 2. De accuſationibus Epiſcoporum & omnium Clericorum. 3. De accuſationibus omnium comprovincialium h. e. ne quis Chriſtianus, Severianorum hæreſi infectus, aliquem cibum abominetur: ne quis privetur ſacerdotio, niſi accuſatus & criminis convictus: ne reo abſente fiat decretum. Inter alia: *quia omnes Clericorum accuſationes difficile eſt ad Sedem Apoſtolicam deferre, finitiva Epiſcoporum tantùm judicia huc deferantur, ut hujus S. Sedis autoritate finiantur.* At nec Apoſtolorum, nec ſucceſ-

ſorum

ſorum ſeu Epiſcoporum conſenſus ita definivit, ſed contrarium profectò ſtatuit, & adpellationes ac litium extra territorium deciſiones, ſive extra provinciam fieri negavit: ut metropolitas atque primates nullos tum fuiſſe jam non dicam. An. 187.

*§.* 2.) Ib. *Si leges ſeculi accuſatores requirunt, quantò magis Eccleſiaſticæ regulæ. Et: Caveant judices Eccleſiæ, ne abſente eo, cujus cauſa ventilatur, ſententiam proferant* &c. 2. q. 1. nihil contra. 2. q. 3. caveant Judices. Varia de accuſatoribus Clericorum Arnd. Ant. l. Clerus à. *§.* 115. ſeqq. At quotiens ſine accuſatore judicia fiunt, ab ipſis etiam accuſatoribus quoties inauditi judicantur, inpr. in Conciliis? Quid aliud Hiſpanica illa inquiſitio?

Ib. *Non poteſt homo condemnari examine, quem Deus ſuo reſervavit judicio.* Reſp. De mortuis, item penes quos abſoluta eſt poteſtas, non autem de exemtione Clericorum intelligi hoc debet.

Ib. *Univerſalis vobis à Chriſto J. commiſſa eſt Eccleſia, ut pro omnibus laboretis, cunctis opem ferre non negligatis.* vide Collect. Pariſ: l. all. p. 253. Baronius prodit Epiſtolæ hujus pretium in examine horum verborum, cùm ait: *ut omittamus ſuſpicionem adulteratæ epiſtolæ* (facillima reſponſio, vehementer tamen periculoſa) *cùm quæ in ea poſita ſunt de judiciis, exſcripta videantur,* (non aliena ergo Imperator habet) *ex Conſtantini Imp. conſtitutione & interpretatione ad eam oppoſita, quæ in Codice Theodoſiano leguntur: dicimus horum verborum legitimum ſenſum, ut oppugnantibus hæreticis univerſalem Eccleſiam omnibus Epiſcopis ejus defenſio competat.* Neque alium nos ſenſum urgemus. (*a*) At in hac epiſtola de judiciis & litibus agitur. Quòd ſi verò regimen, cura & ſolicitudo totius Eccleſiæ incubuit multis, tum regimen non fuit Monarchicum. Probè autem diſtinguenda *Univerſalis Epiſcopus & Eccleſiæ Univerſalis Epiſcopus*; quorum illud Antichriſtianum, hoc orthodoxum eſt. Ecquî verò fit, quòd Turrianus l. 2. contra Magdeb. c. 9. veritatem hujus Eleutherianæ epiſtolæ ferventi ſpiritu defendit, Baronius verò de illa haud leviter ſuſpicatur? (*b*) Nec quidquam Cypriani ſententiâ & exemplo ptobat, ſed apertè ſibímet contradicit, dum ait: *Una eſt Eccleſia per totum mundum in multa membra diviſa.* Et: *Epiſcopatus unus eſt, Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus.* Item: *Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis inſolidum pars tenetur, ut Epiſcopatum unum indivisúmque probemus.* Certè nec ipſe negat Baronius univerſalem curam ad privatos etiam Epiſcopos pertinere. Sic non minus Athanaſiii exemplo comprobat, de quo ſuo loco ξ. θ. Idem Athanaſius orat. in laudem Cypriani: *Non ſolùm Carthaginenſi Eccleſiæ præfuit, aut Africæ, ſed univerſo occidenti, imò & orienti ferè ipſi, meridiei & ſeptentrioni.* Fruſtrà vero annaliſta ſuam de Capite ſententiam interſerit, non enim membris diverſa munera tribuuntur his exemplis, à mune-

hh

*a*) *vid. Blondel. de pr. P. p.* 7. (*b*) *Rivet. Crit. S. l.* 4. *c.* 22.

An. 188. muneribus, quæ capiti conveniant, ſed eadem prorſus; ut nulla ſuo illi capiti cura generalis conveniat, quæ non etiam tota in ſolidum, & ſimiliter in his membris reperiatur. Sic Cyprianus (c) parem ſe Stephano in poteſtate & regimine Eccleſiæ cenſet, cùm ait inter alia: *Noſtrum eſt conſulere & ſubvenire* &c. *gubernandæ Eccleſiæ libram tenentes* &c. *facere te oportet pleniſſimas literas ad Coepiſcopos noſtros in Galliis conſtitutos* (ſcil. ut Marcianum, Novatianam hæreſin propugnantem, excludant.) Jam ſi ſolius erat Rom. Pontificis, & non etiam aliorum, ſcribere literas in Gallias, cur Cyprianus ſibi etiam curam arrogat communem cum Stephano? Nonne ſcribere literas hujus curæ effectus erat? Interim, antiquitati Eccleſiæ Rom. aliquid tribuere Cyprianum ultrò largimur & meritò. In ſolidum ergo pars unius illius epiſcopatûs, ſive militantis univerſalis Chriſti Eccleſiæ, à ſingulis Epiſcopis tenebatur.

§. 3.) Cœterò occaſione hujus epiſtolæ Eleutherio decretum adſcribunt Anaſtaſius, Platina &c. contra Severianos, ſeu potiùs Marcionitas, ut nullæ eſcæ tanquam communes vitentur, quoniam univerſos Deus ad cibos tribuit fidelibus: confer Rom. 14. 2. 3. 1. Tim. 4. 3. Jure nationem ſuam defendit doctiſſ. Blondellus, & Turrianum injuriæ poſtulat, quando (d) ait: *Cùm audiſſet ab Eleutherio adverſus Montaniſtas decretum, nullam eſcam uſualem, quam Deus creavit, repudiari debere, ſomniavit Gallos ab Eleuthero reprehenſos, quòd eſcas irrationabiliter reſpuere ſoliti eſſent.* Miſſus quidem Romam legatus Irenæus, ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones, ſicuti nuper audivimus, quæ videbantur quoque ſpectare ciborum diſtinctionem; at non ſuſcepit hanc legationem conſulturus, quid de Montaniſtis faciendum, ſed potiùs moniturus Eccleſiam Rom. ne Montaniſtæ, qui tunc plurimùm Romæ poterant, audirentur, & ut pax & concordia in Eccleſia conſtitueretur. Contra Eleutheri decretum Gregorius I. in diebus jejunii uſum carnis, lactis, caſei, butyri atque ovorum (quod carnem ſapiant) jejunantibus interdixit, & piſciculis ſolùm, non grandioribus illis, veſci permiſit. Sic Greg. II. & VII. Calixtus II. &c.

(c) *l.* 3. *ep.* 13. (d) *in Pſeud-Iſ. præf. p.* 36.

An. 188.

# JESU CHRISTI *Annus* 188.
## COMMODI *Imp.* *Annus* 7.

Eleutheri P. an. 10. Coſſ. Commodus V. & Acilius Glabrio.

An. 189.

# JESU CHRISTI *Annus* 189.
# COMMODI *Imp. Annus* 8.

§. 1.) Eleutheri P. an. 11. Coſſ. Criſpinus & Ælianus. *Apollonius* ſenator Rom. à ſervo, quòd Chriſtianus eſſet, proditus, quanquam inſigni volumine ſeu Apologia in ſenatu lecta, fidei ſuæ rationem reddidiſſet, tamen ob legem pronuper à Romanis latam, quæ plecti jubebat Chriſtianos ſemel ad eorum judicium pertractos, nec revocantes, capite diminutus eſt. vide Hier. in Catal. Euſ. l. 5. c. 21. Ejus memoria d. 18. Apr. peragitur. Putamúsne verò aut loci, aut refugii multum ejus temporis Epiſcopum habuiſſe, ſi virum illum, ſenatoria dignitate conſpicuum, quem & urbis favor, & ordinis amplitudo eximere odio debebat, nec civitas, nec dignitas tutata eſt. Fabulæ ergo, quod alii de templis, titulis, ſepulturis & cœmiteriis Rom. Epiſcoporum & martyrum Romæ extructis. Quin Auguſtinus hoc refutat dicens: *Martyribus noſtris templa non extruimus.* Nugantur itaque, qui ajunt, S. Savianum etiam viventi Petro templum condidiſſe & conſecrâſſe. Dura ſeculis Antonini & Commodi Chriſtianorum conditio fuit, cùm Principes Auguſti, tuendæ religionis prætextu, ipſam fidem in Chriſtum ſubvertere & extinguere niterentur. *Apollonius Senator R.*

§. 2.) Alius eſt Apollonius ſcriptor Eccleſiaſticus, cum ſuperiori non confundendus: hic teſte Hier. & Euſ. (*a*) librum adverſus Montanum ſcripſit, eumque eo etiam nomine perverſi ſpiritûs eſſe arguit, quia jejunium legibus circumſcripſit. Niceph. (*b*) ex doctrina Judæ ait, adventum Antichriſti tunc expectatum. *Quæ opinio*, ait Illyricus, (*c*) *ſi quis Montani hæretici conatus conſideret, non prorſus vana fuit. Quid enim aliud Montanus, novis ſuis paracleti confictis traditionibus & legibus jejuniorum & nuptiarum diſſolutionibus egit, quàm ut fundamenta prima totius Antichriſtianiſmi jaceret?* Huic Apollonio, teſtante Hier. Tertullianus ſe opponit, qui editis 6. libris de ecſtaſi adverſus Eccleſiam, ſeptimum nominatim adverſus Apollonium direxit, ad ea diluenda, quæ hic de Montano & illis vatibus monuerat.

*a*) *l.* 5. *c.*16. (*b*) *l.*4.*c.*36. (*c*) *in Catal. T.* 1.*p.* 90.

An. 190.

# JESU CHRISTI *Annus* 190.
# COMMODI *Imp. Annus* 9.

Eleutheri P. an. 12. Coſſ. Fuſcianus & Silanus.

An. 191.

# JESU CHRISTI *Annus* 191.
# COMMODI *Imp. Annus* 10.

Eleutheri P. an. 13. Coſſ. duo Silani Junius & Servilius. In Eccleſia An-
*Serapion.* tiochena Maximino ſufficitur Serapion, eloquentiâ, & honore apud omnes inſignis: Euſ. l. 5. c. 18. & 21. Scripta quædam recenſentur l. 6. c. 10. Plures autem hoc nomine veniunt, de quibus onomaſtica. Hic ex anachoreta factus dicitur Epiſcopus. Exaravit ad Domnonem judaizantem librum, quia is perſecutionis tempore ad Judæos, tum ut plurimum tutos atque ſecuros defecerat. Ad Carinum & Pontium de Montano librum. De Evangelio ſub nomine Petri librum. Epiſtolas breves ſed plures. Hier. in Catal. autor eſt, Serapionem fortiter pugnâſſe contra Docetas hæreticos, atque eum in finem eruditè confutâſſe Evangelium, vulgò tunc dictum ſecundùm Petrum, quo hæretici potiſſimùm nitebantur. De hujus autem ſcriptis, olim celebribus, nil hodie proſtat. Frequenter verò obſervare licet, & hoc quoque loco, exemplo Domnonis, longè tutiores Judæos, quàm Chriſtianos ſub Gentilibus vixiſſe, licet tam Judæi, quàm Chriſtiani idola abhorruerint, & Chriſtiani erga Magiſtratum & quoſvis Paganos longè fuerint fideliores, quàm Judæi: quin imò accidit ſæpe, ut Judæi vel accenderint perſecutiones in Chriſtianos, vel gentiles adjuverint. Inde autem ejuſmodi Gentilium iras ortas & ſententias in Chriſtianos latas crediderim, quia Judæi nati tales; Chriſtiani autem ex Gentilibus potiſſimùm converſi.

---

An. 192.

# JESU CHRISTI *Annus* 192.
# COMMODI *Imp. Annus* 11.

Eleutheri P. an. 14. Coſſ. Commodus VI. & Petronius Septimianus. Romæ Euſebius, Pontianus, Vincentius & Peregrinus d. 25. Aug. paſſi, Julius item Senator d. 19. Aug. aliique de quibus Bar. §. 2. 3. unde denuo videas, quænam tunc Romæ libertas fuerit Chriſtianorum.

An. 193.

# JESU CHRISTI *Annus* 193.
# COMMODI *Imp. Annus* 12.

Eleutheri P. an. 15. Coſſ. Bradua II. & Apronianus. Vindicem Dei oculum hoc anno, ob innocentem fuſum ſanguinem, ſenſit Roma, ibi ſiquidem palatium, pacis & Veſtæ templa incendio abſumta, ac per plures dies igne vagante, maxima urbis pars ſolo æquata. Ideo non modò plurimæ tabernæ, ſed libelli etiam, qui ad principatum pertinebant, omnes ferè conſumpti ſunt, inter hæc ſpolia quoque Hieroſolymitana numerantur. Hæc Calviſius ad an. 191. Euſ. in Chron. ad 194. collocant: ubi iterum hic ad an. 190. ille ad an. 188. notant in Capitolium fulmen ruiſſe, & incendio facto Bibliothecam ſumptuoſiſſimam cum quibusque vicinis ædibus concrematam, anno verò inſequenti peſtem ſæviiſſe graviſſimam. *Incendium Romæ.*

---

# JESU CHRISTI *Annus* 194.
# COMMODI *Imp. Annus* 13.

An. 194.

§. 1.) Victoris P. an. 1. Coſſ. Commodus VII. & Pertinax II. Sive martyr, ſive confeſſor obiiſſe creditur Eleutherius: vid. Martyrol. R. ad 26. Maji. Sedit juxta Damaſum & Plat. an. 15. m. 3. d. 2. Starav. an. 15. d. 23. Coſter. an. 15. d. 13. Euſ. in Chron. an. 15. Fridl. an. 12. Sepultus juxta corpus Petri. Tribus ordinationibus fecit Presbyteros 12. Diaconos 8. Epiſcopos per diverſa loca 15. De ejus Decretali ad an. 187. videbis. *Eleutheri mors.*

Eleuthero Victor natione Afer, ſuccedit: Damaſo, Coſtero an. 186. Carranzæ an. 198. Euſ. an. 195. Platinæ & Coſt. eſt XV. P. Euſebio XIII. *Victor fit P.*

§. 2.) Commodus obſtructis faucibus ſtrangulatur, poſteaque à ſucceſſore inter divos refertur. Venenum hauſiſſe priùs, clàm porrectum à Martia, Herodianus (a) ait: is autem cùm multum evomuiſſet, veriti ne ſe colligeret, atque omnes hujus rei conſcios cædi imperaret, magna mercede Narciſſo perſuaſerunt, ut ipſum in cubiculo ſtrangularet. Factum iſthoc in domo Veſtiliani Euſebius dicit. Uti autem defunctis bonis & piis Imperatoribus ſuis felicia & beata, ita huic mala quævis imprecantes acclamaverunt, ſicut Lampridius habet de Senatu: *Hoſti patriæ honores detrahantur, parricidæ honores detrahantur, parricida trahatur, hoſtis patriæ, parricida, gladiator in ſpoliario lanietur. Hoſtis Deorum, carnifex Senatûs, qui Senatum occidit* *Commodus tollitur.*



a) *l. 1. cap. 97.*

An. 195. *in ſpoliario ponatur, unco trahatur* &c. De turpitudinibus ipſius Rupert. hiſt. Univ. à p.332. Inter omnes Romanos principes quinque flagitioſiſſimi fuere, Caligula, Nero, Domitianus, Commodus & Heliogabalus.

An. 195.

# JESU CHRISTI *Annus* 195.
## SEVERI *Imp. Annus* I.

*Pertinax.* Victoris an. 2. Coſſ. Soſius Falco & Erutius Clarus. Commodo ſucceſſit Æl. Pertinax, humili genere oriundus, ab omnibus tamen vir optimus habitus, corruptum Reip. ſtatum emendaturus, à prætorianis petulantibus, poſt tres ferme menſes, contra voluntatem populi, occiſus eſt: de quibus omnibus Herodianum l. 2. alios inſuper conſule. Hunc excepit Didius Julianus, verùm quia ſtare promiſſis militibus factis non poterat, ab omnibus contemnitur. Tandem fruſtrà ambiente majeſtatem Nigro, totius Syriæ præfecto, Senatus Juliani morte decreta, omnem honorem Auguſtalem in Septimium Severum, patriâ Africanum, ex Pannoniis reducem, transfert. Is ergo imperii initio bene habuit Chriſtianos, eósque contra furorem populi defendit, unde illos egregiè floruiſſe & ubique omnia impleviſſe Tertullianus (*a*) tradit.

*Didius Iulianus.*

*Septimius Severus.*

*a) Apol. c. 37. adv. Iud. c. 7. 8. coll. cum Niceph. l. 5. c. 26.*

An. 196.

# JESU CHRISTI *Annus* 196.
## SEVERI *Imp. Annus* 2.

*Clemens Alex. floret.* §. 1.) Victoris P. an. 3. Coſſ. Severus Aug. & Albinus Cæſar. *Clemens Alexandr.* hoc tempore floret, ab opido, ubi educatus, ita dictus, ſicut etiam Athenienſis, à patria; Pantæni ſucceſſor, Origenis autem tum præceptor, tum præceſſor. Euſebio l. 6. c. 13. Titus *Flavius Clemens* etiam vocatus, & *Stromataus*. Caſſiodoro *Contextor*, ab inſignibus Stromatum libris, quos ita ob varietatem argumenti vocavit. Ejus ſcriptorum Hieronymus & Euſ. all. meminere, quin & ipſe aliorum etiam à ſe editorum, utpote de Reſurrectione, de nuptiis, de continentia. Vide Bellar. de Script. Eccleſ. & ex eo Gerhardum: Arnd. pag. 886-888. Micræl. hiſt. Eccl. l. 2. §. 1. pag. 51. Caſſiodorus eundem inter eos recenſet, qui à principio uſque ad finem explanârunt S. Scripturas: in quem ſenſum Euſ. l. c. quòd in hypotheſeon libris univerſam Scripturam divinam compendioſis diſſertationibus explanârit. Confer Plat.

Plat. in Sotere. Hi autem octo hypotheſeon libri omnino à pædagogo diſtinguendi, cùm illi nonniſi tribus conſtent libris. Hypotheſes verò quaſi informationes & Catecheſes dicuntur, ſive formulæ, ſecundùm quas ſana doctrina in Eccleſiis & ſcholis traditur: confer 2.Tim.1.13. Tales Catechiſtæ etiam fuere Nazianzenus, Didymus, alii, inpr. Origenes, unde ejus tractatus περὶ ἀρχῶν. Quare adhuc hodie illi commendandi Magiſtratus, qui juventuti hac in parte probè proſpiciunt: contrà Juliani illi dicendi, qui claudunt ſcholas, catechiſationes vetant, & dogmatum Chriſtianorum ignorantiam inducunt; (a) Recipitur ejuſdem Clementis oratio exhortatoria ad Gentes. Porrò adumbrationes ipſius ſeu ſcholia in Epiſtolas Canonicas alterius eſſe judicant: Rivet. Crit. S. l. 2. c. 8. Mejer Bibl. p.27. In Biblioth. Patr. ed. Pariſ. in 1.Petri vide T.1. pag. 561. in Epiſt. Judæ pag. 563. in epiſtolas Joh. p.564. Opera ejus Gr. excuſa Florent. f. & Gen. 1592. item Lat. Pariſ. 1590. & 1572. Gr. & Lat. f. Pariſ. 1629. Gelaſius P. d. 15. c. Sancta Rom. omnia Clementis opuſcula proſcribit. Confer Lambec. T. 3. p.224. & p 69. m. An. 196.

§.2.) Certè grandibus nævis ejus ſcripta non carere ultrò docti largiuntur: ab Arianis autem fuiſſe depravata Baronius (b) ex Rufini Apologia pro Origene docet. Primus autem habetur, qui à puritate atque ſimplicitate doctrinæ Evangelicæ degeneravit, & cum ea Philoſophiam Platonicam, ſtylo ultrà quàm ſubtili ac contorto miſcuit. Hinc verè de eo Chemnitius: (c) Duo valde pernicioſa mala in Eccleſiam invexit, de quibus tamen ipſe gloriatur l. 1. Strom. Cœleſtem ſiquidem veritatem admiſcuit Philoſophiæ decretis. Et quidquid titulum traditionis habere audivit, ſtatim tanquam Apoſtolicum arripuit & conſignavit. (d) Nam & l.6. ex Apocryphis Petri & Pauli contendit probare, ſicuti Sancti V. T. per Legem Moſaicam ſalvati ſunt, ita Græcos per Philoſophiam, item per Solis & Lunæ venerationem. Negat Ghriſtum quidquam profuiſſe ante ſuum adventum. De hoc prolixè Caſaub. in exerc. 1. in Bar. (e) Ex eodem fonte non tantùm recitat, ſed multis argumentis confirmare conatur l. 6. Chriſtum & Apoſtolos impiis apud inferos annunciâſſe Evangelium, ut non manerent in damnatione, ſed converterentur poſt mortem, qui in vita Evangelium audire non potuerunt. l. 4. dicit: ſive hîc, ſive alibi agatur pœnitentia, nullus enim locus vacat miſericordiâ Dei. Et lib. 6. Forſan ceſſabunt ſupplicia poſt hanc vitam. (f) Ita purgatorio fundamentum jactum, cui ſucceſſor Origenes ſtrenuè poſtea ſuperſtruxit. L. 2. Strom. quatuor hypoſtaſes in Deo ponit. Et l. 4. afflictiones fidelium non voluntate, ſed ſola Dei permiſſione evenire: nec aliter de ipſa Chriſti morte judicat. L. 3. Deum eſſe corporeum, animas ex corporibus oriri. L. 3. & 5. Lapſos eſſe Angelos ob commixtionem cum fœmi-

*a) vid. Hornbekii orat. in obitum Car. de Maets: m. p.35. (b) §.26. Spond. §.2. (c) Conc. Trid. p.528. b. (d) conſ. l.5. Strom. ad 1. Cor. 2.6. (e) à p.2. & inde Arnd. p.750. (f) confer Dallæ. de Patr. 258.*

An. 196. fœmininis, quibus imprudenter multa ſecreta, aliàs non revelanda, indicârint. L. 6. dicit Paulum hortari Chriſtianos, ut libros Græcorum & Sibyllarum lectitent. Secundas nuptias fornicationis arguit; lib. 1. Strom. ait Chriſtum anno XXX. paſſum & unum ſaltem annum docuiſſe: idquod l. 7. rerepetit. Ex Evangelio ſecundùm Ægyptios dictum citat: *Veni ad diſſolvenda opera fœminea.* Aſt súntne hæc, & plura alia, traditiones illæ, quas omnes & ſingulas hodie Pontificii veras agnoſcunt atque profitentur? ſeu quibus S. Scripturæ inſufficientiam probant?

§. 3.) Ab Arianiſmo tamen Clementem liberant Baronius, (*g*) & Schottus: (*h*) ſaltem ut inſectationis crimen nobis impingant, & erroribus ſuis vetuſtatis prætextum quærant. Igitur in quaſcunque ſyrtes & ſcopulos impegerit Clemens nimio traditionum amore, pergunt tamen eundem ob unum hoc magnifacere & extollere: (*i*) quaſi verò omnis traditio bona ſit & ſancta? Ergo & Chiliaſmus Papiæ, & ſexcenta alia rejici non debent. Nimirum S. Scripturam malè detortam, Patrum dicta & nævos, Conciliorum decreta, Paparum edicta, abuſus qui paulatim irrepſerunt, traditionum nomine venditant, eáque non modò æquiparare S. Scripturæ, ſed longè anteponere non verentur. Unde tam abſurda ipſorum de Verbo Dei Theologia, commendationéſque traditionum tam indignæ, ut ipſos Talmudiſtas ſi non ſuperare, at referre certè videantur. Nihil hoc loco divinæ illos juvant traditiones Apoſtolorum, quas inſtinctu & dictamine S. Spiritûs viva voce ſuos docuerunt, ac eaſdem deinceps ſcripto conſignaverunt: 2. Theſſ. 2. 15. Inde factum, ut ipſum Verbum Dei ſcriptum hoc quoque nomine tum in ipſa S. Scriptura 1. Cor. 15. 3. Act. 6. 14. cumpr. verò apud Patres veniat. Phariſæorum autem traditiones, de quibus Matth. 15. 2. h. e. eas, quæ in Verbo Dei, ceu veræ Chriſtianæ Theologiæ unico principio & baſi fundatæ non ſunt, libenter eis relinquimus. Quare Traditionum terminum probè diſtingui poſtulamus, quod nobis negare ne ipſi quidem adverſarii poſſunt. (*k*) Ita Clemens Strom. lib. 7. *In indagatione veritatis nobis S. Scriptura judex eſto.* Quæ tandem traditiones iſtæ, quarum auxilio & obtentu Epiſcopi Rom. ſupra omnes cœteros Sedem ſuam exaltârunt, jugúmque orbi impoſuerunt? Rouſſelius gnatho & Canoniſta inſignis (*l*) nos docet: *Medii*, inquit, *& poſtremi Pontifices plurima ſanciverunt, & ad ſe revocaverunt in exaltationem authoritatis Eccleſiaſticæ, quæ primi ignoraverunt: nempe quod neceſſitas, aut abuſus cauſam dederint, ut intentiore gladio uterentur: ſeu quòd non ſatis, ut videbatur, reverentibus eam majeſtatem, aut temporali ejus dominio invidentibus viſum ſit adhibere ad obedientiam exigendam, & illud dominium conſervandum, plurima quæ an prædeceſſoribus placuiſſent ambigitur* &c. bellé! Concludimus cum Julio Rogerio Papæ Protonotario, non

(*g*) §. 26. (*h*) *ad Cod* 100. *Bibl. Photii Blondel. in Pſeud-Iſ. præf. p.* 33. (*i*) *vid. Bar. l. all. Forer. antiq. Pap. T.* 1. *p.* 629. 6. 25. 683. (*k*) *Forer. T.* 1. *p.* 627. (*l*) *l.* 1. *c.* 2. § 17. *f.*

non eam eſſe traditionem, quæ intercedente temporis intercapedine nomine Apoſtolorum, vel aliorum venditatur. An. 196.

*§.4.)* Quòd ſi tam avidè Clementem in traditionum commendatione audiant, eúmque planè ſequendum putent, ergo neque illum ipſum in aliis, quæ Verbo Dei conſentanea & convenientia dicit, rejiciant. Multa is in Protreptico ſcribit contra imaginum cultum, & addit, nullam fuiſſe Chriſtianis ſenſibilem imaginem Numinis: *Annon ſunt prodigioſi*, inquit, *qui lapides venerantur? item ſtatuentes eos ante fores, perinde quaſi agendi vim habeant &c. ſenſu carenti lapidi, ligno & diviti auro nihil penitus curæ eſt &c. ſunt autem imagines quovis auro viliores: & quomodo quæ ſunt nullo ſenſu prædita, divino ſint honore affecta &c. Nobis autem non eſt materiæ ſenſilis imago ſenſilis, ſed quæ percipitur intelligentia, Deus, qui ſolus verè eſt Deus, intelligentiâ percipitur, non ſenſu &c.* Apertè imagines τιμᾷν, eis προσκυνεῖν prohibet: atque eandem etiam ob cauſam pictores reprobat. *Nobis apertè vetitum eſt artem fallacem exercere. Non facies enim, inquit Propheta, cujusvis rei ſimilitudinem eorum, quæ ſunt in cœlo, & quæcunque ſunt in terra infrá.* Item: *ignorantia ſumma eſt* ἀθεότης καὶ Δεισιδαιμονία, *qui non intelligunt, neque cognoſcunt Deum benefactorem, finxerunt quoſdam Servatores. Simulachrum eſt materia mortua opificis, non ſe defendunt ab incendiis &c. Sed inquiunt, non habemus hæc tradita à Patribus noſtris, quorum conſuetudinem NB. evertere non rationi conſentaneum. Reſponde illis, quære tuum verum Patrem: ter infelix eſt iſta conſuetudo ex dementia, quam odit* θεοσέβεια, *verus Dei cultus. Vide iſtos* λατρεύοντας *ſervientes, circa idola veſte ſordida &c.* Idem Clemens Strom. l. 5. *Moſes multis antè ſeculis apertè legem ſanxit, nullam oportere nos ſculptilem, vel fuſilem, vel fictam, vel pictam imaginem, ſimulachrúmve facere, ut ſenſilia minimè attenderemus, ſed ad ea tranſiremus, quæ percipiuntur intelligentia* &c. Item: *Quis eſt iſte Dei honor, per lapides & ligneas figuras diſcurrere? latentis eſt ſerpentis perſuaſio, quum inſenſa colitis.* Et l. 6. Strom. *Nobis nullum eſt ſimulachrum in mundo, quoniam in rebus genitis nihil poteſt referre Dei imaginem.*

Eò quòd nec idola, nec ullam creaturam, ſed ſolum unum DEUM colerent, pro atheis Chriſtiani gentilibus fuerunt habiti: ad quod idem lib. 7. Strom. ſic reſpondet: *Is qui perſuaſum habet Deum eſſe omnipotentem, quique divina myſteria à Filio ejus unigenito didicit, quomodo ille atheus eſt i. e. impius? is enim atheus, impius, qui non putat eſſe Deum.* Annon verò neceſſariò hoc loco Divam Virginem, reliquos Sanctos, reliquias, imagines &c. objicere Gentilibus debuiſſet Clemens, ſi hæc talia coluiſſent Chriſtiani? Multa hujus generis alia idem habet in προτρεπτικῷ ſeu adhortatione ſua ad Gentes: *(m)*

*§.5.)* Multa Clemens de ſacrificiis ſcribit, at nuſquam vel minimam Miſſæ mentionem facit: ſemper ille verum Eccleſiæ Chriſti ſacrificium dicit, pre-

ii ces

*m) vid. Scultet. in Medulla part. 1. l. 5. c. 1.*

An.196. ces eſſe: altare piam animam, item totum cœtum Deum invocantium: *Sin autem gaudet Deus honorari,* inquit 7. Strom. *cùm naturâ nullius indigeat, non abs re nos Deum precibus honoramus, & hoc ſacrificium optimum &c.* Quin eodem libro diſertè negat Chriſtianos Deo ſacrificare, dicit enim: *Propter quam cauſam meritò Deo non ſacrificamus, qui nullius indiget, & omnia præbuit hominibus: ſed eum glorificamus, qui eſt pro nobis ſacrificatus, nos ipſos ſacrificantes &c.* (*n*) Et Pædag. l.2.c.2. *Id, cui benedixit Chriſtus, vinum fuiſſe demonſtravit ipſe, quando dixit diſcipulis ſuis, non bibam poſthac de fructu vitis, uſque bibero novum vobiſcum in regno Patris mei.* Cap.5.l.1. copioſè probat, quod edere carnem Chriſti nonniſi allegoricè dicatur: ait enim, quòd τὸ αἷμα οἶνος ἀλληγορεῖται, vinum allegoricè ſignificare ſanguinem. Et quod magis notandum, Clemens ut ea Pauli verba *Lactis potu vos alui*: 1.Cor. 3.2. allegoricè intelligenda eſſe probet, verbis Chriſti, edite carnem meam, & bibite ſanguinem meum, ceu ſimili exemplo id ibidem probat. Iterum l.2.c.2. Encratitas reprehendens, vini uſum condemnantes, dicit: Jeſum Chriſtum bibiſſe vinum, eique benedixiſſe cùm dixit, *accipite, bibite, hoc eſt ſanguis meus, ſanguis nimirum vitis*: poſtea ſubjicit: τὸν λόγον τὸν περὶ πολλῶν ἐκχεόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εὐφροσύνης ἅγιον ἀλληγορεῖν αἷμα: *Sanctus iſte liquor exhilarans* (vinum ſcil.) *allegoricè ſignificat Verbum, quod effudit ſanguinem ſuum pro pluribus in remiſſionem peccatorum.* Quòd ſi ergo nonniſi ſignificat, certè non erit ipſe Jeſus Chriſtus. Et paulò póſt: οἶνος ἦν τὸ εὐλογηθέν; *vinum erat id, quod conſecratum fuit.* Ergo poſt conſecrationem tranſſubſtantiari non credidit: ídque noſtro argumento probat, ſcil. quia Chriſtus dixit: *Non bibam poſthac de fructu vitis*: & huc locum applicat, ubi Phariſæi accuſabant Dominum, quòd edax ſit, & vini potor. In eodem capite duplicem Chriſti ſanguinem facit, unum corporalem, quo liberati ſumus à corruptione: alterum ſpiritualem, quo uncti ſumus, & quem participamus ſine corruptione Domini, quando bibimus ſanguinem ejus. Plura ex hoc Clemente vid. apud M. Ant. de Dom. l.5.c.6. a §.27.

*§. 6.*) Collegit hic Clemens 3. Strom. longa oratione omnia hæreticorum argumenta, quibus conjugium proſcribere conati, quæ poſtea Tertullianus & Hier. ab illis mutuati; unde patet, ex qua topica deſumtæ hodiernorum Latinorum rationes. Inter alia Clemens hanc dæmoniorum doctrinam vocat: 1. Tim. 4. 3. item conjugatos ſolutionem quærere non debere: 1. Cor. 7. 27. Confer Euſ. l. 3. c. 30. Idem l. 7. exemplo uxoris Petri ad mortem tractæ utitur. Iterum: *Jam verò unius quoque uxoris virum utique* (Paulus Apoſtolus) *admittit, ſeu ſit Preesbyter, ſeu Diaconus, ſeu Laicus, utens matrimonio citra reprehenſionem.* In matrimonio etiam eſſe caſtitatem quoque affirmat. Eos qui propter educationis moleſtias matrimonium fugiunt, peccare dicit contra charitatem, vi locorum 1. Cor. 7 14. 1. Tim. 5. 14. c. 3.

*n) vid. Larroq. part. 1. de Euch. c. 8. p. 183.*

14. c. 3. 4. c. 2. 15. Sic: *Apoſtoli docentes de caſtitate, nuſquam prohibent conjugium* &c. Ib. eos refellit, qui hac in parte Dominum Chriſtum ſe imitari dicunt. Et l. 7. Strom. *Revera vir oſtenditur non in eo, quòd vitam egerit monaſticam, ſed ille viros vincit, qui in matrimonio & liberorum procreatione, & domûs cura atque providentia, citra voluptatem & dolorem ſe exercet: & cum domûs curatione eſt indivulſus à Dei charitate, & inſurgit adverſus omnem tentationem, quæ affertur per filios, uxorem & famulos, & poſſeſſiones* &c. Conjugatos itaque ordinari, ſeu recipi & admitti in Clericorum ordinem poſſe Apoſtolorum exemplo docet. An. 196.

*§. 7.)* Nullibi in libris ſuis plurium graduum facit mentionem, quàm Epiſcopi, Presbyterorum & Diaconorum; niſi quòd alicubi viduas adjungit, quæ pauperibus inſerviebant, & ideo diaconatûs functionem juvabant, nec tamen diſertè iis miniſterium in Eccleſia tribuit, multò minus gradum adſcribit. l. 6. Strom. *Qui hic in Eccleſia fiunt Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum profectus Angelicæ gloriæ illiúsque diſpenſationis imitamenta ſunt.* Et: *Eam quæ meliores facit in Eccleſia imaginem ſervant Presbyteri; miniſtratoriam Diaconi.* Divinitus verò nonniſi duos ordines inſtitutos ex eodem demonſtrat Blondellus de Epiſc. à p. 36. confer quoque p. 305.

Idem in Protrept. variè Gentilibus exprobrat, quòd mortuorum ſepulchra non modò templa, ſed etiam altaria fecerint; *ea quidem*, inquit, *honeſto nomine templa dici, revera autem ſepulchra eſſe, quæ templorum nomine gaudent. Vos autem* (alloquitur Paganos) *vel nunc certè, ſuperſtitionis obliviſcamini, ſepulchra honorare erubeſcentes.* Sic Strom. l. 6. refert, Paganorum ſapientes in pleriſque templis ſuis, cùm ea conſecrarent, loculos ſive thecas mortuorum poſuiſſe, eorumque animas dæmonum, ſive geniorum nomine appellare, docereque ab hominibus eſſe colendas, ut quæ propter vitæ puritatem, divinæ providentiæ munere, poteſtatem acceperint loci illius, qui terram ambit, ad hominum miniſterium incolendi ac luſtrandi. Has autem curatrices humanarum rerum animas, nihil iſtos referre putaviſſe Deóſne, an Angelos vocemus.

*§. 8.)* Pædag. l. 3. c. 11. Pili capitis tondendi ſunt non novaculâ, ſed tonſorum forficibus.

Lib. 2. Strom. Virtus, continens Eccleſiam, ut paſtor ait, fides eſt, per quam ſervantur electi Dei. Ergo non ſufficit externa unio.

Lib. 6. Strom. Quintum præceptum eſt de honorare Patris & matris. Sic deinceps. Decimum præceptum eſt de concupiſcentiis omnibus. (o) Ita ergo malè expurgator h. e. falſator, expunxit ſecundum præceptum de imaginibus ex Clemente: ſecundum autem Clementi fuiſſe, ex ejuſdem libri verbis, patet, quando ait: *Hæc cùm ita ſe habeant, oportet Græcos diſcere per Legem & Prophetas, colere unum Deum, qui eſt verè omnipotens. Deinde*

ii 2 *doceri*

o) *edit. Gr. Medic. p. 292.*

An. 196. *doceri per Apoſtolum : Nobis autem nullum eſt ſimulachrum in mundo, quoniam in rebus genitis nihil poteſt Dei referre imaginem* &c. Et l. 1. Strom. *Numa rex Rom. erat quidem Pythgoreus, ex iis autem, quæ à Moſe tradita ſunt, adjutus prohibuit Romanis, ne homini, aut animali ſimilem Dei facerent imaginem.*

*§.* 9.) Quænam ſit vera Eccleſia docet l. 7. Strom. inter cœtera: *Dicimus unam ſolam eſſe veterem Eccleſiam Catholicam, collectam voluntate unius ſolius Dei, & per unum ſolum Jeſum Chriſtum, in unitatem unius ſolius fidei* &c. (p)

Euſ. hiſt. l. 2. c. 1. ex hypotheſ. Clementis hæc tradit: *Petrus, & Jacobus & Johannes poſt aſſumtionem Servatoris, quamvis ab ipſo quoque Domino aliis eſſent prælati, gloriam tamen hanc ſibi ipſis non vendicârunt, ſed Jacobum Juſtum Hieroſolymorum Epiſcopum conſtituerunt.* Unde facilè diſcas. 1. Non unum Petrum Prælatum eſſe aliis. 2. Hanc Prælationem non induxiſſe ullum dominium, multò minus primam Sedem, ſed in certo quodam intelligi negocio, in cœteris æquales fuiſſe. 3. Hieroſolymitanam Sedem primo loco habendam. Quòd ſi Petro divino juſſu ea functio mandata fuiſſet, ut cœteris omnibus præeſſet, eáque res tantopere Eccleſiæ Dei neceſſaria fuiſſet, perfidè Petrus feciſſet, qui neglecto Chriſti Præceptoris & Domini juſſu ac mandato, neglectóque publico Eccleſiæ Dei commodo, ea functione ac officio defungi neglexiſſet, aliiſque eam contra Dei ordinationem ac diſpenſationem demandâſſet. Certè non ſolum Petrum, ſed & Jacobum atque Johannem ſummum dignitatis inter Apoſtolos locum habuiſſe Euſebius ex Clemente teſtatur, qui ſane ſi Monarchiam in Petro agnoviſſet, dum hæc ſcriberet, illam omnino ſignificaſſet, neque ita ulla ratione ſcripſiſſet. Pergit porrò Euſ. l. all. ex Clemente: *Jacobo Juſto,* inquit, *& Johanni & Petro poſt reſurrectionem ſuam Dominus ſcientiam tribuit, illi verò reliquis eam Apoſtolis tradiderunt, Aopſtoli poſtea τοῖς LXX.* &c. Quòd ſi eam dignitatem Petro tribuiſſet, quam hodie tribuunt, an tandem Petrum poſtpoſuiſſet aliis, & quidem eo loco, ubi anteponendus maximè videbatur? Imò clariſſimè eandem poteſtatem, dignitatem, ſcientiam, quam aliis, ei adjudicat, unde factum, ut eandem ſimiliter exercuerit.

*§.* 10.) Ut appareret & manifeſtum eſſet, quæ traditiones in pretio habendæ, Clemens per ſeriem ſucceſſionum ab Apoſtolis doctrinæ fidei ſecuritatem deductam eſſe aſſerit, ad aliquos, qui ſuo tempore erant veræ traditionis peritiſſimi, quorum opera ſe uſum affirmat in ſuis libris conſcribendis, in quibus doctrinam jam ab Apoſtolis explicatam potiùs ſe tradere profitetur, quàm ex ingenio & peritia elaboratum. Atque iſti, inquit, apud Euſ. l. 5. c. 11. veram SS. doctrinæ traditionem, quam ſucceſſionis ſerie ab ipſis uſque S. Apoſtolis, Petro, Jacobo, Johanne & Paulo deducta, velut filius à Patre acceperant, licet pauci numero (pauci enim ſunt patribus ſimiles) aſſiduè conſervantes, ad noſtram ætatem uſque, divina favente clementia

p) *Larroq. de natura Eccl. p.* 17.

mentia, vitam propagârunt, quò antiqua illa & Apoſtolica doctrinæ præ- An. 196.
dictæ ſemina in animis noſtris inſererent.

*§.* 11.) Theodotus Byzantinus hæret: diſtinguendus ab aliis hujus nominis: de quibus ad an. 173. §. 5. & an. 183. §. 7. Hæreticum Theodotum à Victore in Concilio Rom. præſentibus 14. aliis Epiſcopis, abdicatum, ceu ducem Pauli Samoſateni & Neſtorii, auctor libelli Synodici ad an. 198. dicit. Euſ. l. 5. c. poſtr. nihil de Synodo, neque de præſentibus habet Epiſcopis, ſed ſaltem à communione rejectum ait, ídque ea occaſione, quia Samoſateniani ſibi conſentientem mentiti Victorem. Sic iſdem libellus Synodicus ſub eodem Victore Synodum Rom. ponit, quæ Sabellium & Noëtium abdicârit, ut & Valentinum; de qua tamen nihil reperio, ac de utraque ſilet Staravolſcius. Theodotus hìc Byzantinus Thrax fuit natione, arte coriarius ſeu σκυτεὺς, ut ait Epiph. adde Aug. de hær. c. 33. & in eundem Danæum. Non fuit novæ auctor hæreſeos, ſed veterem renovavit, & hanc ipſius poſtea etiam Samoſatus interpolavit. Victor itaque non de novo damnavit, ſed jam pridem damnatam, talem agnovit & profeſſus eſt. Alii Artemonem diſcipulum Theodoti faciunt, alii & rectiùs fortè præceptorem: vid. Euſ. l. 5. c. 29. Quidquid ſit, contra Artemonem ſub Zepherino, qui Victori ſucceſſit, liber editus & à Catholicis adprobatus, in quo pro Chriſti deitate citabantur ſcriptores Victore antiquiores, ut Juſtinus, Miltiades, Tacianus, Clemens, & coætaneus Victoris Irenæus. Quin ipſe Johannes in Epiſtolis ſuis tales proſcripſit. Theodotus ob abnegationem fidei pudore ſuffuſus, patriâ Byzanto relictâ, Romam venit: itaque à Byzantina Eccleſia non amplius toleratus. Quòd ſi igitur Romę primò omnium hæreticus agnitus, mirum non eſt, ſi eum Victor primus damnârit: id quod aliæ quoque Eccleſiæ in aliis præſtiterunt. Adde quòd illa prima damnatio non privavit reliquas Eccleſias ſuo jure. Quantum enim exteræ Eccleſiæ Victoris temeritati tribuerint in Paſchatis negocio, deinceps liquebit. Certò Theodotiani iidem qui Alogiani, quòd Chriſtum eſſe λόγον Θεȣ̃, ſeu Deum, ſive Dei Filium negarent. (q) Iidem S. Johannis Evangelium & Apocalypſin reſpuerunt.

*Theodotus.* *Alogiani.*

*§.* 12.) Melchiſedeciani, qui, teſte Auguſtino c. 34. Melchiſedech ſacerdotem non hominem fuiſſe, ſed virtutem Dei eſſe arbitrantur.

De Praxeanis, Patripaſſianis, & Monarchicis, Artotyritis, Aſcodrogitis &c. Auguſtinum atque alios conſule.

Meretur autem hoc loco jure patrocinium Euſeb. contra eos, qui eum, ubi minus arridet, ἀρ᾽ ἐ᾽ ιανίζοντα ſemper proſcindunt, cum tamen allegato loco i. e. l. 5. c. ult. optima fide impuram Arianorū ſcaturiginem non edat modò, ſed penitus etiam damnet & proſcribat. Haud ergo procul aliquando abſuerit

ii 3 ab

q) *Dana. in Aug. c.* 30.

An. 196. ab Arianiſmo, vel penitus eum foverit, non impedit; perduraſſe tamen non dicendus, neque enim de Arianis ea nobis monumenta reliquiſſet, quæ habemus. Ita ergo ex his hæreticis Eccleſiæ maculas & defectus videmus.

Circa hæc tempora Candidus in Hexaemeron pulcherrimos tractatus edidit. (r) Sic & Appion, alius longè ab Appione Grammatico, contra quem Joſephus duos libros ſcripſit.

Heraclius, ex quo quidam perperam faciunt Heraclitus, ſub Commodi Severíque imperio, commentarios in Apoſtolum conſcripſit, Hier. teſte. Unde tamen nihil reliqui.

Maximus ſub iiſdem Principibus famoſam quæſtionem, inquit Hier. ſcripſit inſigni volumine. Unde malum? Et quòd materia facta ſit à Deo. Plura Euſ. omnia autem periere.

In Ponto crematus Athenogenes, inſignis Theologus. Bar. §. 7. martyrol. ad 18. Jan.

r) *Friſius ex Hier. & Euſ.*

An. 197.

# JESU CHRISTI *Annus* 197.
# SEVERI *Imp.* *Annus* 3.

*Pallium Tertulliani. vid. an. 216. § 3. & 319. §. 13.*

§. 1.) Victoris an. 4. Coſſ. duo Flavii Tertullus & Clemens. Quærit hoc loco Baronius, quo tempore & qua occaſione ſcripſerit Tertullianus tractatum ſuum de *Pallio*: de eodem themate agit Franc. Junius in notis ad eum tractatum, impreſſis Lugd. Batav. 1576. item Antuerp. 1596. & Genevæ 1594. Cumpr. verò Claud. Salmaſius, impreſſ. Pariſ. 1622. & Franc. Francus in confutatione animadverſorum Ant. Cercœtii, ſeu potiùs Dionyſ. Petavii: Middelb. 1623. Rectè autem Baronius obſervat, non tum pallium induiſſe Tertullianum, quando Chriſtianus factus, vel quando baptizatus fuit: quare errant illi, quibus perſuaſum, omnes, qui de paganis Chriſtiani fierent, pallium ſumere ſolitos, quidpe Chriſtiani habitu diſtincti à paganis neutiquam fuerunt. Igitur Presbyterum factum Tertullianum pallium induiſſe Salmaſius docet, ac Chriſtianorum ſacerdotes pallium primis illis Eccleſiæ temporibus geſtâſſe, nec omnes quidem, ſed ſolos aſcetas, & qui inter Presbyteros durioris & auſterioris vitæ propoſitum ſectarentur; imò ne omnes quidem hunc habitum uſurpâſſe, quia certum, quoſdam ex illis ἀκριβῶς χριστιανίζοντας in communi veſte durâſſe: quare arbitrarium illud omne fuiſſe, & ex laicis etiam quoſdam ἀσκητικώτερον βιώσας, genus id veſtis in uſu habuiſſe vero ſimile eſſe.

§. 2.) Illud pallium, quod in naſcente Eccleſia Tertullianus & alii ſumpſe-

ſumpſere, & unde χραϊκοὶ ἐπιθέται, vulgò Chriſtiani dicebantur, non fuit An. 197.
Græcorum vulgare pallium, ſed peculiare Philoſophorum, quod τρίβων & τριβώνιον vocant. Unde τριβωνοφόροι Philoſophi. Hoc igitur, qui ſtrictiorem Chriſti diſciplinam profitebantur, geſtabant inter Chriſtianos, ut Epiſcopi, Presbyteri, clerici, Monachi. Περιβόλαιον, exterior veſtis, quæ aliis ſuperponitur, τὸ ἐπάνω τῶν ἄλλων ἐπίβλημα, amiculum, pallium, quo nomine Philoſophicum etiam venit: Bevereg. in Conc. Gangr. Can. 12. p. 185. Suidæ ἱμάτιον Ῥωμαϊκὸν: Athemidoro φαιλόνη, φελόνιοι, Paulo φενόλη; ita reſpondet L. Penulæ: eidem Suidæ Ῥωμαϊκὴ ςολή. Φελόνιον i. q. βῆρον, lacerna. Veſtis ad pellendum frigus & pluviam apud Romanos uſitata. Ergo tunicis cincti erant, lacernis induti. Ἀσκηταὶ quoque nuncupati Græcis Philoſophi, quod vocabulum Monachis poſtmodum hæſit & auſterioris notæ Chriſtianis. Pallium itaque veſtis Græcorum propria fuit, ut toga Romanorum. (a) Hinc palliati i. q. Græci: & quia palliatus fuit Rabirius, hoc ei tanquam probrum fuit objectum. Et palliatæ fabulæ, in quibus Græci inducebantur. Igitur Græci omnes olim communiter uſi ſunt pallio, & quidem viri, pueri atque mulieres, niſi quòd mulierum palladium dictum, quaſi palliolum, quia à virorum atque puerorum pallio erat diverſum, ut notat Demſterus: (c) vid. an.
ætate verò Tertulliani ſoli Philoſophi & liberalium artium magiſtri pallio 319. §. 13.
utebantur, adeóque Philoſophica veſtis erat. Græcanico porrò illo pallio etiam Judæi amiciebantur, adeóque etiam Apoſtoli, & ipſe Dominus. Philoſophicum pallium ſordidum plerunque erat & illuvie plenum, unde Hier. ad Marcel. *Si tunica non canduerit, ſtatim illud: Græcus eſt.* Cynicum pallium à Philoſophico & communi nec formâ, nec materiâ differebat, ſed ſolo amiciendi modo. Salmaſius (d) notat, totum Athenienſium populum à Palladio dividi in τριβωνοφόρους & βιρροφόρους h. e. in palliatos ſeu Philoſophos, & in birratos h. e. reliquum populum. Birrus, ſeu Birrum, βῆρος & βηρός, βηρίον, βίρριον βέρρος, lacerna: vid. Bevereg. Inde diminutivum birretus, infimæ latinitatis ſcriptoribus, pro capitis velamento & pileolo. Helv. Barretlin. Birrus τὸ κοινὸν σχῆμα, ἡ κοινὴ ἐσθὴς, quæ à pallio ſive tribone diſtinguebatur, quod geſtamen erat omnium aſcetarum h. e. tam gentilium, quàm Chriſtianorum Philoſophorum. Pro conditione & dignitate geſtantium cùm de colore, tum de materia pretioſiores erant, aut minus pretioſi birri. Pretioſioribus utebantur vulgò Epiſcopi, poſtquam pallia reliquerunt & Philoſophari deſierunt. (e) Birrus, lacerna, chlamys, mandya eadem Salmaſio veſtis (f) τρίβων & τριβώνιον, pallium Philoſophorum paſſim. Junio i. q. lacerna, penula, φαινόλης, μανδύη: Regen oder Wettermantel; veſtis, quæ tunicæ inducitur. Ῥάκος recentioribus Græcis propriè eſt Monachicum pallium, inde ῥακοδύται, & ῥακενδύται, Monachi. Præter pallium autem & tuni-

(a) *Alex. ab Alex. l. 5. c. 18. Demſt. antiq. Rom. l. 5. c. 31.* (b) *ib. c. 32.* (c) *c. 35.* (d) *p. 25.* (e) *viſe Arnd. Ant. l. Clerus §. 37. item, à §. 43. -- ad 56.* (f) *p. 23. & 27.*

An. 197. & tunicam, omnium Monachorum communem amictum, Ægyptii Monachi cucullum parvum, & meloten h. e. pellem caprinam geſtabant, quibus non utebantur Europæi aſcetæ.

§. 3.) Ῥάκ@ igitur i. q. τρίβώνιον, tam Monachorum, quàm Monialium pallium: hinc ῥακενδύτης i. q. Monachus ſeu ῥακοφόρ@. Monachi olim iidem qui aſcetæ, ἀσκηταὶ; ſeu qui olim Philoſophi in ſua quisque ſecta. At verò quidquid tandem vel de Tertulliani, vel Philoſophorum, vel Monachorum pallio proferatur, id omne nihil nos movet ad hodiernorum variorum ordinum Monachalium veſtitum vel probandum, vel imitandum, quoniam mera ſunt humana inventa, imò quia ſub meriti cenſuram veniunt illæ veſtes, dudum à Synodo Gangrenſi Can. 12. proſcriptæ & anathemati ſubjectæ fuerunt. Ea quidpe Synodus neceſſitatem veſtis mutandæ ab aſcelis & Monachis illo Canone removit, quum nihil facere ad pietatem ſanctioris vitæ propoſitum illam habitûs mutationem contra Euſtathium judicavit. Ipſius Tertulliani patet exemplo, pleroſque antiquorum Chriſtianorum aſcetas communem veſtem pallio mutare ſolitos, ſimpliciſſimo utpote ac viliſſimo. Ita Heraclas Presbyter Alexandrinus, de quo ex Euſebio Baronius §. 16. & in martyrol. R. ad 14. Julii, pallium Philoſophicum aſſumpſit, *(g)* & quia ἀσκητικώτατ@ fuerat, nudipedalia ſibi indixerat. (*h*) Tu pleraque talia confer cum Hoſpin. de Mon. item T. 2. Conc. p. 517. ed. Pariſ.

*g) Salmaſ. p. 9. (h) pag. 20. & 356.*

An. 198.

# JESU CHRISTI *Annus* 198.
## SEVERI *Imp. Annus* 4.

*Victor de Paſchate.*

§. 1.) Victoris P. an. 5. Coſſ. Dexter & Priſcus. De Paſchate celebrando nihil præcepiſſe Apoſtolos, ſed liberum cuique reliquiſſe, ex diverſa celebrandi ratione conſtat. (*a*) ut autem Orientales à ſua conſuetudine celebrandi Paſchatis cum Judæis averterentur, admonebant eos Anicetus, Soter Pius, Eleutherus. His Melito Sardenſis, & Polycarpus Smyrnenſis Epiſcopi reſponderunt, adiaphorum eſſe, de quo Eccleſia non turbanda. Ceſsârunt illi, donec Victor rem acrius urgeret ac diſſentientes excommunicaret. Hinc tamen manifeſtum, rituum libertatem tunc conceſſam fuiſſe, nec omnes à Romana Sede dependiſſe, neque etiam monitos in re adiaphora Epiſcopum Rom. curâſſe. Ante omnia verò, ut lectori antiquitatis monumenta circa hanc materiam pateant, Euſebium l. 5. à capite κγ. in Lat. c. 22. al. 23. Soz. l. 7. c. 19. Niceph. l. 4. à c. 36. evolvat, quibus Hoſpin. de feſtis Chriſt. à p. 70.

*a) Dalle. de cultu Lat. p. 40.*

à p.70. b. addatur, unde argumentorum phalangen contra Pontificios quisque inſtruere facilè queat. Oppidò bene Ravv (b) *utut ſecundum ſeculum controverſiarum fuit feraciſſimum, eas tamen omnes per Rom. Pontificum definitionem fuiſſe compoſitas, hactenus aſſerere nemo auſus eſt.* Bellarminus hanc quæſtionem à Victore deciſam jactitat. Reſp. 1. particulare exemplum, unde nihil concludas, quàm Epiſcopum Rom. æquè atque alium de controverſiis Theologicis poſſe judicare. Infallibile autem & ſupremum ejus judicium ita non probat hoc exemplum, ut planè contrarium evincat. 2. Controverſia præſens non dogma fidei, ſed indifferentem ceremoniam concernebat. 3. Correptus, reprehenſus & acriter objurgatus fuit à diverſis propter excommunicationem Orientalium. An. 198.

§. 2.) Baronius ut in toto vaſto opere ſuo, ſic & hoc loco, unius Papæ ſui Romani ὡς συναγορεύων cauſam agit ac defendendam ſuſcipit. Non Romanam ſolùm Synodum, ſed & cœteras ejus authoritate & juſſu fuiſſe convocatas, ac quaſdam approbatas, quaſdam improbatas aſſerit, tandem inobedientes excommunicatione percuſſos. At ſi Romani Papæ decreta pro legitimis à reliquis Eccleſiis habita fuiſſent, quî factum, ut illæ Victoris decretum & Concilium denovo examinarent, idque vel improbarent, vel ſequerentur? Neque ab Euſebio (c) Romana Synodus prior, ſed Palæſtina ponitur. Effecit quidem Victor per literas, ut Concilia paſſim fuerint coacta, & ipſe Synodum non ex Epiſcopis, ſicuti hodie fit, ſed ex Presbyteris & Diaconis collegerit, at non tanquam ex propria auctoritate, ſed potiùs tanquam inquietus homo iſthoc fecit, prout acta teſtantur. Ob quam cauſam, inquit Euſebius, conventus Epiſcoporum, & Concilia per ſingulas quasque provincias convocantur. Neque hinc ſequitur, uti Bellarminus exiſtimat, Epiſcoporum nonniſi eſſe in Conciliis definire, quia 1. olim omnes Paſtores & Presbyteri Epiſcopi dicti: Philipp. 1. 1. 2. Conventus Epiſcoporum latè ſeu à potiore parte ita dicuntur, unde Presbyteri atque Diaconi Epiſcopis in aliis Conciliis adjunguntur. Hinc Damaſus de Victore: Fecit Concilium, & collatione facta cum Presbyteris & Diaconibus &c. Gratis autem collector Conciliorum (d) ad eventum hujus litis ex Sanderi l. 7. de viſib. Mon. Eccl. provocat, quia non Victoris autoritate & ſumma poteſtate moti reliqui tandem à ſententia diſceſſerunt, ſed ipſius rei pondere. Imò multi graves & ſancti viri, déque Eccleſia maximè meriti deduci à ſententia ſe non paſſi. Ex toto negotio, & ipſis Synodis apparet, libertatem ſingulis Eccleſiis manſiſſe, & Epiſcopum Rom. omnes obſtringere nec potuiſſe, nec debuiſſe: quæ profectò eadem ratio circa hæreticos compeſcendos; unde tot támque diverſæ Synodi, Concilia, decreta.

§. 3.) Proinde Concilia de hæreſibus, rebus dubiis & controverſis cognoverunt, non autem ſolus Rom. Epiſcopus. Is itaque tantam poteſtatem



b) *De Concil. p. 33.* (c) *l. 5. c. 23. L. 22.* (d) *T. 1. p. 340. ed. Ven.*

An. 198. tem tum non habuit, quantam ſibi fingunt, quin ejuſdem judicium in aliis Conciliis ſub cenſuram revocare, in aliam ire ſententiam, adeóque ei reſiſtere & ab illo diſſentire licuit. Quòd ſi verò Oecumenicus & παντοκράτωρ fuiſſet, adpellationes ad Rom. Sedem prohibitæ minimè fuiſſent, ut factum videmus in Nicæno Conc. c. 5. ſic in Antioch. c. 6. & 15. Milevit. c. 22. Hæreticus in Papatu definitur, qui non credit iis omnibus, quæ in Eccleſia Rom. pro veris tradita ſunt: c. nulli. d. 15. Licet Rom. Eccleſia una ſit & particularis Eccleſia, prætendit tamen ſe centrum eſſe unitatis & communionis, quam nemo deſerere poſſit abſque infallibili ſalutis diſpendio: unde etiam magiſterium fidei & totam dictaturam in omnes Eccleſias ſibi adſcribit. Quid ergo iis agitur, qui in communione ejus non manſerunt & ita mortui ſunt, & quidem illo tempore, quando Rom. Eccleſia adhuc pura & Orthodoxa cenſebatur? Quid cenſendum de omnibus Eccleſiis diœceſis Aſianæ, quæ plures provincias comprehendebat, Ciliciæ & Meſopotamiæ? Quid judicandum de bona parte occidentis quæ ſeculi ſexti tempore ſe à Romana ſeparavit communione, eò quòd quintum Concilium tanquam Chalcedonenſi contrarium approbârant Romani. Et ſic infinita alia. (e) Obj. At ſi Victor eam poteſtatem non habuiſſet, Orientalibus Anathema non dixiſſet. Reſp. Illi verò non modò non obtemperârunt, ſed eundem etiam acriter objurgârunt, & nihilominus manſerunt in Eccleſiæ unione, neque ſe hæreticos eſſe ullatenus crediderunt; imò nec alii hoc ſtatuerunt, nec ab iis abſtinuerunt, licet in hac controverſia à Victore non diſſenſerint; hinc Irenæus multíque alii Epiſcopi Occidentales hoc ipſum anathema pro anathemate non habuerunt, & nihilominus pacem cum Orientalibus coluerunt, invidiámque & temeritatem Victori exprobrârunt. Confer Euſ. l. 5. c. 23. Urget Bell. (f) excommunicationem Victoris, ceu argumentum, quo primatus ſtabiliatur. Verùm redarguit Victorem Irenæus, quòd non rectè fecerit abſcindens à corporis unitate tot & tantas Eccleſias Dei, quæ morem ſibi antiquitus traditum cuſtodirent. Regerit ad hoc Bellarminus. 1. Victorem ſententiam non mutâſſe. Reſp. Hoc non primatum, ſed pertinaciam, non legitimum jus, ſed deteſtabilem faſtum Victoris arguit. Object. 2. Eadem poteſtate Eccleſias Aſiaticas abſolviſſe, quâ ligaverat. Reſp. Non de facto, ſed de jure quæritur: imò remiſit potiùs. Obj. 3. Alios Epiſcopos non excommunicâſſe Victorem, quod tamen feciſſent, ſi illum de numero Epiſcoporum, & non potiùs omnium caput ac judicem cenſuiſſent. Reſp. Nulla eſt conſequentia. Noluerunt autem alii Epiſcopi ſeveritatem Victoris imitari, quin illam deteſtati fuerunt. Obj. 4. Non docuiſſe alios Epiſcopos, ſententiam Victoris eſſe irritam, & Victorem excedere ſuos limites, judicando ſibi non ſubjectos. Reſp. At liberè præter cœteros Irenæus factum Victoris reprehendit, & correptione gravi docuit, nec ſe, nec Aſiaticos

(e) *vid. Larroq. de Eccl. c. 4. à p. 46.* (f) *l. 2. de Rom. P. c. 19.*

cos Epiſcopos Rom. Pontifici, ut judici legitimo, ſupremo & infallibili fuiſſe ſubjectos, cui non liceat dicere, *Papa cur ita facis?* Obj. 5. Victorem prudenter egiſſe, unde ejus ſententia in Concilio Niceno ſit approbata. Reſp. Hanc excommunicationem Concilium Nicenum nunquam tractavit, nec probavit. Paſcha autem die Dom. celebrandum non Victoris, vel alius Papæ R. auctoritate decrevit Nicenum Concilium, ſed propria, ſibi à Deo commiſſa poteſtate. An. 198.

§. 4.) Non tantùm de Paſchatis, ſed & de jejuniorum celebrandorum diverſitate quæſitum & actum, nec ſuo, ſed etiam Eccleſiarum Gallicanarum nomine Irenæus reprehendit Victorem, oſtendens, diſſonantiam jejunii fidei concordiam commendare, & Victoris prædeceſſores Euchariſtiam fratribus Aſiaticis nihilominus miſiſſe, ut ex Euſ. l. all. patet. Author verò Tripartitæ hiſt. (*g*) copioſè oſtendit, de his & ſimilibus rebus Apoſtolos & Evangelia neque legem, neque pœnam, aut ſupplicium, aut maledictum minatos eſſe, ſed ſingulorum reliquiſſe ſententiæ. Addit etiam inter alia, mentem Apoſtolorum non fuiſſe, de diebus feſtis celebrandis leges ſancire; ſed converſationem rectam, & Dei prædicare culturam, vel rectè vivendi rationis & pietatis nobis authores eſſe. Confer Soz. l. 7. c. 19. Ita non minus rectè tria in Irenæi expoſtulatione Victori facta, auctores notant. 1. Quòd prædeceſſores Victoris & Soteris nonniſi Presbyteros Eccleſiæ Rom. vocet. 2. Quòd actus excommunicationis Victorianæ non fuerit actus juriſdictionis à ſuperiori in inferiores exercitæ, ſed ſeceſſionis Eccleſiaſticæ ab æqualibus, quibus, antea in teſſeram fraternitatis, ſi quando venirent in urbem ejus prædeceſſores ſemper Euchariſtiam miſſitabant. 3. Quòd pax Eccleſ. propter ejusmodi ritualia, in quibus cuilibet Eccleſiæ licet in ſuo ſenſu abundare, non ſit temerè violanda. Eandem Irenæi epiſtolam pulchrè conſiderat Ravv de Concil. à p. 459. quem viſe. Quamvis autem Victor ſupercilii plus hac re ſumpſiſſet, quàm oportebat, extabat tamen apud Bedam c. 45. de ratione temporum illius Epiſtola ad Dionyſium Viennenſem valde moderata, & cui nihil ſimile prodiit ſequioribus ſeculis ab illa Sede. Illius præſertim hæc eſt concluſio: *Salutat te collegium fratrum, ſaluta fratres qui tecum verſantur in Domino. Eubolus qui epiſtolam fert Viennam de noſtro collegio vivere & mori tecum paratus eſt.* Quis Papa hodie gregarium ita alloqueretur?

§. 5.) Ita nimirum olim in honore habita ab aliis Eccleſiis Romana, ut tamen ab ejus doctrina & conſuetudine diſcedere fas eſſe exiſtimarent, & liberè ab illa diſcreparent, ſi quando eam errare judicarent, neque enim illam extra erroris aleam ponebant. Fruſtrà itaque objicit Perronius (*h*) Irenæum & alios Victori non exprobrâſſe, eum ſupra alios Epiſcopos plus poteſtatis non habere, vel ipſum poteſtatis limites tranſiliiſſe dum excommunicavit Aſiaticos. Reſp. Qui ergo illum reprehenderunt πληκτικώτερον, etiam nimirum poſtquam cauſam ſeu excommunicationem hanc in ſuis Con-

 ciliis

(*g*) *l. 9. c. 38. ex Socr. h. 5. c. 21.* (*h*) *inprim. Blond. à p. 27.*

An. 198. ciliis examinârunt, & nullius eſſe momenti decreverunt, ac cum excommunicatis hiſce nihilominis communicaverunt? Immeritò itaque Euſebium & Rufinum perfidiæ incuſant, ceu iniquiores erga Sedem Rom. adverſarii, quandoquidem quod res eſt ſcribunt; neque hi ſoli, ſed alii hoc idem teſtantur, & ſynodorum eventus atque decretum idem comprobat. Licet ergo Aſiaticæ Eccleſiæ regimen Rom. Pontificis non agnoverint, veræ tamen Eccleſiæ membra ab Irenæo & aliis agnoſcuntur. Non ſine cauſa ſigillum primum, ſeu equum album ex Apoc. 6. 2. doctrinam Evangelii puram denotantem, ab aſcenſione Chriſti ad hæc tempora ſe extendentem, huc applicant, ubi contentio de Paſchate cœpit: & ſigillum ſextum ſeu terræmotus v. 12. varias diſputationes ſignificans, quæ dejecerunt ſtellas de cœlo, inde ab his temporibus ad an. 606. deducunt.

*§. 6.)* Sicuti aliis Epiſcopis Rom. ſuppoſitas Decretales affingunt adverſarii, ita ſimile ab iiſdem accipit beneficium Victor. De illo Hier. in Catal. ita habet: *Victor XIII. Romanæ urbis Epiſc.* (en non univerſalis) *ſuper quæſtione paſchæ, & alia quædam ſcribens opuſcula, rexit Eccleſiam ſub Severo Principe annis* 10. Variè quidem de Paſchate Victor ad alios ſcripſit Epiſcopos, ac iiſdem etiam reſpondit, in Tomo tamen I. Concil. ed. Ven. à

*Decretalis I. Victoris. vid. infrà §. 10. ſ.*

p. 336. & T. 1. ed. Pariſ. à p. 256. *(i)* nonniſi duarum decretalium fit mentio, quarum prior ad Theophilum Alexandr. cujus argumentum 1. de celebratione Paſchæ & baptiſmi. 2. Ne quis incerta judicet. 3. De cauſis Epiſcoporum terminandis. Eam jure proſcribunt Blondel. in Pſeudiſ. præf p. 65. & in tract. p. 215--230. Cocus p. 63 Sub Arcadio demum ſedit Theophilus, ac Conſtantinopolin venit condemnaturus Chryſoſtomum circa an. 403. Graviter ergo impegit impoſtor, quem imitatur liber de Rom. Pontiff. ut & Tomi Conciliorum. In neutra Epiſtola ullam reperias cohærentiam, ſed ſcopas diſſolutas: idem videas cerebrum, deteſtandam S. Scripturæ detorſionem, eaſdem phraſes, haud abſque ſolœciſmis & barbariſmis, eandem cantilenam. In priori Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Archiepiſcopum, in poſteriori Eccleſiæ Rom. & urbis Archiepiſcopum ſe nominat. In prima die Dominico Paſcha celebrari mandat, *quia non decet*, inquit, *ut membra à capite diſcrepent & contraria gerant*. At faceſſat hîc Sanderus *(k)* quando l. 7. c. 22. ſeq. talia pro argumento adducit, licet enim communicatio cum Eccleſia Rom. magni ſemper habita, tamen neutiquam ejus dominium agnoverunt. Etſi etiam Victoris opinio in Eccleſia tandem Univerſali obtinuerit, tamen non poteſtati Victoris id tribuendum, ſed Eccleſiarum conſenſui: Nicenæ inpr. Synodo *(l)* & Conſtantini imperio. *(m)* Ac ſi Victoris decreto omnes ſubjicere ſe debuiſſent, vel ſi firmum fixúmq; illud fuiſſet, de novo in Niceno Concilio tractandum & approbandum non fuiſſet: neque deputati

*i) conſ. Carranz. p. 52. ed. 1. & 27. ed. 2. (k) T. 1. Conc. ed. Ven. 340. (l) Theod. l. 1. c. 9. (m) Euſ. in vita Conſt. l. 3. c. 17. 18.*

deputati Epiſcopi Romani ad hæc obmutiviſſent. Hæc autem excommunicatio ſeparatio fuit ſui ab illis Eccleſiis, imò verum ſchiſma, unde hoc Victori frequenter exprobratum, atque ab aliis contemptum fuit. An 198.

*§.* 7.) Ib. *Si neceſſe fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quocunque loco vel momento, ubicunque evenerit, ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fontibus, tantùm Chriſtianæ confeſſione credulitatis clarificata baptizentur* &c. (*n*) Ubi ergo locus conſecratus? Neque verò improbamus iſthoc, modò neceſſitatis abſolutæ opinio abſit.

Ib. Placuit ut accuſatus, vel judicatus à comprovincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus licenter appellet, & adeat Apoſtolicæ Sedis Pontificem, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos ejus retractari negotium procuret. Nullus (interea) in ejus loco ponatur, aut ordinetur Epiſcopus: vid. c. 2. q. 6. c. ſi quis putav. At Conciliorum ſtatuta & praxis continua his reclamat abundè. Nimirum eadem ſemper Helena ludit in ſcena. Ubi nam tum erant metropolitani, Patriarchæ vel Primates, quorum tamen mentionem facit?

Secunda epiſtola ad Afros cum ſuperiori ferè convenit, obſcura autem eſt & inficeta: quam auctores modò allegati ſimiliter proſternunt. *Altera decr. Ep.*

Plures Victorem Decretales emiſiſſe Baronius (*o*) ait, inpr. ad Deſiderium Viennenſem Epiſcopum, & ejus ſucceſſorem Paracodam, quas dignis ſuis coloribus depingunt Blondellus in Pſeudlſ. p. 232. ſeqq. & de Epiſc. p. 35. Cocus p. 63.

*§.* 8.) Memorabile quòd Concilia tam diverſa, in tantis locorum diſtantiis, ac tempore tam exiguo celebrata fuerint. Non autem primo loco *Romanam Synodum* Euſebius collocat, ſed fuerit prima, eo ipſo Victor violentiam & invaſionem etiam prodidit, atque propterea alii quoque Epiſcopi alibi ſynodos collegerunt, in quibus omnibus Romani Papæ authoritas non modò nulla fuit, ſed ipſius etiam præceps judicium & temeraria excommunicandi audacia acriter reprehenſa eſt. Alii Romanum hunc conventum ad an. 192. referunt: alii ad 194. Anonymus ordinationem de Paſchare celebrando anno 194. factam ab Epiſc. Romano vult, & quia huic decreto conſtanter alii contradixerint, Concilium Romæ anno 196. habitum, cujus tamen decretum ultra Pontificatum Rom. apud alios receptum non fuerit. Hanc igitur ob cauſam, ſimili occaſione, conditione & authoritate alii etiam Epiſcopi in ſuis dœceſibus ſynodos indixerunt, atque factum Victoris improbârunt, adeoque injuſtam eſſe excommunicationem decreverunt. (*p*) Imò excommunicationem veram fuiſſe rectè alii negant, ſed ſeparationem tantùm & quidem ſuimetipſius; ſeu denegationem communionis, quæ Gr. ἀκοινωνησία. In hoc Concilio Rom. Victor non tam decretum edidit de Paſchate celebrando, quàm ut id, quod antè obtinebat, porrò ſervaretur. *Romana Synodus.*

 Baro

*n*) *vid. Polyd. l.* 4. *c.* 4. *Cham. T.* 4. *l.* 5. *c.* 14. *à* §. 44. (*o*) §. 17. *Spond.* §. 3. (*p*) *vid.* §. 16. *item Niconem apud Balſam. p.* 1096. *ſeq.*

An. 198. Baronius ſ. 16. Victoris ſui excuſaturus calorem in hoc negocio, pertendit hoc Concilium non tam propter Eccleſias Aſiaticas conveniſſe, quàm contra Montaniſtas & Blaſtum, Eccleſiæ Rom. Presbyterum, qui Judaico more Paſcha vellent celebrari. Sed hæc gratis confinguntur à Cardinali, quidpe Soz. l. 7. c. 18. ſatis docet, Montaniſtas in hac quæſtione non idem ſenſiſſe cum Aſianis, vel Judæis, nec Lunæ reſpectum habuiſſe, ſed ad curſum ſolis ſuum calculum direxiſſe. Et parùm ſolicita erat Eccleſia Rom. de Montaniſtis coarguendis, qui vires acquiſiverunt, maximè hoc tempore, in ſinu Eccleſiæ Rom. adeò ut Romæ palàm Tertullianus ad eos tranſierit. Blaſtum quod attinet, cùm Floriani aſſecla fuerit, & ſtatuerit Deum eſſe authorem peccati, ejus excommunicandi juſta cauſa ſubfuit Victori, quanquam & meritò notandus veniret, quòd Eccleſiæ Rom. Presbyter impugnaret morem in illa receptum circa Paſcha, & Aſiaticum propugnaret. Potuit igitur Victor cum ſuo decreto ſtatuere quod judicabat è re ſuæ Eccleſiæ circa hoc feſtum, & jam receptam conſuetudinem decreto ſynodico confirmare, ſed non potuit aliis Eccleſiis legem figere, quia par in parem imperium non habet.

ſ. 9.) De his Conciliis ita generaliter loquitur Euſebius. (q) *Ob quam cauſam conventus Epiſcoporum* (communi termino utitur, quo Presbyteros etiam intelligit, & cæteros, prout ex ipſo Concilio Rom. probabitur) *& Concilia per ſingulas quasque Provincias convocantur.* Quis ergo Papæ auctoritate convocata dixerit? Quis pondus illis ademerit, quia ejuſdem adprobatione non fuerunt munita? Nimirum Concilia olim etiam extra R. Pontificis conſenſum convocata & habita fuere: ac ſi is legitimè decretis ſtare ſeu ſubſcribere noluit, in ſententia tamen nihilominus perſtabant, nec ſemet, ſed tergiverſantem communis pacis violatorem ſchiſmatùmque auctorem æſtimabant. Unde factum, ut in faciem Victori acriter alii, Galli cumpr. & Aſiani, contradixerint & obſtiterint. Nihil inferre temerariam excommunicationem, ſi modò excommunicatio dicenda, extra Eccleſiam non ejicere, non condemnare, non hæreticum facere, neque ſchiſmaticum, quin excommunicantem accuſare, & communionis violatorem reddere crediderunt, nec abſolutam adhærendi Eccleſiæ Rom. neceſſitatem ſtatuerunt. Longiſſimè igitur abeſt, ut hoc exemplum pro argumento ſumi queat, quandoquidem tum decreto ſuo, tum cenſurâ nil profecit, nil probavit: neque enim Vicarios ſuos in reliquorum Conciliis habuit, neque ab illius confirmatione eadem dependerunt, neque ullam jurisdictionem in illos exercere potuit: quin contrà ab orientis Epiſcopis Julium Papam depoſitum Soz. l. 3. c. 2. teſtatur, unde tamen nullum dominium inferri volunt: ſic varios Epiſcopos ab aliis Epiſcopis, & Patriarchas à Patriarchis partim depoſitos, partim excommunicatos legimus.

ſ. 10.)

q) *l. 5. c. 23.*

§. 10.) Proprium Annaliſtæ commentum eſt cum ait: (r) *Vides ex his Antiquum Eccleſiæ morem, per legatos Rom. Pontificis cogi Concilia, & dirimi controverſias.* Paulò dubitantior Spondanus (s) *Ex eo,* inquit, *ſatis colligi poſſe videtur, quòd Beda ex actis Synodi Palæſtinæ* (at ubi hæc tandem acta?) *diſertis verbis aſſerit, eundem Victorem direxiſſe (t) auctoritatem ad Theophilum Cæſarienſem eam celebrandi, eique injunxiſſe, ut de ea re cum aliis Epiſcopis deliberaret.* At alia longè, quàm Bedæ, utpote recentioris teſtimonia requirimus. Ne voculam habet Euſebius, quòd Concilium Cæſareenſe Victoris auctoritate fuerit convocatum, cujus tamen Eccleſiæ acta non neſciebat, cùm illius poſtea Epiſcopus extiterit. Si Victor imperare Theophilo & cœteris poterat, quare poſt decretum ſuum ſynodos cogi, ſententias & judicia libera proferri, deliberationes & diſcuſſiones fieri jubet, non autem ſimpliciter ſuum decretum illis præſcribit? Quare Eccleſiæ iſtæ ſine ullo impedimento ab illo diſſentiunt? Quænam verò illa Synodi Palæſtinæ acta, unde Beda ſua hauſit? Sanè ex communi ſui temporis uſu & ſuperſtitione quadam ita ſcripſit: nihil quidquam ſimile vel Euſebius, vel alius aliquis. Vel admittamus tandem auctoritatis terminum, quam direxiſſe ad Theophilum Beda dicit, tamen is non imperium, ſed ſedem Patriarchalem, ordine primam, & illius Sedis conſilium, vel potiùs petitionem ſignificabit, quomodo plerique Epiſcopi ab aliis petere, adeóque auctores habendarum Synodorum eſſe potuerunt. Non merè ſciolum cum Baronio (u) ſed inſignem impoſtorem rectè dixeris & mendacem Pſeudodamaſum, quando in vita Victoris ait, accerſito Theophilo Alexandriæ Epiſcopo de Paſchate conſtituiſſe, atqui Theophilus ubi nullus fuerat. Sed neq; pro hoc Cæſareenſem Theophilum, extra hiſtoriarum fidem à Baronio nobis ſubſtitui & fingi patimur. Memorat quidem Hieronymus hunc ſub Severo contra Quartadecimanos cum cœteris Epiſcopis Synodicam valde utilem ſcripſiſſe: at eum à Victore accerſitum, vel ab eodem juſſum ne γρῦ quidem refert. Ita non minus ſuprà §. 6. Baronius Victoris ad Theophilum Alex. fictam nobis Decretalem venditat. An. 198. *Cæſareenſis Synodus.*

§. 11.) En igitur vulpeculas, eáſque apertas adverſarios, quando Rom. Concilium non modò primo loco, contra Euſ. l. 5. c. 22. ſeq. & libellum Synodicum pōnunt, ſed Theophilum Cæſareenſem accerſitum interfuiſſe, ac eundem poſtea reducem auctoritate Victoris Cæſareæ in Palæſtina Concilio congregato idem decreviſſe (x) audacter pronunciant. Sic non minus Collectores Concil. ed. Ven. & Pariſ. ordinem invertunt & Romanum primo loco ponunt. Ita verò in genere de his Conciliis Euſ. *Concilia & conventus Epiſcoporum in unum cogebantur, & omnes una ſententia decretum Eccleſiaſticum per literas ad omnes Eccleſias ſcriptas ratum faciebant.* Et mox de Palæſtino Concilio ſubjungit: *Decretum Epiſcoporum, qui tum erant in* 1. *Palæſtina convocati, ad hanc uſque ætatem ſcriptis cuſtoditum eſt: in quorum Synodo*

(r) §. 7. (s) §. 1. (t) *confer Magdeb. cent. 2. c. 9. p. 160.* (u) §. 6. (x) *Starav. p. 15.*

An. 198. *Synodo Theophilus Cæſar. Eccleſiæ Epiſcopus, & Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymorum præſides fuerunt.* Euſ. l. 5. c. κγ. ubi nota 1. Decretum Synodi vocari, non autem nudam approbationem. 2. Non unum, ſed duos præſediſſe eadem cum poteſtate, non ut Delegatos Victoris, ſed propriarum Sedium vi, ſeu per electionem Synodi. XII. Interfuiſſe Epiſcopos libellus Synodicus ait. Cujuscunque valoris ſit & commatis ficta Theophili apud Bedam (y) epiſtola, ita tamen habet: *Non ſolùm de ſua provincia, ſed etiam de diverſis regionibus Epiſcopos & ſapientes viros. Cùmque grandis multitudo ſacerdotum, vel ſapientum virorum, in omnibus Scripturis ſpiritualibus erudita, in unum fuiſſet collecta, protulit Theophilus* &c. Ita non minus in Rom. Concilio non ſoli Epiſcopi interfuerunt; *Victor fecit Concilium,* ait Pontificale, *facta collatione cum Presbyteris & Diaconis.* ubi hîc Epiſcopi? Annon iidem qui Presbyteri? (z) XIV. autem Epiſcopos Romano interfuiſſe Concilio libellus Synodicus dicit.

*Pontica Synodus.* §. 12.) Tertia Synodus *Pontica,* cui Palmas, Ponti Epiſcopus ὡς ἀρχαιότατος προυτέτακτο, ceu antiquiſſimus & maximè venerandus. Unde videas non tantùm loco, ſed & ætati tributum à Synodo præſidendi honorem. Quare Victoris delegatus dicendus non eſt.

*Lugdun. Conc.* Quartum Concilium fuit *Gallicanum ſeu Lugdunenſe.* Victoris auctoritate vel convocatum, vel approbatum, ut volunt Romanenſes, nullibi dicitur, ſed tantùm præſediſſe Irenæus, & quidem Victori ſe opponens; imò nec jurisdictionaliter præſedit, cùm ſolius Eccleſiæ Lugdun. fuerit Epiſcopus, ſed celebritate nominis. Quî autem factum quòd Viennenſis hanc *vid.* §. 7. *f.* dignitatem non obtinuerit, utpote ad quem ſcripſiſſe fingitur Victor? (a) XIII. præter Irenæum interfuiſſe Epiſcopos libellus Synodicus ait. Quia celebres hoc tempore in Gallia erant Eccleſiæ, inſignes & præſtantes adfuiſſe viros credibile. Quanquam autem Irenæus cum ſuis in re ipſa cum Victore ſenſit, ſicut & pleræque aliæ Eccleſiæ, in modo tamen procedendi Victori animosè ſe oppoſuit, quod Eccleſias Aſiaticas excommunicaret, ob ceremoniarum rituúmque diverſitatem doctrinæ & fidei concordiam non rumpendam judicans. Magna Synodalis Epiſtolæ pars apud Euſ. c. 24. extat, ubi non modò ad Victorem, ſed ad alios quoque ſcribitur Epiſcopos. (b) Neque tamen Irenæus ullam ſuperioritatem ſibi tribuit, ſed ex communi Epiſcoporum more fecit, quo tum hæreticos, tum ſchiſmaticos reprehendere & corripere graviter ſolebant. Is ergo acrius ſuo & fratrum nomine contra Victorem inſurrexit, retudítque præcipitem hominis & non ſecundùm ſcientiam zelum, ac illi oſtendit, quàm remotus eſſet à modeſtia & charitate ſuorum præceſſorum, qui in hac ipſa cauſa ſuaſionibus & hortationibus egerint, nunquam ſchiſmata & ſeparationes fecerint: & ipſe igitur reſtitit

y) *Bar.* §. 2. (z) *Lubert. de Conc. l.* 2. *p.* 45. *Blondel. de Epiſc. p.* 202. (a) *Blond. de pr. p.* 714. (b) *vid. T.* 38. *Conc. ed. Pariſ. p.* 1. & 2.

ſtitit viriliter, eum objurgavit, nec conſequenter in Victore Papatum illum agnovit. Objicit Turrianus: Irenæus reprehendit Victorem, non quòd careret poteſtate excommunicandi alios, ſed quòd ſine ratione excommunicâſſet. Reſp. Epiſcopis quibuſcunque communis fuit poteſtas quoſcunque ſcelerum vel hæreſeon magiſtros excommunicandi h. e. communione ſua indignos judicandi. Tantum verò abfuit, ut Irenæus Rom. Pontificem Chriſtianorum omnium univerſale Caput agnoverit, ut communis poteſtatis abuſum in ipſo minimè ferendum, ſed Eccleſiaſticæ pacis turbonem cenſura Chriſtiana coercendum putaverit. An. 198.

§. 13.) Annon verò cenſuram Victoris Gallicana Eccleſia invalidam nulliúſque momenti & ponderis hoc ipſo demonſtravit, quòd illa communionem cum Aſiana Eccleſia nihilominus conſtanter aluit? De hoc Nicolaus P. epiſt. 9. *Cùm Aſiani omnes*, inquit, *inter cœteros Johanne Evangeliſta authore, 14. luna cum Judæis putarent Paſcha celebrandum: hos præſul meritis & nomine Victor à communione collegii ſeparavit.* At illi omnes cum aliis Eccleſiarum præſulibus, non ſolùm huic manus minimè præbuerunt, verùm etiam pertinaciæ redarguerunt. Sed porrò Irenæum, cum cœtero Gallicano Clero audiamus: *Qui Soterem*, inquit, *præeſſerunt Presbyteri, & Eccleſiam, quam tu nunc gubernas, adminiſtrârunt, Anicetum dico &c. licet feſtum non ita, uti Aſiani, obſervarent: tamen ad ſe accedentibus pacem inter ſe & concordantiam perpetuò retinuerunt, nec illi unquam ab Eccleſia ejecti, imò Eucharistiam illis miſerunt.* (c) In ſignum ſcil. mutuæ communionis, ut notat Bona in liturg. l. 2. c. 17. §. 5. quæ ſanè *Euchariſtia* i. q. *Eulogia*, quæ ad abſentes & ad alienas parœcias mittebantur: ut idem Bona obſervat l. 1. c. 23. §. 11. En olim Presbyteri, qui hodie Papæ! ita de Romana Eccleſia, ut de particulari loquitur. Magna inſcitia tunc & Epiſcopum Rom. & ejus clerum laborâſſe neceſſe eſt, qui inter libera & neceſſaria diſtinguere non potuerunt, imò qui jam hominum traditiones mandato Dei de dilectione proximi & concordia in tuenda Eccleſia longè prætulerit, ita ut alii, nec pauci quidem meliores doctores illam inſcitiam ſeu errorem Victoris reprehenderint. Neque hoc prætereundum, quòd Papa nondum ſeſe ita in altum extulerit, ut moneri non potuerit vel etiam redargui, vel ut abſolutam & dictatoriam poteſtatem prætenderit, vel ut Gallicana Eccleſia eam ipſi tribuerit. Unde Irenæus non ad Victorem ſolum, ſed etiam ad alios pleroſque & diverſos Eccleſiarum præſides de iſta controverſia ſcripſit.

§. 14.) Duo autem in Gallicano iſthoc Concilio tractata. 1. De tempore Paſchatis. 2. De jejunio. Unde Galli objectant Victori, rituum atque ceremoniarum diverſitatem Eccleſiarum concordiam non impedire, & quidem præceſſorum exemplo monſtrant, non tantùm quod Paſchatis, ſed etiam quod jejuniorum celebrationem ſpectat. Inde Euſ. l. 5. c. 24. ex Irenæo: *Controv. de jejuniis & cibis.*



c) *vide omnino Valeſium in hunc locum & ex eo Dallæum de cultu Lat. l. 7. c. 27. p. 943.*

An.198. næo: *Quidam unum diem ſe jejunare oportere exiſtimant, alii duos, non pauci plures, multi quadraginta.* Ut quidem Chriſtophorſ. reddit, planè quaſi jam tum aliqui eſſent Chriſtiani, qui nunc ſolennem Latinis quadrageſimam obſervarent. At Græca nihil hujuſmodi tinniunt, ſed ſignificant fuiſſe, qui diem ſuum eſurialem horis 40. diurnis nocturníſque metirentur; neminem memorant, cujus Paſchale illud jejunium 40. dierum fuerit; memorant quorum fuerit plurium, quàm duorum. Sozomenus l.7.c.19. has & alias aliquot rituum diverſitates narrat, quæ citra ullum unitatis diſcrimen in uſu fuere. Paſcha primum & præcipuum feſtum olim fuit poſt Sabbathum, hoc autem nomine quidam non tantùm reſurrectionis, ſed & paſſionis memoriam intellexerunt, propter meditationem paſſionis Domini, uſitata jejunia fuere atque vigiliæ, ipſo verò die reſurrectionis ſolvebatur jejunium: at hæc aliáque ejusmodi feſta atque jejunia omnino diſſimilia fuere in primitiva Eccleſia, ſeu libera pro cujusque arbitrio. (*d*) Inde Socrates l.5.c.21. inter alia monſtrat, nunquam Apoſtolis propoſitum fuiſſe, de feſtis diebus celebrandis leges ſancire, ſed rectam vivendi rationem & pietatem nobis inculcare. (*e*) Ita ſanè multi veteres Epiſcopi in Aſia, Gallia & alibi judicârunt feſtorum dierum obſervationem eſſe debere adiaphoram ſeu liberam, nec propterea diſſidium ſeu contentionem movendam eſſe. Nullas itaque jejuniorum leges tradidiſſe Apoſtolos, ſed Montanum harum fuiſſe peſſimum inventorem crediderunt. (*f*) Unde Irenæus in hac ſua epiſtola jejunandi ritum non legem, ſtatutum, præceptum, præſcriptum, aut traditionem Apoſtolicam vocat, ſed συνήθειαν, conſuetudinem vulgarem: & hanc jejunii Paſchalis ſeu quadrageſimæ conſuetudinem appellat idiotiſmum, ab hominibus ſimplicibus privatâ quadam obſervatione introductam. Significat fuiſſe quoſdam, qui de jejunii forma ſtatuerint aliquid, ſed καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν, ex ſimplicitate, privata ſententia ſeu devotione, non authoritate vel Apoſtolica, vel publica. Adhæc dicit viros Apoſtolicos conſuetudines illas jejuniorum Paſchalium, utpote ex ſimplici idiotiſmo ortas, non accuratè obſervâſſe, & inde ortam fuiſſe illam in forma jejunii diverſitatem. Annon ergo ex his Victorem typum fuiſſe Antichriſti agnoſcas? Proinde rectè à diverſis ritibus Orientalium, atque aliarum etiam Eccleſiarum à Romana, concludunt noſtri, eas ſubjectàs Rom. Epiſcopo non fuiſſe, ut qui aliàs hos minimè laturus fuiſſet, ſicuti in Victore manifeſtum. Nec dimittendum quod Beda habet in hiſt. Angloſax. & Galfridus Monomut. l.8. de geſtis Regum Brit. Polydorus, Baronius hîc §.6. Angliam hoc Victoris decretum de Paſchate non curâſſe. Sic Spelman. (*g*) ait: *Eatcombertum primum Regem Anglorum jejunium 40. dierum obſervari principali authoritate præcepiſſe.* Inſanit ergo Cardinalis, quando ex omnibus hiſce Victo-

*d) de Dom. l.7.c.10.§ 105. Chemnit. Conc. Tr. p.811. ſeq. & 787. Illyr. T.1.62.* (*e*) *vid. Lipſ. de Monar. P.c.5. à §.15.* (*f*) *Cham. T.2 l.16.c.7. §.12.* (*g*) *in Concil. Angl. p.143.*

Victoris auctoritatem atque plenipotentiam concludere conatur, ut notat Lipſtorpius. (*h*) An. 198.

*§. 15.*) Quintum Concilium fuit *Oſroënum* in Achaja: de quo plura non extant. *Concil. Oſroënum*

Sextum *Corinthiacum* à Bachyllo loci Epiſcopo convocatum. Hunc de Paſchate librum ſcripſiſſe Hieronymus atteſtatur, qui periit. *Corinthiacum.*

Septimum fuit *Aſianum*, à Polycrate Epheſiorum Epiſcopo collectum & directum. Illud itaque non Victoris authoritate convenit, ſed potiùs contra illum, quia à conſuetudine majorum (Johannis & reliquorum Apoſtolorum) celebrandi Paſcha die 14. primi menſis, etiamſi in diem Dominicum non incideret, recedendum non eſſe conſtituerunt, ídque per Polycratem Victori reſcripſerunt. Et hoc loco audet Baronius aſſeverare, in hac Synodo Polycratem Victoris nomine legationis munere defunctum, ſcil. quia Epiſcopos ſe ob hanc controverſiam ejus rogatu convocâſſe ſcribit; ὃς ἠξιώσατε, inquit, *quos poſtulaſtis, rogâſtis* (*i*) *accerſivi Epiſcopos, quos vos petiſtis, ut à me accerſerentur.* Ergóne omnes Epiſcoporum Rom. preces erunt mandata & imperia? Vel nullíne alii Epiſcopi hoc idem petere potuiſſent? Plurimos autem, imò innumeros huic interfuiſſe Concilio ipſe Polycrates fatetur, dum ait: *Epiſcoporum nomina ſi ſubſcriberem, nimis multa viderentur.* Cum auctoritate verò unanimiter decreviſſe, & Victori ſe oppoſuiſſe res ipſa clamat, unde iterum Polycrates: *Epiſtolam hanc ſua approbatione confirmârunt*, συνευδόκησαν τῇ ἐπιστολῇ. Tu verò conſidera lector, quid Legati adeoque jurati Pontificis Rom. muneris ſit; num non teneatur Domini ſui mandata exequi? At neque Concilium ideo Polycrati ſubſcripſit, ſed quia intellexit, illum canitiem ſuam non fruſtà gerere, nec ætatem contriviſſe temerè, ſed ſemper in Chriſto Jeſu vitam traduxiſſe. Fruſtrà verò objiciunt adverſarii verba Victoris ad Theophilum Alex. *Non licere præter ſententiam & authoritatem Rom. Epiſci decidi cauſas Epiſcoporum.* (*k*) Reſp. Futilem eſſe illam decretaleem ſuprà à *§. 6.* audivimus. Inſt. Si hoc non in mentem Polycratis veniſſet, non decere ut membra à capite diſcrepent, nec Papam pro Capite agnoviſſet, quorſum attinebat ad eum ſcribere, & tam multis verbis traditionem Aſianorum commemorare. Reſp. 1. Ad omnes Epiſcopos datam res ipſa clamat. 2. Euſebius & Hier. in Catal. adverſus Victorem πρὸς Βίκτορα, ſcriptam volunt. 3. Utut prolixa eſſet Epiſtola, nullibi tamen Polycrates Victori ſuprematum tribuit, neque ei ſe ſubmittit. Inſt. *Omnium*, inquit Polycrates, *veſtrûm minimus Polycrates.* Reſp. 1 Humilitatis & modeſtiæ hæc eſt formula. 2. Victor non omnes fuit. 3. Inter eos minimum ſe profitetur, qui Pontificem Rom. adverſarium paterentur, & ſe eidem opponerent. Inſt. Si Epiſcopus Rom. in Aſianos nullam poteſta-

Ll 2 tem

*h*) *l. al. p. 37.* (*i*) *Euſ. l. 5, c. κε. L. 23.* (*k*) *T. 1, Conc. ed. Ven. p. 337.*

An. 198. tem habuiſſet, non dixiſſet: *Obediendum magis Deo, quàm hominibus*. Reſp. 1. Cuilibet Epiſcopo malè monenti hæc dici potuiſſent, maximè quia quilibet Epiſcopus poteſtatem habuit communione ſua privandi alios. 2. Diſcant ergo Romanenſes in ſimilibus caſibus ita reſpondere Papæ, & Polycratem virum Apoſtolicum imitari. Fusè de hoc Polycrate Hieronymus, de quo tamen nil hodie reſtat: conf. Euſ. l. 5. c. 24. ubi conjugatum fuiſſe docemur. De ejus fragm. Lambec. B. T. 3. p. 69.

§. 16.) Ajunt adverſarii Victorem, reſponſo accepto, Concilium reprobâſſe, contumaces excommunicâſſe eámque ſententiam poſtea Patres Niceni Concilii confirmâſſe. Reſp. 1. Prius nonniſi per literas utrinque fuiſſe actum, poſtea demum Romanum habitum Concilium res ipſa docet. 2. Quo loco non modò ab Orientalibus, ſed etiam ab occidentalibus, ſive ab iis etiam, qui in reipſa h. e. de Paſchatis celebratione, cum Victore ſenſerunt, habita fuerit hæc excomunicatio, manifeſtè & clarè patet. 3. Licet Nicenum Concilium ſententiam de Paſchate celebrando, non tamen ipſam Victoris actionem & violentiam ulla ratione adprobavit. 4. ἀκοινωνησίαν fuiſſe, h. e. excluſionem à communione & commercio, ſuprà §. 8. demonſtravimus. Proceſſit hæc Victoris excommunicatio non tam per modum jurisdictionis, quàm ſeceſſionis, fuit potiùs actus negativus, quàm poſitivus, quòd nollet ampliùs vel cum illis communicare Sacramentum Euchariſtiæ, vel Sacramentum ab illis recipere. Libellus Synodicus habet: Βίκτωρ ἀκοινωνησίαν στέλλει Πολυκράτει: *Victor communionis denegationem mittit Polycrati*. Ita ipſe Euſeb. l. 5. c. κε. Lat. 24. ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν τῆς Ῥωμαίων προεστὼς Βίκτωρ, ἀθρόως τῆς Ἀσίας πάσης ἅμα ταῖς ὁμόροις ἐκκλησίαις τὰς παροικίας ἀποτέμνειν, ὡς ἑτεροδοξούσας, τῆς κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται, καὶ στηλιτεύει γε διὰ γραμμάτων, ἀκοινωνήτους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων ἀδελφούς; *His rebus adductus Victor, qui tum Rom. Eccleſiæ præerat, totius Aſiæ Eccleſias, cum aliis finitimis, ſimul omnes à communi unitate Eccleſiæ amputare conatur* (tentat) *& in eos per literas graviter invehitur: atque adeò omnes fratres incolentes eam regionem prorſus à communione ſecludendos edicit*. Apud Niceph. l. 4. c. 38. in animo habuiſſe, & literis in eos invectus hócque minatus eſſe fertur. Neque enim vibravit ullum anathema in iſtas Eccleſias, nec iſtas movit communione Eccleſiæ univerſalis, ſed tantùm declaravit, ſe nolle eis communicare, ſemet abſcindens.

*Victor excommunicat.*

§. 17.) Meritò Victor primus ex Epiſcopis Rom. cenſetur, qui falcem ſuam in alienam meſſem miſerit. Et tamen aliam Victor nullam poteſtatem in peregrinas Eccleſias ſibi vendicavit, quàm excommunicationem: cujus authoritatem non ſolus Rom. ſed omnes Epiſcopi à Chriſto acceperunt. Magnus autem & Apoſtolicus vir fuit Polycrates, teſte Nicephoro, neque is ſolus, ſed & plurimi alii partim mortui, partim vivi à partibus ejus ſtantes. Inter alia ipſe Polycrates refert: *Septem ſuorum parentum ſeu majorum, Epiſcopos*

*poſ fuiſſe, & ſe jam octavum eſſe.* Euſ. l. 5. c. κε. Unde cognoſcis, an licuerit An. 198.
tunc ſacerdotibus uxores habere. Et nota, quòd Polycrates non ſoli Victori, ſed & Romanæ Eccleſiæ reſponſum ſuum inſcripſerit; unde non ſolius Papæ judicium vel authoritas ſpectabatur. Hanc Polycratis animoſitatem laudat Hieronymus: (*l*) Baronius contrà (*m*) hoc exemplo poteſtatem Papæ quoſcunque excommunicandi nobis ſuſpiciendam exhibet, nihil penſi habens, quænam excommunicatio ſecum ferat in alios autoritatem & jurisdictionem, quæ nullam. At nonniſi negativa hæc fuit, ac reipſa nihil aliud, niſi propriæ communicationis negatio; quomodo Epiſcopus etiam à plebe ſua ſeu auditorio excommunicari poteſt, nimirum ſubtrahente ſe ab ejus communione. Haud ergo univerſalis Eccleſiæ Capitis actio hæc fuit, quandoquidem omnes reliqui Epiſcopi ſimile facere poterant. Æquales excommunicabant æquales. Hilarius Epiſcopus Pictavienſis Liberium Romanum propter Arianiſmi ſubſcriptionem damnavit. Unde taliter excommunicati Epiſcopi nihilominus communicare cum ſuis & cum aliis liberè poterant, prout Polycrates & collegæ non tantùm cum ſuis ſed & cum iis etiam, qui à Victoris ſententia de Paſchate celebrando ſtabant, at ejus cenſuram improbabant, communionem exercebant. Non igitur Novatorum calumniæ ſunt, prout indignè de nobis loquitur Marca Archiepiſcopus (*n*) quando negant rejectos Aſiaticos à communione orientalium poſt Victoris cenſuram; quando affirmant Victoris excommunicationem à cæteris Eccleſiis ſpretam, & Eccleſiarum Aſiaticarum conſortium ab omnibus retentum. Ipſe probet contrarium Marca, evolvat Euſebium, Socratem, Sozom. vel quoſcunque poſſit, num verbum de hoc: & ipſæ Irenæi, Polycratis &c. Epiſtolæ reclamant, nec in ullos alios, quàm in Romanos hujus ἀκοινωνίας vitium rejiciunt. Quaſi verò de Apoſtolicæ Sedis dignitate nihil demat, quòd ad Irenæi ſuggeſtionem pax reddita Victori. At quæ iſthæc fuerit ſuggeſtio hactenus fusè docuimus. Ex Sozomeno conſtat, ait Marca, de communione Victoris & Polycratis non interrupta. Quod aliter contingere non potuit, niſi ſuſpenſo à Victore excommunicationis effectu, poſt monita Irenæi. Verùm ſecus longè Euſebius: (*o*) οὐ πᾶσι τοῖς ἐπισκόποις ταῦτ' ἠρέσκετο ἀντιπαρακελεύονται δῆτα αὐτῷ τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον ἑνώσεως καὶ ἀγάπης φρονεῖν. Φέρονται δὲ καὶ αἱ τούτων φωναὶ, πληκτικώτερον καθαπτομένων τοῦ Βίκτορος: *Iſta cæteris omnibus parum placebant Epiſcopis. Illum igitur contrà magnopere adhortabantur, ut pacis, concordiæ & charitatis erga proximos diligentem curam haberet. Quorum verba, utpote Victorem acriùs & acerbiùs coarguentium ſcriptis prodita adhuc extant.* Confer Sozom. l. 7. c. 19. de decreto communi mutuæ inter ſe pacis & rituum libertate relicta: ſi modò loco Polycarpi Polycratem repoſueris.



(*l*) *in Catal.* (*m*) §. 10. *ſeq.* (*n*) *de concord. Sac. & Imp. l.* 3. *c.* 9. §. 4. (*o*) *l.* 5. *c.* κε. *L.* 24.

An. 198. §. 18.) Non quidem vilipenſa cum Eccleſia Rom. communio, unde illius denegatio, vel ſi malis, excommunicatio, terrebat alios, attamen propterea non paſſi exter ſe à Rom. Pontificibus in ſervitutem redigi, ſed eis, ubi exorbitarent, & ſua autoritate abuti vellent, in faciem reſtiterunt. Unde Polycrates Victori: *Ego qui 56. annos in Domino vixi, qui multis cum fratribus per orbem terrarum diſperſis de fide communicavi* (ergo non ſolum Rom. Epiſcopum attendit) *qui univerſam S. Scripturam ſtudioſè evolvi: his quæ nobis ad terrorem objiciuntur, minimè conturbor. Mei majores* (Apoſtolos ſe innuere oſtendit) *dixerunt: Magis Deo, quàm hominibus obediendum.* Victoris ergo verba & minas atque præcepta hominis eſſe, non Dei agnoſcit, quibus aures non ſemper dandæ. Victor itaque non tam alios, quàm ſemet eliminavit, maximè quia illud diſplicuit etiam cœteris.

Ex omnibus hiſce facilè concluſeris 1. quod extra S. Scripturam fingitur, impunè contemni & rejici poſſe. 2. Papam non ſolum eſſe controverſiarum judicem miniſterialem, unde Polycrates non tantùm ad defunctos ſeu præceſſores appellat, ſed ad vivos etiam, qui ſcribenti adfuerunt, quando ait: *Poteram autem & Epiſcoporum, quos vos petiiſtis, ut à me accerſerentur* &c. 3. Non ſolum Rom. Epiſcopum de ſucceſſione & traditionibus gloriari poſſe. 4. Decreta & Concilia à Papa approbata, ab aliis quoque cenſeri, & vel approbari, vel improbari poſſe. 5. Fulmina Papæ bruta eſſe, ceu è pelvi emiſſa, proin non nocere. 6. Errori Papam obnoxium, unde Euſ. l. 5. c. 25. pertinaciam Victori adſcribit, & quia ex inquietudine controverſiam hanc movit, ab occidentalibus & orient. reprehenſus & repreſſus fuit hoc potiſſimùm argumento, quia Paſchatis celebratio libera ſemper fuerit, neque ullum unquam ob diverſum ejus uſum ſchiſma factum. Unde patet, eam vim Papæ non tributam, quâ in adiaphoris conſcientias obſtringere poſſet. Meritò ergo Victor horum caput cluet, qui ſanctiſſima excommunicationis diſciplina abutuntur, contra eos quidem, qui illam non merentur. Illorum ergo prodromus eſt Victor, qui virgâ paſtorali uti neſciunt, qui poteſtatis clave abutuntur ob res leviculas, propria lubidine, ſine ratione ac extra diœceſin, qui devovent, ipſi magis devovendi.

§. 19.) Verecundiæ frontem exuiſſe penitus illi meritò cenſendi, qui ab errore Victorem eximere conantur: ita omnem veritatis & hiſtoriæ fidem enervare tentantes. Eo ipſo enim quòd excommunicatos fuiſſe à Victore Aſianos adverſarii volunt, erat monendus πληκτικώτερον, aſperius & corripiendus, quia pacis & charitatis limites fuit transgreſſus. Adde quod unius, aut quorundam culpa tota Eccleſia non erat excommunicanda, hinc c. Romana. de ſententia excomm. in 6. *In univerſitatem vel collegium proferri excommunicationis ſententiam penitus prohibemus.* Præterea ſi plures ſint rei, utpote in ſchiſmate, prudenter & cum manſuetudine, adeoque longè ſecus

quàm

quàm Victor, procedendum. Et Auguſtinus (*p*) docet: *Si peccandi contagio multitudinem invaſerit, non eſſe illam excommunicandam, ſed Dei correctionem expectari debere: nam ſeparationis conſilia eſſe inania, pernicioſa, ſacrilega, impia, ſuperba, plus perturbare infirmos bonos, quàm corrigere animoſos malos.* (*q*) Tam igitur abeſt, ut ex tam grandi & intolerabili Victoris errore illum Oecumenicum agnoſcere, vel cœteras ei diœceſes ſubjicere velimus, quemadmodum Canoniſta Rouſſelius facit, dum (*r*) ait: *An non ſtolidæ mentis fuiſſet, eos excommunicare, niſi tutus eſſet jure ſuo in omnes Eccleſias principali?* Sanè ſtolidæ fuiſſe mentis jam penitus evicimus. Non enim capitis Eccleſiæ actio hæc fuit, ſed ſchiſmatici, ſeſe à communione aliarum Eccleſiarum ſeparantis, ne iſta communione pollueretur. An. 198.

§. 20.) Conſcientiæ ſtimulus apertáque rei geſtæ veritas hanc Cardinali noſtro (*s*) confeſſionem extorquent: *Quamvis de rectitudine facti Victoris plurimi dubitaverint, tamen de poteſtate ne minimum quidem ab aliquo non modò Catholicorum, ſed nec ſchiſmaticorum, controverſum reperitur.* At verò extra diœceſin ſuam Victorem verè excommunicare non potuiſſe aimus. Nihil hic aliud fecit, quàm quod omnes alii Epiſcopi facere poterant, ſubducendo ſe à communione aliorum. Num verò iſthoc œcumenicum ſeu Caput Eccleſiæ facit, maximè dum à cœteris propterea vehementer correptus fuit, multò minus eum ſecuti, eíſque Victor cedere debuit. At Papam ſententiam non mutâſſe ait Bellarminus. Reſp. Nulla hiſtoria refert quomodo, aut à quo Eccleſiæ illæ abſolutæ ſint. Ergo aut nunquam excommunicavit, & ſponte ſententiam mutavit, aut iſtam excommunicationem contempſerunt. Inſulſus Sanderus: *quò pluribus hoc Victoris decretum diſplicuit, eò manifeſtior fit & illuſtrior Epiſcopi Rom. Principatus.* At nos longè aliter, nimirum quia tam multi, ſancti, pii, docti, celebres, déque Eccleſia Chriſti maximè meriti viri & martyres hoc contempſerunt, & in ſententia ad Concilium uſque Nicenum perſtiterunt, Victorem Caput Eccleſiæ & ſummum judicem non agnoverunt: cùm interea tamen nihilominus Eccleſiæ Catholicæ membra permanſerint. Nec numeroſitatem Quartadecimanorum ritè prætendunt, nec Presbyterum Rom. Blaſtum hujus tergiverſationis vel authorem, vel caput rectè faciunt, quos inter Bellarminus; (*t*) item Bar. (*u*) Quaſi Judaiſmum revocare conantes, quia plures alii ſanctiſſimi viri vivi & mortui recenſentur, vetus conſuetudo opponitur, ac Blaſtus jam Victoris tempore hæreſin Romæ propagavit. Neque prævaluiſſe tandem Victoris ſententiam rectè dicunt, quidpe perrexerunt Aſiani, (*x*) reliqui conatus Victoris conſtanter improbaverunt, Aſianos pro excommunicatis minimè habuerunt, nam quod inter hæreticos recenſiti fuerunt Paſchatitæ ſeu Quartadeci-

(*p*) *l. 3. cont. Parm. c. 2.* (*q*) *vid. c. 23. q. 4. non poteſt. Libert. Gall. T. 1. 216. & 432. ſeq.* (*r*) *l. 1. c. 3. §. 7.* (*s*) *§. 15. Spond. §. 2.* (*t*) *de R. Pont. l. 2. c. 19. §. eſt autem.* (*u*) *§. 16. Spond. §. 2.* (*x*) *vid. Bar. 17. Spond. §. 3. ſ.*

An. 198. ſtadecimani (*y*) primò id factum decreto Victoris nemo unquam dixit. Deinde hæreticorum terminus generaliter etiam acccipitur pro quovis, etiam in levioribus diſſentiente, quo nomine multi alii veniunt apud antiquos, qui propriè hæretici non fuerunt. Deinceps in Niceno Concilio non ſolius Romanæ, ſed aliarum quoque Eccleſiarum ratio habita, imò res ipſa ſpectabatur & probabatur, non autem Romani Epiſcopi vel decretum, vel auctoritas. Si ergo nunquam mutavit ſententiam Victor, tamen non potuit efficere ut illi cœteri hac in parte obſequium præſtarent. Si verò mutavit, prudenter quidem fecit, eo tamen ipſo ſuam cœteris non prævaluiſſe ſententiam oſtendit, ac temerè & imprudenter ſe egiſſe agnovit.

*y*) *Aug. de hær. c. 29.*

An. 199.

# JESU CHRISTI *Annus* 199.
# SEVERI *Imp.* *Annus* 5.

*Narciſſus Hieroſol. Epiſc. ſe ſubducit.*

§. 1.) Victoris P. an. 6. Coſſ. Lateranus & Ruffinus. Narciſſus Hieroſolymorum Epiſcopus, vitâ & miraculis clarus, innocenter à nonnullis accuſatus, ſponte aliàs jam olim Philoſophicam vitam complexus, univerſam Eccleſiæ multitudinem fugiens relinquit, ínque ſolitudine & obſcuris agris plurimos annos clanculum moratur, divinitus interea falſis teſtibus punitis. Presbyterialis ἐξουσίας abuſum hîc notat Blondellus. (*a*) Ab Ipſis Presbyteris fuiſſe incuſatum apud Euſ. (*b*) non reperio, eatenus tamen innocens collegium eſſe non potuit, quia innoxii Narciſſi defenſionem non ſuſcepit, neque cauſam illius contra illius proditores egit. Igitur Narciſſo amiſſo viciniarum Eccleſiarum præſides alium Epiſcopum, Dium nomine (al. etiam dicitur Ælius) ordinant, cui cum haud diu duràſſet Germanion ſuccedit, huic autem Gordius, ſub quo Narciſſus, quaſi vitæ reſtitutus, apparet, & ut ad Epiſcopatum redeat à fratribus rogatur, cui ob annoſam ſenectutem, Alexander in Cappadocia Epiſcopus, qui devotionis causâ Hieroſolymas venerat, divino monitu collega datur. (*c*) Non eſt autem, ut Baronius pro peregrinationibus iſthoc exemplum ad imitandum proponat, cùm ſingulare ſit, ac ſingulari divino inſtinctu factum dicatur, ut ſcil. Epiſcopus fieret. Hiſtoriæ quoque gratiâ factum, ut eſſet nimirum certior de hiſtoria Evangelica. (*d*) Non ex voto inſtituta hæc peregrinatio, ut Baronius vult, ſed divinis revelationibus excitatus, ut ſocius Narciſſo jungeretur. Ait quidem etiam Euſebius, Alexandrum εὐχῆς ἕνεκα, orandi causâ eò profectum: ſcribit autem hoc ex more ſui ſeculi: diſertè quidpe addit, hoc ab ipſo factum τῶν τόπων ἱστορίας

*De Alexandro vid. an. 253. §. 19.*

*a*) *de Epiſc. p. 290. ſeq.* (*b*) *l. 6. c. 9.* (*c*) *vid. Euſ. l. 6. c.* 9. *&* 1. (*d*) *vid. Hoſpin. de Templ. p. 365.*

ἕνεκα hiſtoriæ locorum gratiâ: quem in finem Conſtantini M. ævo præcipuè,terræ S. loca frequentius inviſi cœperunt. Aberant hactenus vota & ſuperſtitio. Errores, qui paulatim irrepſere, notant & perſtringunt Hier. Auguſt. Greg. Nyſſ. Anthonius Eremita,alii. (*e*) Eutychius Patriarcha ait (*f*) hunc Narciſſum metu, ob perſecutionem Maximini, qui Babylam Antiochenum, alióſque Epiſcopos ſuſtulerit, fugiſſe, adeóque gregem ſuum deſeruiſſe. Sic (*g*) reverſum Narciſſum, annum ſediſſe cum Gordiano aſſerit,eóque mortuo,ſediſſe adhuc eundem Narciſſum annos X. mortuum autem annos 116. natum. Fuit quidem circa 191. Maximinus, at Chriſtianus, & quidem Antiochenus Epiſcopus: hoc nomine autem Imperator occurrit demum ab anno 237. Sic Babylas Antioch. Epiſc. demum creatus anno 241. anno denique 253. martyr ſub Decio factus. An. 199.

§. 2.) De hoc Narciſſo refert Euſebius,cùm in feſto Paſchatis oleum ad luminaria deficeret,id ægrè admodum ferente populo,eum mandâſſe miniſtris,ut aquam ex puteo afferrent, quæ ad preces illius in oleum mutata ſit in magna copia. Hæc quidem hiſtoria ſi vera, luminaribus Pontiff. nullum patrocinium præbet, quia illorum uſus ad vigilias ſacras ſpectavit, ſcil. ad nocturnos piorum conventus,quibus ceſſantibus neque luminaribus opus eſt. Confer Act. 20.8. Nanzianz. ſerm. de luminaribus. Plinium II. de antelucanis Chriſtianorum conventibus. Aliàs à luminaribus interdiu accenſis religionis ergò,ut fit in Eccleſia Latina, Chriſtianos hujus ſeculi remotiſſimos fuiſſe patet ex Tertulliani Apol. cap. 35. *die læto lucernis diem non infringimus.* confer etiam cap. 46. & Lact. (*h*) exprobrat gentilibus, quòd Diis accendant lumina velut in tenebris agentibus, & ſubdit: *mentis ſuæ compos putandus non eſt, qui datori & authori luminis candelarum ac cereorum afferet pro munere.*

§. 3.) Ab Epiſcopis creatos olim Epiſcopos adverſarii Narciſſi ſucceſſoris exemplo volunt, quia Euſ. l. al. c. 10. ait, poſt receſſionem illius viſum fuiſſe his, qui finitimis Eccleſiis præerant, ut alterum Epiſcopum crearent. Reſp. 1. per χειροτονίαν non ſemper electio, ſed & ordinatio ſeu manuum impoſitio intelligitur, uti hoc loco, adeóque penes Epiſcopos abſolutum electionum arbitrium ſtetiſſe non damus. 2. Suffragiis itaque non tam ſuis, quàm cleri & plebis totius hi Epiſcopi Dium creâſſe dicendi. Confer omnino Marcam l. 3. c. 2. à §. 7. Diſcimus Eccleſias ejuſdem provinciæ ita fuiſſe aſſociatas, ut in ordinandis Epiſcopis ſe mutuò juvarent: de quo Cypr. l. 1. ep. 4. ſcil. qui Epiſcopus eligebatur, primùm ad plebem nominabatur, quæ ſingulorum vitam pleniſſimè novit. Si probaret, de univerſæ fraternitatis ſuffragio, & de Epiſcoporum, qui in præſentia convenerant, judicio, Epiſcopatus ei deferebatur manúſque imponebatur. Si Epiſcopus in aliam Eccleſiam

mm trans-

*e*) *Conſule Heidegg. de peregr. p. 10. & 78. ſeq.* (*f*) *hiſt. p. 384.* (*g*) *p. 288.* (*h*) *l. 6. Inſtit. cap. 2.*

An.299. transferebatur, oportebat id fieri conſenſu vicinorum Epiſcoporum: vid. Euſeb. l.6. c.11. Canon quidem octavus Nicenus duos Epiſcopos in una Eccleſia non ferendos cenſet. Caſus tamen erant, ob quos hoc non tam religioſè obſervabatur, utpote ſenium hoc loco Narciſſi, unde hic Alexander ad Antinoitas: *Salutat vos Narciſſus, qui hîc ante me Epiſcopatûs locum tenuit, & jam 116. annos prætergreſſus, mecum in eodem miniſterio, quorundam precibus conjunctus fuit.* Porrò alius inſuper extitit Narciſſus, Gerundenſis in Hiſpania Epiſcopus, qui profectus in Germaniam, Auguſtæ Vindelicorum docuiſſe, & præter alios Afram meretricem convertiſſe, tandem in Hiſpaniam redux martyr factus à Legendariis perhibetur. (*i*)

*§.4.)* Tomo 38. Concil. Par. p.2. ponitur Concilium ab Irenæo habitum cum XII. Epiſcopis adverſus contradictiones hæreticorum ſeu Ptolemæanos, qui floſculi quaſi Valentini ſcholæ.

*i) de Dom. l.2.c.9.§.15. & l.3.c.3.§.62.*

An. 200.

# JESU CHRISTI *Annus* 200.
## SEVERI *Imp. Annus* 6.

*§.1.)* Victoris P. an.7. Coſſ. Saturninus & Gallus. Imperator è Gallia redux ovans urbem ingreſſus, immaniter in Romanorum etiam præcipuos ſævit: & quia Chriſtiani à ſuperſtitioſa lætitia publica abſtinuere, de hoc & variis aliis criminibus gravis paulatim perſecutio orta, prout ſuo loco videbimus. Hac occaſione Tertullianum Apologeticum ſuum ſcripſiſſe exiſtimant. Hanc plures VI. alii V. appellant, quæ multas martyrum myriadas ſuſtulit, tandem ſub Caracalla deferbuit. (*a*)

*§.2.)* Memorabile quòd Bar. (*b*) ultrò fatetur: *Conſultò*, inquit, *poſtea introductum videtur, ut quæ erant Gentilitiæ ſuperſtitionis officia, eadem veri Dei cultui ſanctificata, in vera religionis cultum impenderentur.* Ad quæ doctiſſ. Rivetus (*c*) *Tria*, inquit, *hîc obſervanda. 1. Originem hujus introductionis ex Chriſtianorum quorundam, ſe diſciplinæ divinæ ſubjici nolentium pertinacia profectam eſſe. 2. Quòd Baronius prorſus non audeat aſſerere, hanc introductionem jure factam eſſe: cùm tamen illud videatur in cultu divino damnetur. 3. Introductionem hanc nec ab Apoſtolorum, nec à Tertulliani tempore fuiſſe, ſed pòſt exortam fuiſſe.* Quid ſi verò hodie ad nos Tertullianus rediret, ac modernum Papatum cum primitiva Eccleſia conferret? Hanc ob cauſam rectè aliqui noſtro ſeculo Papatum ex veteri Gentiliſmo originem ſuam traxiſſe oſtenderunt. Vide pluribus Baronium, inpr. ex Hieronymo.

Ethno-

*a) Kortholt à p.227. (b) §.5. (c) in Cathol. Orth. tr. 2.q.17.p.264.*

Ethnophrones apud Damaſcenum & Nicetam hæretici, quia cùm gentium An. 200.
inſtituta ſequerentur, in aliis erant Chriſtiani. Videſis Arnd. ant. p. 836. Verùm habeant ſibi Papiſtæ omnia hæc, nos contrà primitivæ Eccleſiæ ſimplicitati intenti ſimus.

§. 3.) Quænam ſecundo hoc ſeculo facies Eccleſiæ fuerit hactenus ex præmiſſis patet. Habebat Eccleſia diſcipulos adhuc quoſdam ſeu auditores Apoſtolorum, alióſque viros Apoſtolicos inſignes: vocatio & electio penes totam Eccleſiam ſubſiſtebat: plures quàm tres gradus apud probatos auctores non reperiuntur in Eccleſiaſticis, Epiſcopatus, Presbyteratus & Diaconatus; officia autem reliqua Diaconorum functioni, velut ſubſidiaria, fuerant conjuncta. Epiſcopus inter Presbyteros unius Eccleſiæ, primarius Presbyter, ordinis causâ habebatur. Epiſcopi & Presbyteri munus docendi tum juventutem, tum plebem, in ipſa etiam Rom. Eccleſia. Sic non minus Sacramenta adminiſtrârunt & diſciplinam exercuerunt, ac ceremoniarum ſimplicitate & antiquitate contenti fuerunt, parem poteſtatem gubernandi omnes Eccleſiæ juxta formam Ariſtocraticam habuerunt, ac in caſu neceſſitatis vicinæ Eccleſiæ ſibi invicem opem tulerunt. Plura de Chriſtianorum diſciplina, ritibus & moribus vide Tertull. librum, aliáſque doctorum Apologias. Cumprimis verò contra Ethnicos Philoſophos, eorúmque jactatam ſuperſtitionum antiquitatem, ut & adverſus hæreticos pugnandum fuit. Quanta Tertulliani ætate Chriſtianorum multitudo fuerit, teſtatur in Apologia: *Externi ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, Senatum, forum. Et: Si hoſtes agere vellemus, deeſſet nobis vis numerorum & copiarum? Plures nimirum Mauri & Mariomanni, ipſíque Parthi, quàm totus orbis?*

# INDEX LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

GENESIS.
Cap.XIX.9. an.112.§.3.
LEVITICUS.
Cap.XIX.21. an.175.§.4.
NUMERI.
Cap.IV.11.an.102.§.16.
DEUTERONOMIUM.
Cap.XII.13.an.112.§.3.
JEREMIAS.
Cap.XLV.§.19.an.109.§.16.
ZACHARIAS.
Cap.II.12.an.132.§.3.
MATTHÆUS.
Cap.XIII.32.an.118.§.1.
XV.2. an.196.§.3.
XIX.12.an.102.§.48.
XXI.12.an.112.§.4.
XXIV.45.an.109.§.5.
XXVI.52.an.102.§.63.
XXVII.24.an.132.§.5.
MARCUS.
Cap.XI.15.an.112.§.4.
XV.1.an.183.§.6.
LUCAS.
Cap.IX.58.an.112.§.4.
X.1.an.112.§.6.
XXII.32.an.102.§.41.a.109.§.14.
JOHANNES.
Cap.I.17.an.102.§.39.
II.14.an.112.§.4.
XX.22.an.101.§.3.
ACTA APOSTOLORUM.
Cap.IV.32.an.174.§.3.
VI.14.an.196.§.3.
VIII.17.an.102.§.4.
IX.4.an.167.§.16.
XIII.1.an.183.§.6.
XVII.34.an.109.§.23.
XX.8.an.199.§.2.
AD ROMANOS.
Cap.I.10.an.112.§.9.
XIII.1.an.102.§.24.
XIV.2.3.an.187.§.2.
XVI.14.an.159.§.5.
v.21.an.183.§.6.
I. AD CORINTHIOS.
Cap.I.3.an.109.§.5.
III.2.an.196.§.5.
VII.9.an.102.§.47.
v.14.an.196.§.6.
27.ib.
39.an.102.§.47.
IX.an.175.§.6.
XIV.16.an.165.§.6.
XV.3.an.196.§.3.
XVI.1.ſeq.an.175.§.6.

II.AD

II. AD CORINTHIOS.
Cap. III. 1. an. 142. §. 5.
VIII. 1. an. 175. §. 6.
19. an. 102. §. 41.
IX. 2. an. 175. §. 6.
XII. 20. an. 101. §. 2.
AD GALATAS.
Cap. I. 8. an. 109. §. 23.
III. 1. an. 101. §. 2.
18. an. 102. §. 63.
VI. 6. an. 175. §. 6.
AD PHILIPPENSES.
Cap. I. 1. an. 198. §. 2.
IV. 3. an. 102. §. 11.
15. an. 175. §. 6.
AD COLOSSENSES.
Cap. II. 16. an. 109. §. 25.
II. AD THESSALONICENSES.
Cap. II. 2. an. 159. §. 5.
v. 15. an. 196. §. 3.
I. AD TIMOTHEUM.
Cap. II. 15. an. 196. §. 6.
III. 4. ib.
v. 7. an. 102. §. 50.
IV. 3. an. 187. §. 2. & 196. §. 6.
v. 14. an. 102. §. 41.
V. 14. an. 196. §. 6.
v. 16. an. 175. §. 6.
II. AD TIMOTHEUM.
Cap. I. 13. an. 196. §. 1.
II. 4. an. 102. §. 62.
AD TITUM.
Cap. I. 7. an. 109. §. 5.
AD HEBRÆOS.
Cap. I. 1-4. an. 102. §. 39.
I. JOHANNIS.
Cap. II. 18. 19. an. 101. §. 2.
APOCALYPSIS.
Cap. VI. 2. an. 198. §. 5.
XX. 2. an. 118. §. 1.

# INDEX MATERIARUM
IN
Centuriam ſecundam.

*Prior numerus annum : poſterior §. denotat.*

A & Ω. 175. 8.
Abalienanda non ſunt Eccleſiaſtica bona, 167, 4.
Abbas quid, 165, 10.
Abeliani hæret. 145, 3.
Abnegator fidei; 102, 39. cauſa, 62.
Abſens reus non damnandus; 187 1, 2.
Abſtinentia nimia vituperatur; 179, 3. à vino & carne; 109 21.
Abuna; 165, 10.

Acclamationes diræ: 194. 2.
Accuſare qui poſſint: 112. 2. laicus non poteſt Epiſcopum vel clericum: 112. 10. boni non ſunt accuſandi: 102. 39. cauſa: § 61. accuſatus præſens ſit t 154. 5.
Achillana ſynodus contra Montaniſtas. 173. 3.
Adamiani hær. 120. 5. & 175. 10.
ἄδηλον tempus: 101. 1.
ᾅδης 109. 6.
Adorandus ſolus Deus: 102. 29. & 122. 2. & 179. 7. id facit Polycarpus: 169. 1. cum Smyrnenſi Eccleſia: §. 3. 5. adoratio creaturarum illicita: 182. 2.
Ælia urbs: 130. 1. & 137.
Æones XXX. Valentini: 145. 1. & 175. 8.
Æſculapius Deus, ejuſque miracula: 139.
Ætati dabatur præſidentia: 198. 12. vid. Senior. item Presb.
Afris ſcribit Victor P. 198. 7. an Papæ ſubjecti: 121. 2.
Agapius mart. 120. 2.
Agrippa ſeu Agrippinus: 160. fit Epiſc. Alex. 165. 11.
Aharon Brito: 183. 3.
Ἀκοινωνησία. 102. 45.
Alcibiades mart. 179. 3. Montaniſta: 173. 3.
Alea ludere an Clericis liceat: 102. 55.
Alexander I. fit P. 121. 4. moritur: 132. 1. ejus decret. §. ſeqq. alius Epiſc. Hieroſ. 199. 1. alius mart. 173. 7. in Gallia: 179. 2. 4. 6. Alexandrini Epiſcopi 144. 1.
Alogiani hær: 196. 11.
Altarium inventio: 142. 3. acceptio termini: 109. 16. olim unum in uno templo: §. 10. ligneum: 102. 42. idem quod menſa: ib. altaris ornamenta: 102. 16. conſecratio: 158. 4. in hominum honorem illicita 196. 7.
Amantius mart. 120. 2.
S. Amator Epiſc. 110. 4.
S. Ammonius: 161. ejus Harmonia: 174. 1.
Anacletus fit P. 103. moritur: 112. 1. ejus decretalis: §. 2. ſeq. II. §. 4. III. §. 7.
Ἀνάδοχοι 158. 3.
Ἀνάγνωσις 102. 32.
Anatolonus Epiſc. 143.
Andeolus mart. 179, 2.
Andochius à Polycarpo mittitur: 196, 7, 9.
Angelorum lapſus 196, 2. non adorandi: 179, 7. an ſpecialem rerum curam habeant: § 8. eorum barbara nomina: 120, 4.
Anicetus fit P. 167, 10, martyr. 175, 1, ejus decret. ib.
Animarum origo: 196, 2. an corporea & patibilis: 173, 6. non moritur: 174, 1. malæ an in dæmonas abeant: 173, 6.
Antelucani cœtus: 104, 1.
Antichriſti incrementa: 110, 4. fundamenta poſuit Montanus: 189. 2. prodromus Victor P. 198, 18.
S. Antigius Brix. Ep. 143. & 160.
Antiochenis ſcribit Ignatius: 109, 20. ſentiunt terræ motum III. everſa urbs: 117. illius Eccleſiæ fundatores: 109, 8. eos odit Hadrianus Imp. 131.
Antiquitas non eſt nota Eccl. 102, 33.

33. & 109.23, & 165, 3, & 196. 4.
Anthropophagi an Chriſtiani: 179,1,
Antinous Deus fit: 132,8.
Antitypa S.Cœna 102,25,27.
Antiſſiodor. Epiſc. 110. 4. & 142,9.
Antiſtes quid olim: 102, 52. & 165, 10.
Antitacti 120, 5.
Antoninus Imp. moritur 163.
Apelles hær.146,7.
Ἀφορισμός 102,45.
Apocal. à quibus rejiciatur: 196,11.
Apollinarius Hieroſ. Epiſc.172, 3,
Apollonius contra Montan. ſcribit: 173, 5. ſenator Rom. 189. 1. mart. 143.
Apologia Ariſtidis & Quadrati: 128. 1. ſeq. Juſtini: 150. 1. Melitonis: 172, 10. Apollinaris: § 3. Athenagoræ: 179 6.7. Apollonii: 189. 1. 2. Apologet. Tertull. 200, 1.
Ἀπολυτικοί 102,51. & 142. 5.
Apoſtoli æquales: 109. 10.
Appellatio prohibita: 102.61. & 187. 1. Romam nulla datur: 102.51. ſeq. 142. 3. 146. 4. ſeqq. 158. 2. 173. 4. 198. 7. à Politico judice ad Eccleſ. vel etiam Romam: 112.3.
Appianus Alex. 144. 1.
Appion ſcriptor Eccl.196.12.
Aqua luſtralis: 132.5.& 165,10.
Aquarii hær.132. 4. & 174.2.
Aquilas interpres: 137.2.
Aquiſgranum conditur: 131.
Archiepiſcopus quis 112,8.ſeq. à quo eligatur: 175.2. ſolus nihil agat: ib.
Archiva noſtra Jeſus: 109.12,
Archontici hær.175.10.
Arcula aperta peſtem excitat: 170,1.
Arelat. Primus Epiſc.120,2.
Argentorat. Apoſt. 110. 3.
Ariſtidis Apologia 120.1. & 128.1.
Ariſto Smyrn. doctor. 101.3.
Arreptitii ne miniſtrent 167.8.
Arrianus hiſtoricus 145.3.
Artemon hær.196.11.
Artotyritæ.173.1.
Aſcetæ, 192. 2. ſeq.
Aſcodrogitæ 196.12.
Aſiam an Johannes rexerit: 101. 3. Aſianum Concilium 198,15. Papam non curant: § 5.
Aſperſiones Judæor.132.5.
Aſtius Epiſc. martyr: 110.4.
Aſtrologia judic.175. 8.
Athei non ſunt Chriſtiani: 179. 7. & 196.4.
Athenagoræ Apolog.179.6.ſeq.
Athenienſibus Higinus P. ſcribit: 158. 2. eos Hadrianus amat: 134.ibi perſecutio: 125. & 128. 1.
Atinenſium Epiſc.172.8.
Attalus mart.179.2.3.5.
Athenogenes: 196.12.
Aurelius Imp. moritur: 182.1. hiſtoriæ ſtudioſus ib.
Auricupia Rom. Curiæ: 175.6.
Auſcenſium Apoſt. 148.
Αὐτόχειροι Marcionitæ: 146.7.
ad Autolycum liber. 170.2.
Azymus panis: 132.7.
B.
Bacchanalia Chriſtianor. 183.9.
Balbina mart. 122.2.
Bannachor. ſcholæ fundatio: 170. 4.
Baptizandum ubique: 198. 7. ejus

administratio ſimplex : 165. 5. ſeq. præparatio : 102. 17. ritus : 169 8.
fiat in nomine SS. Trinit. 102. 39. can. 49. baptizandi Judæi & hær. converſi : 167. 9. ſine baptiſmo morientes : 142. 9. hæreticorum bapt. 102. 39. can. 46. ſeq. & §. 55. in nomine Trin. §. 56. baptizari pro mortuis : 146. 2.
Barbæ tonſura : 112. 10.
Barbarus hær. 146. 7.
Barbea mart. 107.
Barbelitæ : 120. 5.
Barcochab. 130. 2. ſeq. & 120.
Bardeſanes hær. 175. 5.
Barjuzius Jud. R. 130. 1.
Barmius Epiſc. Alex. 110. 4.
Baretli. 197. 2.
Baſilicas non hab. Romani. 112. 12. ſeq.
Baſilicus hær. 146. 7.
Baſilides quando ortus. 120. 3. ſeq.
Baſſus hær. 175. 8.
Bauren-Faßnacht. 154. 3.
Bella prohibet Marcio. 146. 2. vid. milit.
Bencochab. 120. & 130. 2. ſeq.
Beneficium ſine titulo & grege. 112. 7.
Benjamin Hieroſ. Ep. 113. 1.
Benignus à Polycarpo mittitur : 169. 7. ſeq.
Bergomenſ. Epiſc. 143.
Beryllus Epiſc. 198. 15.
Bibliotheca Londin. fundata : 170. 4. Romana combuſta : 193.
Biblis mart. 179. 2.
Bigamia 102. 47. 179. 8. f. 196. 2. ſimultanea : 102. 56. An bigami fiant irregulares : 102. 39. can. 17. & an. 173. 5.
Βῆρον. birrus. birrum. birretum. 197. 2.
Blandina mart. 179. 2. 4.
Blaſtus hær. 146. 7. & 180. 1. & 198. 8.
Bona Eccleſ. quomodo impendenda & divid. 102. 54. eorum œcon. ib. eorum adminiſtratio. §. 39. Can. 38. ea Epiſcopus ritè adminiſtret. §. 23. abuſus : ib.
Borboriani hær. 120. 5.
Breve : literæ Pap. 142. 7.
Britanni à Rom. vincuntur : 144. 1. murus ibi longus : ib. & 122. 1. bellum : 161. convertuntur : 144. 2. & 183. 1. ſeq. Sedes : §. 3. habent alios à Rom. ritus : 183. 4.
Brixienſ. patronus & Epiſc. 143.
Bucolus Smyrn. doctor : 101. 3.

C.

Cadurc. Epiſc. 142. 9.
Cæſareenſe Conc. 198. 9.
Cajus Mediol. Epiſc. 102. 65. mart. 173. 7.
Cajani hær. 145. 3.
Calocerus mart. 140.
Calumniantur nos gentiles : 170. 2.
Cambrenſis Eccleſiæ fundatio. 183. 3.
Candidus : ſcriptor Eccl. 196. 12.
Caniſtrum vimineum 142. 3.
Canonici libri qui. 102. 39. Can. 85. & 165. 4. & 172. 1.
Canonicæ horæ : 102. 31. & 142. 5.
Canones Apoſtolorum : 102. 34. ſeqq. deſcripti : §. 39.
Canonizatio olim nulla : 169. 4. & 179. 4.

Can-

Cantus Eccleſ. 104,1. cantores caſtrantur: 102,48.
Capito Hieroſol.Epiſc.138.
Cardinales Rom. 112,12,ſeq.
Carnes an vitandæ: 109,21. & 174,2. earum abominatio: 102,57. Montaniſtarum error: 173,5. Valentin.145,2. & Marcion.146,2,3.
Carpocrat. 120,5.
Caſſianus (Julius) 174,3.alius Hieroſ.Epiſc.138. al.Genevenſis, 152.
Caſtitas in quo conſiſtat: 196,6.
Caſtrabant ſe Valentiniani: 145,2 caſtratus ne fiat clericus: 102 39. can.22.23.
Caſtritianus Mediol.Epiſc.186.
Cataldus docet: 144,2.Epiſc. 152.
Cataphryges: 173.1.
Catechetæ olim quid: 183.7. catecheſes Clementis Alex. 196.1. unam ſcribit Dionyſius Epiſc. 175 § 7.
Catholicas epiſtolas Dionyſius Epiſc.ſcribit. 175 § 7.
Cauſæ majores an ad Sedem Romanam deferendæ: 187 § 1.
Celadion Epiſc.Alex.moritur: 165 § 11.
S.Celſus: 152.
Cephas unde: 112 § 10.
Cerdoniani hær. 146 § 1. Cerdo Epiſc.Alex.moritur: 110 § 4.
Χειροθεσία in pœnit. 102.57. Χειροτονία § 53.& § 41.
Chiliaſmus: 118 § 1.ſeq. chiliaſta Juſtinus: 165 § 1.
Chriſmatio: 102 § 17.& § 24. quomodo data: 169 § 8. inſtitutio: 158 § 4.
Chriſtus num anno XXXI. paſſus: 196 § 2. ejus corpus non eſt phantaſt. 120 § 6. Deitas negatur: 146 § 9, f. à Theodotianis: 173 § 5.
Ceremoniarum diverſitas non damnat: 167 § 11.
Cibus nullus prohibitus: 187 § 1,3. & 109 § 11,12.& 179 § 3.delectus: 102 § 25.
Ciborium: 102 § 30.
Ciranus Brito: 183 § 3.
Circuitus Petri: 102 § 32.
Circulares literæ: 142 § 6.
Citerius Apoſtolus: 148.
Clatheus Ep. 143.
Claves omnibus datæ Apoſt. 112. § 5.
Clemens quis fuerit, ejúſque ſcripta: 102 § 5,11. epiſt.ib. ſeq. genuina epiſt. § 19. an ſucceſſor Anacleti: 109 § 18. à quo ordinatus: 102 § 28. ejus epiſtolæ & conſtitutiones non ſunt canonicæ: 102 § 64. moritur: 102 § 1. Clemens Alex. 196 § 1. ejus errores § 2. non fuit Arianus § 3.
Clerici fieri non poſſunt impuri: 102 § 39. can. 18. mali deponendi: 25. clerici & laici:

§ 58. verbero deponatur: § 39. can. 27. vitioſus. §. 39. can. 42. ſeq.
Clericæ literæ: 142 § 7.
Cœciliæ Baſilica: 162 § 1.
Cœlibatus: 102 § 22, 43, 47, 57, & 109 11, 12, 16, & 120 § 5, & 174. §. 3. & 175. §. 7, 8. 10. & 196 § 6, & 198 § 17, Papiſticus: 145 §. 2, & 146 § 3. eſt incontinentia quorundam: 102 § 48. ſeq. unde ortus: §. 54. in Britannia non habent: 183 § 5.
Cœmiterium mart. 102 § 4.
S. Cœnæ reliquiæ quomodo conſumptæ: 102 § 30. f. & 167 § 8. mittebatur S. panis ad abſentes, ib. ejus adminiſtratio ſimplex: 165 § 5, 6.
Cœtus erant clandeſtini olim: 109, § 16.
Cogere ad religionem: 102 § 49.
Coilus Rex moritur: 124 § 1.
Colarbaſii: 175 § 10.
Collecta i. q. eleemoſyna: 150 § 2, & 165 § 7.
Colobium quid: 167 § 5.
Colonienſium Apoſt. 110 § 3.
Coma non nutriatur: 175 § 4.
Commendatitiæ literæ: 102 § 39. can. 33. & § 46. & 142 § 5.
Commodus fit Imp. éſtque crudelis: 182 § 1. perit: 194 § 2. turpis: ibid.
Communio ſub utraque apud Indos: 183 § 7. ſub una, 109 § 10. privata 102 § 45. & 109 § 27. & 112 § 3. communicent omnes: 102 § 39. can. 8, 9. communionis S. ordo: 102 § 30. communione excluſi qui: § 29.
Communio mutua veteribus erat commendata: 142 § 5. communio bonorum: 174 § 3. non conſiſtit in mulieribus: 102 § 19. nec in promiſcua libidine: 120 § 5.
Communi conſilio omnia agenda: 102 § 39. can. 34.
Communicatoriæ literæ: 142 § 4. ſeq.
Concilia prima poſt Apoſtolos: 173 § 3. impediunt hæreticos: 173 § 2, 3. varia habentur ob paſcha: 198 § 2, 8, ſeq. ex presbyteris & diac. ib. & 198 § 11. quantæ authoritatis: 198 § 3. ſupra Papam ib. à Papa non convocata. § 9, 15. ab eo approbatio non pendet: § 18.
Concordinus mart. 175 § 11.
Concubitus irregularem non facit: 102 § 47.
Confeſſionem aliis mittebant novè electi & confirmati: 102 § 50. & 142 § 5. confeſſoriæ literæ: 142 § 6.
Confirmationis Sacramentum: 102 § 4, 24. poteſtas confirmandi miniſtros quem penes: 102 § 41, 50.
Cognatio ſpiritualis: 158 § 3.
Conjugium ſacerd. 102 § 39. can. 16. & 174 § 2. vid. cœlib.
Conſcientiam quæ obſtringant: 102 § 60.
Conſecratio templorum & altarium: 121 § 3. locorum ſacrorum: 102 § 3.
Conſtantius Epiſc. 161, & 175 § 11.
Conſtitutiones Clementis: 102 § 20. cujus pretii: § 39. can. 85.

Conſuetudo non probat : 196 § 4. poſtponitur veritati: 167 § 9.
Conſulebant aliæ Eccleſiæ alias: 173 § 2,3. Galli Aſianis: 179 § 13. conſulere omnibus Eccleſiis non eſt ſolius Papæ: 154 § 1.
Conſilio aliorum omnia agenda: 102 § 52.
Conteſſeratio: 142 § 6.
Conventus auditorum V.D. quî peracti: 165 § 7.
Copulatio ſit publica: 121 § 2.
ad Corinthios Clementis epiſtola: 102 § 19 ibi Concilium: 198 § 15.
Cornelius Antioch. Epiſc. 131. moritur: 143.
Coronam geſtare an fas: 173 § 6.
Corpus an reſurgat: 175 § 8.
Corporale: 142 § 9.
Corrupta prima Eccleſia quomodo: 101 § 2, corrupta Papiſtæ dicunt ſcripta, quæ ſuppoſita: 102 § 11.
Cortinæ regiæ: 112 § 11.
Creationis materia an æterna: 146 § 2 creaturæ Dei bonæ ſunt: 102 § 39. can. 51.
Creſcens Philoſophus: 164 § 1. mart. 110 § 2.
Crotonienſis primus Epiſcopus: 109 § 23.
Crucis veneratio: 109 § 19.
Curiæ tradere: 167 § 4. Romanæ avaritia: 175 § 6.
Curienſis Epiſcopus Lucius: 183 § 5.
Curſores ſacri: 109 § 16.
Cynicum pallium: 197 § 2.
Cyprianus univerſalis: 187 § 2.

D.

Damnati an ſerventur: 146 § 2,3. & 196 § 2. an ſolus Papa damnet hæreticos: § 11.
Dæmoniaci ſunt irregulares: 102 § 39. cauſa § 79.
Decalogi diviſio: 196 § 8. juxta Clem. 102 § 23.
Decimæ N.T. 102 § 23,42.
Decretales Pont. 142 § 7. cujus furfuris: 102 § 6, ſeq. profana tractant, 132 § 3.
Dedicatio templorum: 121 § 3, ſ. & 158 § 4. & 162 § 1.
Depoſitus à quo recipiatur: 102 § 39 can. 32.
Derviſanus: 183 § 1,3.
Deſiderio Vien. ſcribit Victor P. 198. § 7.
Deus an corporeus: 196 § 2. duos ſtatuit Cerdo: 146 § 1. plures Colarbaſii: 175 § 10.
Diaconus mart. 179 § 2. diaconi qui olim: 150 § 2. ſeptem ſint in urbe 121 § 2. tot Romæ: 112 § 12. ſeq. S. Cœnam diſtribuunt: 102 § 30 165 § 5. ita ſacerdotes ſunt: 112. § 10.
Diaconiſſæ: 102 § 24. & 109 § 20.
Διατάγαὶ Clementis: 102 § 20.
Διὰ τεσσάρων 174 § 1.
Didius Julianus Imp. 195.
Dimiſſoriæ literæ, 142 § 6.
Diœceſis: 102 § 53.
Diogenes Genev. Epiſc. primus: 152 Laertius: 150 § 2.
Dionyſius Viennenſis Epiſc. mart. 159 § 7. Corinth. Epiſc. 175 § 7. Areopagita mart. 109. 23. deſcribitur ibid.
Diplomata quid: 142 § 6.
Diptychæ: 109 § 27.

Divales literæ : 142 § 6.
Diverſoria clericis prohibita : 102 § 39. can. 54.
Divitiæ Rom. Eccleſ. 175 § 6.
Divortia an licita : 173 § 6. quod illicitum: 102 § 39. can. 48. divortium ob clericatum : 102 § 63.
Dius fit Epiſc. Hieroſol. 199 § 1.
Docebant olim Papæ Rom. 175. § 5.
Docetæ hær. 146 § 7. & 174 § 3.
Dominus vobiſcum : 112 § 10.
Dominica dies : 165 § 7. & 109 § 8.
Dominicani : 109 § 8.
Dominius Genev. Epiſc. 152.
Dominium in Eccleſia nullum : 102 § 52.
Druidæ in Anglia convertuntur : 170 § 4.

E

Eboracenſis Eccleſiæ fundatio: 183 § 3.
Ebroicenſis Epiſc. 105 § 2.
Ecſtaſin quam paſſi Prophetæ : 173 § 5.
Eccleſia una quomodo : 142 § 7. f. quandiu virgo : 167 § 15. Eccleſia quivis locus : 102 § 3. ejus diſtrictus: § 53. Eccleſiæ libertas: 142 § 5. vide templ.
Edictum perpetuum : 134.
Efficacia doctrinæ non eſt nota Eccleſiæ : 165 § 8.
Egiſtus Saxonum Apoſt. 110 § 3.
Ἔκθεσις πίστεως aliis mittebatur : 142 § 6.
Electio Miniſtrorum qualis olim: 102 § 50. per plebem : 175 § 11. & 199 § 3. electio præpoſitorum ſeu præſidum res nova 158 § 5. eligi cœpit præſes : 167 § 5. epiſcopi quomodo olim facta : 102 § 29. non eſt hæreditaria: § 39. can. 76. non eſt à Papa: 167 § 3.
Eleemoſynarii: 150 § 2.
Eleuſippus mart. 179 § 6.
Eleutherius Diac. Pariſ. 109 § 23. epiſc. Genev. 152. martyr. 140 fit Papa: 179 § 12. obiit: 194 § 1. ejus decret. ad Gallos: 187 § 1.
Elvanus: 183 § 1, 3.
Elxai, Elcheſai : 105 § 1.
Encratitæ: 132 § 4. & 174 § 2.
Encyclicæ literæ : 142 § 5, 6. eas non ſolus Papa ſcribit: 175.
Ἐνθρονιστικὴ 142 § 6.
Epagathus mart. 179 § 2, 4, 5.
Epheſiis ſcribit Ignatius : 109 § 16.
Epipodius mart. 179 § 6.
Epiſcopus i. q. presbyter: 102 § 2, 42 54. & 109 § 21. an tempore Petri : 102 § 15. in Ægypto : 120 § 2. eorum inſtitutio : 109 § 13. electio ib. antiquitas 145 § 2. omnibus Apoſtolis ſuccedunt: 112 § 6, 7. ubi conſtituendi : § 7. docebant. 200 § 3. duo non ſint in uno loco : 199 § 3. at erant olim plures ſimultanei : 102 § 2, 28. à quibus accuſentur & judicentur: 102.

102 § 61. ſi ſynodo accuſatus ſe non ſiſtat: § 39. can. 74. quis & quot teſtari poſſint: can. 75 cum laici ne accuſent: 121 § 3. epiſcopus nemo citò fiat: 102 § 39. can. 80. non novitius: § 62. mali non ſunt epiſcopi: § 29. eorum ordinatio: 112 § 4 à quot conſecrandus: 175 § 2 à tribus ordinandus: 102 § 4. honorandus: 154 § 5. ei obediendum: 109 § 5. illi cœteri pareant: § 14. curam rerum habeat: 102 § 39. can. 40, 41. ejus bona, ib. eo inſcio nihil fiat: § 39. epiſcopus ſoli Chriſto ſubjectus: 109 § 14. à Deo judicandus: 112 § 4. ſuperiorem non habet: 109 § 26. an à ſolo Papa jud. 121 § 3. an Romano ſubjecti: 142 § 8. ſunt univerſales: 187 § 2. epiſcopus epiſcoporum: 102 § 13. & 142 § 2.

Epiſcopatûs munus: 102 § 26. & 187 § 2. eſt ſupremus principatus 109 § 6. eis obed. § 7. 21.

Epiſcopæ: 102 § 47.

Epochæ quid: 101 § 1.

Eſtheræ liber num canonicus: 172 § 2. f.

Ethnophrones: 200 § 2.

Evangelium Petri: 191. Marcionis 146 § 3. Ægyptiorum: 196 § 2. Valentini de infantia Chriſti 145 § 1. ſecundum Hebræos: 174 § 1. Evangelia & epiſtolæ in Miſſa: 154 § 5.

Evareſtus fit P. 102 § 1. & 112 § 11. tollitur: 121 § 1. ejus decretales: § 2. ſeq.

Evaſius Brix. Epiſc. 160.

Euchariſtiæ reſervatio, domum portatio: 167 § 7.

Eunuchi: 102 § 48.

Evodius an primus Antioch. epiſc. 109 § 20.

S. Euchus: 117.

Eudocia mart. 102 § 65.

Eventius mart. 132 § 1.

Eugenius epiſc. Tolet. 109 § 28.

Eulogia i. q. S. Cœna: 198 § 13. ſacratus panis: 167 § 8.

Eumenes fit epiſc. Alex. 133. de eo 144 § 1.

Evodius à quo ordinatus: 102 § 28.

Euprepiæ domus: 167 § 5.

Euſebius Romæ mortuus: 192. Cæſar. an Arianus, & num fidem mereatur: 196. § . 12.

Euſtaſius epiſc. 160.

Excommunicatio i. q. excluſio: 198. § . 16. 20. ob res temporales: 102. § . 61. temeraria: 198. § . 17. non quævis poteſtatem ſupremam includit: ib. ea abutitur Victor P. 198. § . 48. injuſta: 102. § . 23. Papæ non nocet: 198. § . 9. eſt ipſius ſeceſſio: 198. § . 4. non ſemper valida: 198. § . 3. 13. non excommunicanda communitas:

tas; 198.§.19. excommunicati vitandi;102.§.39.can.10. 11.12.alibi non recipiuntur. 167.§.12.nec Romæ: 146. §.4.
Exemtio Clericorum;187.§.2.
Exomis;167.§.5.
Exorciſtæ; 102.§.31.

F

Fabricæ ;112.§.12.
Fabuloſum tempus: 101.§.1.
Faganus; 183. §.4.3.
Fatum ;175.§.8.
Favorinus H.110.§.4.
Fauſtinus mart. 122.§.2.
Felicitas non eſt nota eccleſ. 165. §.9. & 179. §. 8. quædam martyr.175.§.11.
Fermentatus panis ;132.§.7.apud Indos;183.§.7.
Feſta quæ olim: 102.§. 31. ſunt adiaph. 198.§.14. in illis quomodo jejunandum; 102.39 can. 53.
Fidentius mart. 166.
Fides vera nota eccleſ.196.§.8.9. 10. fidem negare an liceat; 105.§.1.
Flamines Gent.175.§.3. in Britan. 183.§.3.
Florentius epiſc.175.§.11.
Floriani; 120. §.5. Florinus hær. 180.§.1.
Formatas Româ deferant; 142.§. 4. ſeq. formalis epiſtola; § 5. figura ;ib.
Fornicatio Clericorum ;102.43.
Forum eccleſiaſt. 102.44. ſua tractent,non ſecularia.132.3.
Fractio panis.132.7. & 109.16.
Franciſcani 109.8.
Fridolinus Argentorat.Apoſt.110. §.3.
Frumentius Apoſt.183.§.7.
Frumentum Dei Ignatius ;109.17
Fuga in perſecutione; 169.§.1.& 173.§.6.
Fulmina P. bruta.198.§.18.fulminatrix legio; 176. §.1.
Fundârunt omnes Apoſtoli Eccleſias;109.§.10.
Funera veterum; 102.§.27. & 31.

G.

Gajanus Hieroſ.epiſc.138.
Gallia quando converſa 179.§.1.f. ſeq.ab Aſianis conſulitur.173 §.2. conſulit Phrygibus & Aſianis; 179.§.13. ei prædicatores à Papa miſſi: 142.§.9. à Polycarpo etiam; 169.§.7. Papæ ſe non ſubjicit: 187.3. Gallic.Concilium;177.contra Montan.173.§.3.
Gemara.153.
Genealogia Chriſti à Tatianis omiſſa. 174.§.1.
Genevenſium Apoſtoli.152.
Genii an duo.159.§.7.
à Gentilibus multa habent Chriſtiani P.200.§.2.
Genulphus epiſc. 142.§.9.
Germanion epiſc.Hieroſ.199.§.1.

Germanorum Apoſt. 110. §. 3. converſio: 140.
Gervaſius tollitur: 169. §. 9.
Glebæ homines clerici: 102. §. 46.
Gloria in excelſis Deo: 154. §. 5.
Glyceria mart. 175. §. 11.
Γνώμη 102. §. 52. f.
Gnoſtici: 120. §. 5.
Gordius Epiſc. Hieroſ. 199. §. 1.
Gortyn. Ep. 172. 3.
Gradus Eccleſiaſticorum: 109. 7. 14. 20. & 158. 5. ſeq. & 196. 7. tres ſub II. ſeculo; 200. 3. vid. ordo.
Græcum pallium 197 § 2.
Gynæcobapt. 102. § 24. & 146. § 2. & 175. § 9.

H.

Hadrianus fit Imp. 119. peregrinatur varie 122. & 123. ſeqq. pro Chriſtianis reſcribit: 128. § 2. ejus templa 130 § 5 & 140. moritur: 140.
Helladius Antiſſiod. Ep. 110. § 4.
Hæreſis quid 109. § 9. quotuplex ib. hæreticorum terminus: 198. §. 20. Eccleſiæ moleſti: 120. §. 3. vitandi 102. § 39. can. 45. ſeq. & 64. quomodo convincendi: 146. § 8.
Hannaſi 153.
Harmoria Evang. 174 § 1. Theophil. 170 § 1.
Harmonius hær. 175. § 8.
Hegeſippus quis 167. § 13. ſeq.
Helceſaitæ 105. § 1.
Hemerobaptiſtæ 132. § 5.
Heraclas aſceticus 197. 3.
Heracleonitæ 175. § 9.
Heraclius ſcriptor Eccl. 196. § 12.
Herculianus Ep. 175. § 11.
Hermes Rom. converſus 132. §. 1. Hermetis liber: 159. 1. 6. & 167. 1.
Hermogenes hær. 146. § 7. & 170. § 2.
ad Heronem Ignatius 109 § 21. Ignatii fit ſucceſſor. 110. § 2. & 131. ſecundus hujus nom. 143. moritur: 170 § 1.
Herren-Faßnacht 154 § 3.
Hierapol. Synodus, contra Montan. 173 § 3.
Hierarchia 109. § 14.
Hieroſolymit. Epiſcopi 138. & 199. § 1. ex Judæis: 113 § 1. ea Sedes quanta. 196. §. 9. ejus prærog. 165 § 4. urbs reædificabatur: 130. § 1. excidium 167. § 13. illius ſpolia Romæ combuſta: 193.
Higinus fit P. 154 § 7. mart. 158 § 1. decret. § 2.
S. Hilarius excommunicat Papam. 198. § 17.
Hiſtorias amavit Aurelius Imp. 182. § 1. hiſtoricum tempus 101 § 1.
Homicidarum pœna 102 § 58.
Homines an vorent Chriſtiani 165. § 6.
Honorandi ſuperiores: 102 § 39. can. 55. ſeq.
Horæ Canonicæ 102. §. 28. & 104. §. 1.
Hoſtiarum inventio: 132 § 7.
Humanas hoſtias tollit Hadr. 140.
Hyacinthus mart. 108. & 120. §. 2.
Hydroparaſtatæ. 132 § 4. & 174. §. 2.
Hymnorum Eccleſ. an Ignatius autor. 109. § 22. Angelicus cantandus: 154 § 4. in Miſſa 102. § 28. & 142. § 8.

Hypo-

Hypoſtaſes an quatuor in Deo 196. §1.

I.

Jacobum quis conſtituerit Hieroſ. Epiſc. 196. § 9. à quibus ordinatus 102. §. 31. & 112. §. 4. ad eum Clemens ſcribit. 102. § 11. 12. 16.
Januarius mart. 175. § 11.
Ideæ Plat. 145. § 1.
Idololatria prohib. 196 § 4. 8.
R. Jehuda 153.
Jejunia 102 § 25. 57. an mereantur. 159. § 7. inde eleemoſyna facienda. ib. illorum nulla certa regula 198 § 4. 14. 15. inde variant. 154. § 2. quænam vera § 3. non jejunandum die Dom. 102. § 39. can. 66. & §. 59. jejuni Miſſam celebrent. 179. 10. jejunia nimia vituperantur. 179. § 3. jejun. leges invenit Montanus: 173. 1. 5. 6. Marcionis quæ, 146. §. 3.
Ἡγεμονική. 101. §. 1.
Ignatius: 109. §. 2. ejus ſcripta: à § 3. octo aliæ epiſt. à §. 18. à quo ordinatus: §. 28. paſſus: 110 §. 1.
Ignorantia radix idololatriæ: 196 § 4.
Ἠλιακοί 105. §. 1.
Imagines nullæ Chriſtianis: 196. §. 4. 8. non faciendæ: 165. §. 8. tollendæ: 179. §. 8. contra illas: 102. §. 33. radiatæ: 101. §. 3. coronatæ: ib. qui habeant: 120. 6.
Immunitas Cler. à jud. ſeculari: 112. §. 4.
Impaſſibilitas hom. 102. §. 17.
Imperii Romani gradus: 119. Imp. collegæ primi: 163.
Incarnatio Chriſti: 175. §. 8. eam negat Valentinus: 145. §. 1. & Marcio: 146. §. 2. 7.
Incendium Rom. 193.
Inceſtum permittit Montanus: 173. §. 1.
Indi converſi: 183. §. 7.
Inquiſitio Hiſpan. 154. 5. f.
Interceſſio Sanct. 112. §. 9.
Inventarium: 142. §. 7.
Invocatio Sanctorum negatur: 165. §. 3. invocatur ſolus Deus: 102. §. 1.
Johanni Evangeliſtæ Ignatius ſcribit: 109. §. 22. moritur: 101. §. 3. ejus ſedes, ſcripta, &c. ib. acta: ib. ubi prædicàrit & paſſus: ib. ejus Evangelium ſolum recipit Valentinus: 145. §. 1. à quibus rejiciatur: 196. §. 11.
Joſeph Arimath. in Angl. 183. §. 2. Gorionis: 167. §. 13.
Jovianus mittitur Gallis: 142. §. 9.
Jovita mart. 122. §. 2.
Irenæus à Polycarpo mittitur: 169. §. 7. Romam ab Eccleſia mittitur: 179. §. 13. illi Eccleſiæ ſuccurrit: ibid. Præſes Concilii contra Papam: 198. §. 12. Victorem non curat: 198. §. 3. an mendax: 159. §. 3. martyr. 120. §. 2.
Irenicæ literæ: 142. §. 5.
Irregularitas: 102. §. 62. ob membrorum defectum: §. 39. can. 77. ſeq.
Irridere miſerum non debemus: 102 39. can. 57.
Iſidorus hær. 120. §. 4.
Itinerarium Petri: 102. §. 32.
Judæi omnibus exoſi: 137. §. 1. vitandi:

tandi: 102.ſ.39. can. 70. rebelles domantur: 116. converſi recipiendi, 167.ſ.9. debellantur: 135. & 137. eorum clades ſub Barchoba, 130. ſ.4. exciſio: 130.ſ.2.ſeq. & 137. tutiores erant quàm Chriſtiani: 191.
Judicia peregrina prohibita: 158.ſ.2 judices habeant omnes Eccleſiæ Epiſcopos: 112.ſ.3. judices rationem Imperatori reddunt: 134.
Julii Philoſophi Apol. 120.1.
Julio & Juliano Clemens ſcribit 102. 18. ſenator Rom. mart. 192. al. 175.11. Hieroſ. Epiſc. 138.
Jurare per Caput Dei 167.6.
Juris Rom. fundamentum 134.
Juſtinus Epiſc. Alexand. 122. 2. cum Tryphone diſp. 130. 3. Apologiæ. 150.1. ad Senatum. 164.1. fit martyr 165. 1. ejus errores & alia ib. ſeq.
Juſtus fit Epiſcop. Hieroſ. 109. ſ. 1. tollitur: 113. ſ. 1. Viennenſi ſcribit Pius P. 167.5.
Juventus inſtituenda: 196. ſ. 1.

K.

Kalimerus Mediol. Ep. 186.
Κεφαλή. 112. ſ. 10.

L.

Laborantes 109.10.
Lacerna 197. 2.
Laicus Epiſcopum ne accuſet. 154.6. & 167.3. laicus Clericum in jus non vocet. 102.3. laica communio ſ 46.
Laurentius Neap. Ep. 161.
Legendæ non certæ 173.7.
Leontius Ep. 180.2. Vincentinus. 141
Lex oralis 153. lex ſolus eſt Deus in Verbo loquens 165. 8. lex naturæ an ſervet. 165.1.
Liberius Ravenn. Ep. 183.9. Papa excomunicatur ab Hilario 198.17.
Libertini 120.5.
Liberum arbitrium. 102. 17. ſtatuit Juſtinus 165. 1.
Libri non omnes recipiendi. 102.26. impii non legendi. 102. 39. Can. 60 hæreticorum. 57. gentilium an legendi: 196.2. Sibyllini prohibiti. 142.1. libros ſuppoſuit plurimos Valentinus. 145, 1. & Sethiani 3.
Limina Petri & Pauli 106. 1. viſitanda 112.10.
Lingua peregr. 175, 9. miſſa celebranda 179.11.
Linus à quo ordinatus 102, 28.
Literarum genera 142, 5, 6. captivorum ib. feſtivæ. ib. Apoſtolicæ. 7.
Liturgia Apoſtolorum. 102, 20. 64. duæ: 5. an. 109. 27. Clementis. 102.5.
Londinenſis Eccl. fundata. 183.3.6.
Lotiones Jud. 132. 5.
Lucianus hær. 146.7. atheus. 171.1.
Lucillæ exorcizatio. 163.
Lucius rex fit. 124. in Brit. 170, 4. extra regnum abit. 183. 1. ſeq. & 5. à quo miſſus 6. alius Atinenſ. Ep. 172. 3. al. mart. 164.2. Lucius Quietus Judæos damnat. 116.
Lugdunenſe Concil. 198. 12. illa Eccleſia celebris. 179.2. martyres: ib. & 3.
Luminaria S. 199.2.

Lupanaria Rom. 102.§.47.57.
Luſtrici parentes : 158.§.3.

M.

Magiſtratûs poteſtas : 102.§.63. cauſas cognoſcit : 165.§.2.an ſubſit Papæ & Epiſcopis: 112. §.3.4. ei obediant omnes : 109.§.14.20.169.§.8.172.§. 1.102.§.24. etiam clerici: §. 39.can.84.pro illo orandum 179.§.7. cognoſcit res Eccleſ. ib. etiam infidelis colendus: 150.§.2.
Magneſiis ſcribit Ignatius: 109.§7.
Malum unde: 196.§.2.12.
Mallo Epiſc.Pariſ.109.§.23.
Manſuetus obiit: 105.§.2.
Manus impoſitio: 102.§.4.pœnit. §.57.
Marcellianus Antiſſiod.Epiſc. 142. §.9.
Marcianus Ravenn. Epiſc.120.§2.
Marcio hær.146.§.2.ejus ſcripta: 3.Romæ eſt. 180. §.1. ibi excom̃unicatus non ſuſcipitur: 146.§.4. contra illum ſcribit Theophilus: 170.§.2. Philippus: 172.§.3.item Modeſtus: ib.Marcionitæ Romæ: 167 §.10.
Marcitæ ſeu Marcoſii: 175.§.9.
Marcomannicum bellum: 164.§1. & 176.§.1.
Marcomirus fit Rex Franc.129.
Marcus primus ex Gentil. Epiſcopus Hieroſ. 113.§.1.& 130.§. 4.Marcus II. Epiſc.Alexandr. 144.§.1.
Mariæ tranſitus liber: 172.§.1.Mariæ Caſſobol. ſcribit Ignatius 109.§.18.
Marſus mart.120.§.2.
Martinus Vienn. Epiſc.101.§.4.
Martyres non adorant Smyrnenſes.169.§.3.ſeq.martyria lubentes ſubeunt Chriſtiani: 128.§.2.& 167.§.5.
Martyrologia corrupta: 179.§.2.
Maſſus Epiſc.Pariſ.109.§.23.
Matthæi Evang.Hebr.183.§.7.
Matricula : 142.§.7.
Matrimonium urgetur: 102.§.15. clandeſtinum: 121.§.2.
Matrinæ : 158.§.3.
Maturus mart.179.§.2.
Maximilla hær.173.§.1.
Maximus fit Ant. Epiſc. 182. §.2. ſcriptor Eccleſ.196.§.12.
Mediator ſolus Chriſtus: 102. §. 23.& 169.§.5.
Mediolan.Epiſc.186.
Meduinus: 183.§.1.6.
Melchiſedeciani hær.196.§.12.
Melitones plures,inpr.Sard.172.1.
Melitenſis legio : 176.§.1.
Melote: 197.§.2.
Memoria martyrum: 169.§.4.ejus initium: ib.Petri & Pauli: 106.§.1.Sanctorum, non eſt invocatio: 109.§.27.
Mendacia in Chriſtianos: 179.§.1.
Menſa Dom.102.§.42.

Merſio

Merſio una: 102.§.56.
Μεπμψύχωσις 120.§.5. & 146.§.2.
Metropolitæ qui: 112§ 8.9.& 175. §.3.
Militare an fas: 173.§.6.&176. §.1. Clericis non licet: 102.§. 39.can.83.
Miltiadis ſcripta: 173.§.7.
Miniſter negligens: 102.§.39.can. 58. miniſterium brachio ſeculari acquiſitum.ib.
Miracula non ſunt nota Eccleſiæ: 165.§.9. & 179.§.8.an in ſola Cathol. Eccleſia: 169.§.1. falſa 145.§.3. etiam Gentiles faciunt: 139.
Miſna Judæorum: 153.
Miſſæ nomen non antiquum: 167 §.5. Apoſtolorum erat ſimplex: hodie cento: 142.§.8. privata.109.§.10.&112.§.3. una uno die celebranda: 132 §.7.miſſam audire.102.§.45. jejuni celebrent: 179.§, 10. privata. ibid. non eſt ſacrificium: 196.§.5.
Miſſaticum i. q. formatæ. 142.§.4.
Miſſio non à ſolo Papa fit: 183.§.7
Modeſtus contra Marcionem ſcribit: 172.§.3.
Moguntin. fundator. 110.§.3.
Monachorum pallium. 197.§.2,3.
Monarchiarum typus: 101.§.1.in Eccleſia nulla: 102.§.52.Papalis quæ: 109.§.10.12.
Monarchici.196.§.12.
Monas Mediol. Ep. 186.
de Monogamia Tertull.173.§.5.
Montaniſtarum ortus: 173.§.1. errores, ib. Conciliarib.conventibus damnantur.§.2.an Romam provocent. §. 3.5. ibi inquieti: 198.§.8. & in Phrygia.179.§.13.
Montmartre.109.§.28.
Mortuos aqua benedicta aſpergere: 132.§.5.
Mulieres miniſtrant apud Montaniſtas: 173.§.1. an Diaboli opus: 175.§.8.
Multitudo non excommunicanda: 198.§.19. non eſt nota Eccleſiæ.165.§.9.
Murus Britannicus: 122.§.1.

N.

Naaſiani 120.§.5.
Narciſſus Hieroſ. Ep.198.§.11. ſe ſubducit.199.§.1.2.3.
Nativitatis nocte ter Miſſa celebranda: 154.§.4. noctu: §.5.
Nazarius Apoſt.152.
Neapolit. Epiſcopi.161.
Negare Chriſtum recuſat Polycarpus: 169.§.2.
Negocia Cleric. ſecul. vid. ſecularia n.
Nepotiſmus: 102.§.54.
Νηφάλια. 132.§.4.
Nomine proprio non vocandi mariti: 109.§.20. nomina ſplendida habent hæretici: 174.§.3. nomen non ſufficit abſque re: 165.§.4.
Notarii Romæ VII.102.§.4.

Novatus mart. Rom. 162. §. 1.
Nudi ſunt Adamiani. 175. §. 10. nudipedalis Heraclas: 197. 3.
Nuptiæ publicè celebr. 179. §. 12. ſecundæ damnantur à Montan. 173 §. 1.

O.

Obediendi Epiſcopi! 154. §. 6.
Oblationes fidelium: 167. §. 8. quomodo diſtrib. 102. §. 30. oblatio dicitur S. Cœna: 132. §. 27.
Odemar fit Franc. Rex. 115. moritur. 129.
Oecumen. Epiſcopus: 142. §. 2.
Offerendum quid in altari: 102. §. 39. can. 3. & §. 42.
Oleum ſanctum: 102. §. 61. varium. §. 24. ejus multiplicatio. 199. §. 2. nec Judæis, nec Gentil. inferendum: 102. §. 39. Can. 71.
Oncelos: 137. §. 2.
Oneſimus fit. Ep. 102. §. 39. Can. 82. mart. 110. §. 2.
Ophitæ hær. 145. §. 3.
Opus operatum in baptiſ. 146. §. 3.
Orare cum ſuſpenſo: 102. §. 45. cum hæret. & Jud. §. 58.
Oratio Dom. ſola olim in Miſſa: 142. §. 8. quoties recitand: 102. §. 28.
Oratoria Romæ quando: 112. §. 12.
Ordinatio quæ olim: 102. §. 31. non facienda extra diœceſin. §. 39. Can. 35. & §. 53. una eſt. §. 39. Can. 68. Epiſcopi, presb. & Diac. quæ ib. Can. 1. & 3. & an. 112. §. 4. ordinent Epiſcopum quot. 102. §. 41. f.
Ordo Eccleſ. vid. gradus Cler. quot olim: 109. §. 20. & 158. 6. hodie quot. 112. §. 7. Romæ qui 179. §. 12. ſemel in anno dandus 102. §. 4.
Orientales non curant Occid. 198. § 1. 14.
Os diſcipulorum: 109. §. 16.
Oſculum pacis: 142. §. 5.
Oſrœnum Concil. 198. §. 15.
Oſſeni: 105. §. 1.

P.

Pacificæ literæ: 142. §. 5.
Palla linea. 142. 9.
Pallium Tertull. 197. 1. palliatus, atæ fabulæ. 2.
Palmas Ep. 198. §. 12.
Panis uſitatus adhibendus in Euchar. 102. §. 30. unus eſt. 109. §. 10. 16. reliquiæ quomodo conſumptæ. 11. 16. panem S. humano ſang. miſcent. Montaniſtæ. 173. §. 1.
Pantænus Indis prædicat. 183. §. 7.
Papæ nomen. 165. §. 10. generale, 109. §. 18. i. q. Abbas 198. §. 13. quid Juſtino 165 §. 6. olim docebant. 175. §. 5. & 179. 12. ei plures ſe opponunt. 159. 1. ſeq. nonniſi Romæ Epiſcopi ſunt. 102. §. 10. ejus ſententia an omnes ſuperet ib. ejus primatus 196 §. 9. eum ſibi ſumpſit. §. 3. non eſt princeps Eccleſiæ. 102. §. 51. nec ſupremus judex controverſ. 198. §. 18. errans non audiendus. 198. §. 12. ſeqq. ab eo datur appellatio ad Concilium. §. 3. Papa Montanizat. 173 §. 4.
Papias fl. 118. §. 1. quis ib.
Papienſes Epiſcopi. 180. §. 2.
Papiſtæ multa ab Ethn. habent: 200. §. 2.

Par poteſtas Apoſt. 112. ∫. 5.
Paracodæ Vienn. ſcribit Victor P. 198. ∫. 7.
Paranymphi. 179. ∫. 12.
Pariſini Primi Epiſc. 109. ∫. 23.
Parmenas mart. 109. ∫. 28.
Parochia. 102. ∫. 53. earum origo. 112. ∫. 12.
Parthicum bellum. 168.
Parricida vitandus. 102. ∫. 39. Can. 65.
Paſcha. 109. ∫. 19. ejus celebratio. 159. ∫. 1. ſeq. 167. ∫. 1. quando. 102. ∫. 39. Can 7. ∫. 45. an. 198. ∫. 6. illud jejunium 102. ∫. 39. Can. 69. per paſch. feſtum quid intelligatur : 198. ∫. 14. illa celebratio libera : 175. ∫. 5. & 198. ∫. 1. 14. de eo Polycarpus Romæ agit. 167. ∫. 10.
Paſſio Domini in Miſſa. 132. ∫. 4.
Paſtophorium. 102. ∫. 30.
Paſtoris titulus. 162. ∫. 1. paſtoris liber facit ſchiſma. 159. ∫. 1. 5. 6. paſtorales literæ. 142. 6.
Patres errant : 118. ∫. 1. quo cenſu eos habeant Latini : 180. ∫. 2.
Patriarchæ unde : 112. ∫. 9. qui ∫ 8 & 175. ∫. 3. quot ib.
Patripaſſiani. 196. ∫. 12.
Patrini : 158. ∫. 3.
Patroclus Montaniſta : 173. ∫ 5.
Paulus Antiochenæ Eccl. fundator. 109. ∫. 8. Romæ Epiſcopus : ∫. 6. adeoque Papa 112. ∫. 8 & 121. ∫. 4. & 158. ∫. 1. alius Narbon. Ep. 109. ∫. 28.
Pauperibus ſuccurrendum : 102. ∫. 39. Can. 59. & 175 ∫. 6. pauperes non ſunt Monachi : 102. ∫. 54.
Pace fruitur Eccleſia : 183. ∫. 1.
Pepuziani : 173. ∫. 1.
Peregrinus Romæ mart. 192. & 120. ∫. 2. Gallis à P. mittitur : 142. 9.
Peregrinationes Sacræ : 199. ∫. 1. Hadriani Imp. 127. & ſeqq. annis.
Periarchon Orig. 196. ∫. 1.
περιβόλαιον : 197. ∫. 2.
Periodi quid : 101. ∫. 1.
de Perjuris : 167. 6. perjuria docent decretales : 132. ∫. 4.
Perſecutio III. vel IV. 120. ∫. 1. item IV. vel V. 164. ∫. 1. alia ſub Aurelio : 179. ∫. 1. alia VI. vel VII. 200 ∫. 1.
Perſona una in Deitate : 173 ∫. 5.
Pertinax fit Imp. 195. tollitur : ib.
Peruſini Epiſcopi : 175. ∫. 11.
Peſtis ex arcula prodit : 170. ∫. 1.
Petrus an princeps reliquorum : 112. ∫. 5. non ſolus fuit Epiſc. Rom. 102. ∫ 33. nec Monarcha. 165. ∫. 8. & 196. 9. de eo quid ſentiat Dionyſius Areop. 109. ∫. 26. ſeq.
Φελόνη : 197 ∫. 2.
Phibionitæ : 120. ∫. 5.
Philadelph. ſcribit Ignatius : 109. ∫. 9
Philippenſibus ſcribit Ignatius : 109. ∫. 19. item Polycarpus : 107. ∫. 1. ea una reſtat epiſtola : 169. 6. alius Gortynæ Ep. 172. ∫. 3.
Philoſophi nocuere Theologiæ : 196 ∫. 2. An ex Philoſophia ſalus ib. Philoſophicum pallium : 197. ∫. 2.
Philumena prophetiſſa : 163.
Phlegontis liber. 163.
Phocas mart. 110. ∫. 2. & 114.
Photinus mart. in Gall. 179. ∫. 2.

φρουρός: 109 § 20.
Pintus ſeu Pinytus Ep. 174 § 3. & 175. §. 7.
Pius I. fit P. 158. §. 7. moritur: 167 § 1. eus decret: ib. ſeq.
Plebs etiam eligit. 102. §. 41. vid. electio. judex eſſe poteſt in religione. §. 33. in cautu & liturg. reſpondet: 109. §. 22.
Pleniſſimæ literæ: 187. § 2.
Plinii II. epiſtola: 104 § 1.
πληροφορία: 109 § 14.
Plutarchus fl. 110 § 4.
Pluvias impeterant Chriſtiani: 164 § 1.
Pœna Dei in perſecutores: 154 § 7.
Pœnitentes an recipiendi: 102. § 39. Can. 52. & § 57. eam negant Montaniſtæ: 173. § 1. 6. an detur poſt hanc vitam: 196 § 2.
Politica dignitas Sedes Eccleſ. fecit: 175. § 3.
Polycarpum Johannes ordinat: 101. § 3. univerſalis fuit doctor 169. § 7. ei ſcribit Ignatius. 109. §. 16. is Philippenſibus ſcribit. 107. §. 1. ea una epiſtola reſtat: 169 § 6. Romam venit. 167. § 10. martyr. 169. § 1. an mendax. 159 § 3.
Polycrates an P. legatus 198. § 15. 17. quis ib. an mendax. 159. § 3.
Pontianus Romæ mart. 154 § 7. & 192.
Ponticus mart. 179. § 2. Pontica ſynodus: 198. § 12.
Pontifex Max. 142. § 2. Pontif. i. q. Epiſc. 109. § 27.
Pontulus Auguſt. Raurac. Apoſt. 110. § 3.
Potitus hær. 146 § 7.
Praxeas Montaniſta: 173 § 5. praxeani: 196 § 12.
Prempon hær. 146 § 7.
Præſides magnam poteſtatem olim habebant: 167 § 5. olim Imperator ib. rationem reddebant: 134. plures olim in uno Concilio erant: 198 § 11.
Presbyter i. q. Epiſcopus. 102 § 23. i. q. Papa. 198 § 13. presbyteri ſunt Epiſcopi Rom. 198. § 4. vicarii ſunt vacante Epiſcopatu. 109. § 20. an τοῖς LXX. ſuccedant. 112. § 6. 7. Apoſtolorum ſucceſſores 109 5. etiam interſunt Conciliis. 198. § 11. manus imponunt 102. § 41. iidem qui Epiſcopi. ib. ſunt ſenatus Apoſtolicus: 109 § 7. 14. Apoſtolis ſuccedunt ib. à Synodis non excluduntur. ib.
Presbyteræ: 102 § 47.
Presbyterium: 102 § 15. 42. 52. & 109. §. 5. non unus facit presbyterium: 167 § 12. i. q. ſenatus Eccleſ. § 5. qui id conſtituant: 102 § 23. eligendi poteſtatem habent: 125. quis locus: 102 § 3.

Primus fit Epiſt. Alex. 110 § 4. & 122 § 2.
Primus loci ſciatur; 102 § 39. can. 34.
Primates qui; 112 § 8, 9. & 175. § 3.
Primitiæ an offerendæ: 102: § 42.
Princeps in Eccleſia nullus: 102. § 52. Epiſcoporum: 109 § 14. ſacerdotum: 175 § 3.
Priſca hær. 173 § 1.
Privatæ literæ: 142 § 6.
Privilegia Eccleſ. 112 § 3.
Prochori ſcriptum: 101 § 3.
Proclus Ravenn. Epiſt. 140. mart. 110 § 4. Montaniſta: 173 § 1.5
Prodiciani hær. 175. § 10.
Προεςώς. 165 § 5. 10.
S. Profuturus Ep. 180 § 2.
Prophetia non eſt nota Eccl. 165. § 9. prophetiſſa Philumena. 146 § 7.
Προσκυνεῖν: 196 § 4.
Protaſius tollitur: 169. § 9.
Πρῶτος quis: 102 § 52. ἴεῖα. ib.
Protopapa: 165 § 10.
Proverbia Sol. dicuntur Sapientia. 172 § 2.
Provinciæ Rom. quare diviſæ. 112. § 6.
Pſychici: 173 § 1.
Ptolomæus mathemat. 142. §. 10. mart. 164. § 2.
Ptolemiani hær. 175: § 8.
Publius Athen. mart. 125. Hieroſ. Ep. 138.
Pudentiana: 162 § 1.
Purgatorium: 102 § 31. & 196. § 2. quantum. 119. patrum quod 142 § 1. nullum. 165 § 9.
Python hær. 146 § 7.

Q.

Quadi qui: 176 § 1.
Quadrageſima: 102. § 25. 60. & 109 § 19. ejus inſtitutio: 154. § 2. ſeqq. obſervatio adiaphora: 198 § 14. i. q. bacchanalia: 183 § 9.
Quadratus Athen. Ep. 125. ejus Apolog. 120 § 1. & 128 § 1.
Quartadecimani: 102 § 45 & 159 § 1. & 167 § 11.
Quinquageſima 154 § 2.
Quintilla hær. 173 § 1.

R.

Rabbenu hakkadoſch. 153.
Ῥαχοδύται. 197 § 2.
Ῥαντισμός. 102 § 56.
Raptores virgg. 102 § 39. can. 67.
Ravenn. Ep. calocerus 140.
Rebaptizatio: 102 § 55. prohibetur. 102 § 39. can. 47. Marcionis: 146 § 2.
Recognitiones Clem. 102 § 32.
Regimen Eccl. eſt Ariſtocr. 187 § 2
Regulus primus Arel. Ep. 120 § 2.
Religio Chriſt. propagatur ſub Antonino: 144 § 2.
Reliquiæ mart. 179 § 5. Rom. 106. § 1. Sanctorum nullæ 169 § 4.
Reſervatio panis: 102 § 30. f.

Reſurrectio carnis 175 § 9. negat Cerdo: 146 § 1.
Revelationibus ſtudent Pontificii: 159. §. 1.
Rex caput Eccleſiæ: 183. §. 4.
Rhodon hær. 174. §. 2.
Richimer Franc. R. moritur. 115.
Rituum libertas. 198. §. 1. 14. alios habent Britanni à Rom. 183. §. 4. pacem non frangunt, 198 § 4. 14.
Rodericus mart. 105 § 2.
Romanum non i. q. Catholicum. 146. §. 8. & 158. §. 2. an Romam Paulus fundaverit & rexerit. 158. 1. unde primatum habeat. 112. §. 6. an à Domino Caput conſtituta: 112. §. 8. eſt Eccleſia particularis. 198. § 13. quomodo olim culta illa Eccleſia. §. 4. ejus communio non fuit vilipenſa. §. 18. ejus divitiæ. 175 § 6. ab illa diſſentire licet: 198. §. 3. ejus ritus alii non curant. §. 1. ſeq. Romanis ſcribit Ignatius: 109. §. 17. illi Eccleſiæ ſuccurrit Irenæus: 179. §. 13. ibi hæretici. 180. §. 1. nullum excommunicatum alibi, potuit recipere ib. Romam hæretici amant. 146 § 1. & 5. ſeq. Romani an Theodotum primi damnârint. 196. §. 11. eò venit Polycarpus, item hæretici. 167. §. 10. Polycarpus ibi multos convertit hæret. §. 13. 16. Rom. Concilium. 146. §. 8. & 167. §. 11. fictum: 196. §. 11. ſub Victore. 198. §. 2. ob Paſcha. §. 8. 11. ibi incendium. 193. Rom. leges omnes ſequi debent. 134.
Romuli paſſio. 108.
Ruſticus presb. Pariſ. mart. 109. §. 23.

S.

Sabbatho an jejunand. 102. §. 59.
Sabina mart. 122. §. 2.
Sacrificia Chriſtiani propriè dicta non habent 179. 8. & 196. 5.
Sacerdotis terminus: 109. §. 13. quî ordinandi. 112. §. 4. eis omnia tribuit Alexander P. 132. §. 6.
Sagaris Ep. 172. §. 3.
Salisburgi prædicat Lucius. 183. § 5
Salvianus Genev. Ep. 152. Salvii Juliani edictum. 134.
Salutatio Angel. 102. §. 28.
Samoſates. 120. §. 5. prodromus. 196. § 11.
Sampſæi. 105. §. 1.
Sanctus S. Sanctus. 142. §. 8. ſanctos non adorant Chriſtiani. 196. §. 4.
Sanguinis eſus. 102. §. 39. can. 63. & §. 58. an. 179. §. 3. ſang. Dom. effuſio in S. Cœna. 167 §. 7.
Sapientia Sol. quis liber. 172. §. 2.
Sarbelius mart. 107.

שאול

שאול. 109. §. 6.
Savianæ templum Romæ. 189 § 1.
Saxonum Apoſt. 110. §. 3.
Schiſmatici qui. 109. §. 9. ſchiſmaticus Miniſter. 102. §. 39. can. 31. ſchiſmatici non ſtatim ſunt, qui ab Eccleſia Rom. diſcedunt. 198. §. 3. ſchisma ob Paſcha. 159. §. 1. Græcorum unde 142. §. 7.
Schola Alex. celebris. 183 §. 7.
S. Scriptura tractanda. 102. §. 64. Canonica. ib. legenda. §. 22. & § 39. can. 85. clavis eſt. 174. §. 1. attendenda. 165. §. 2. ex ea reformandum 183. §. 4. qui prohibeant lectionem. 120. §. 6. eam vituperat Valentinus. 145. § 2. S. S. totius explanatores. 196. § 1.
Secularia Cler. negocia prohib. 102. 14. §. 25. §. 39. can. 6. §. 57. §. 62. & 44. 48 ea vitet Epiſcopus. §. 39. can. 81, 83.
Secundiani hær. 175. §. 8.
Sedes Eccl. ad rationem polit. inſtitutæ. 112. §. 6. 8. 9.
Senatus Apoſtolicus. 109 § 7. Romanorum dicitur Presbyterium. 167. §. 5.
Senior quis 102. § 52. primatum habeant, ſeu fiebant præſides. 121. §. 4. 125. & 158 § 5, 6. & 167. §. 5. etiam Apoſtoli ita dicuntur. 118. § 2.
Septimius Severus fit Imp. 195.
Sepulchrum Chriſti 130 § 1. Sanctorum non colenda. 196 § 7. martyres olim ſepulti. 162 § 1. & 164 § 1. & 169. § 4. & 179. §. 5. extra urbem erat ſepultura. 119.
Serapidis templum conflagrat. 165. § 11.
Serapio Antioch. 191.
Serennius Granius pro Chriſtianis ſcribit 128 § 2.
à Serpentibus morſi ſanantur. 114.
Servi quando fiant Clerici 102 § 39. can. 82.
Sethiani hær. 145 § 3.
Severiani hær. 174. §. 2.
Severinus Colon Apoſt. 110 § 3.
Sybillini libri prohib. 142 § 1.
Siccitas. 164. § 1.
Simeon Cleophæ mart. 109 § 1.
Simoniaci in Papatu. 102. § 50. tales deponendi: § 39. can. 29.
Simplicitas cerem. commendatur. 165 § 5, 6.
Simulachra Chriſtiani nulla habent. 130 § 5. & 140.
Sincerus hær. 146 § 7.
Sindon. 142 § 9.
Sixtus I. fit P. 132 § 8. moritur. 142. § 1. decret. §. 2. ſeq. ejus comment. §. 9.
Smyrnæ plures doctores. 101. 3. multi mart. 169 § 1. etiam Polycarpus. ib. iis ſcribit Polycarpus: 109 § 14.
Sophia mart. 122 § 2.
Soter fit P. 175 §. 5. mart. 179. § 9. ejus decret. ib.
Speuſippus mart. 179 § 6.
Spiritus probandi. 109 § 9.
Sponſus Eccleſiæ Epiſc. 121 § 3.
Stationes Montan. 173. § 5.
Stelliones. 105 § 1.
Strateas Smyrn. doctor 101 § 3.
Stratio hær. 146 § 7. Stratiotici. 120. § 5.
Stromatæus 196 § 1.

Suburbicariæ Eccl. notant diœceſin, 102 § 53.
Succeſſor Petri quis. 102 § 14. Paparum ſucceſſio nulla § 2. 50. nec primorum 101 § 4. non ſola Roma. habet Eccleſia, 198 § 18.
Suetonius fil. 129.
Summi Apoſtoli quinam. 196. §. 9. ſummus ſacerdos. 112. §. 4. & 175 § 3. Pontifex. 109 § 13.
Suppoſiti libri. vid. libri.
Sus in porta Hieroſ. 137 § 1.
Suſpenſio 102 § 45.
Symmachus Hieroſ. Ep. 138.
Symbolum quid de ſepultura Chriſti 109 § 6.
Synodi annuæ. 102 § 53. bis in anno § 39. can. 37. habent ſententiam ultimam § 52. ſynodicæ literæ 142 § 6.
συνταξία 102. §. 34.
συστατικαί 102. §. 46. Papæ ad Imp. §. 51. aliorum, 142. §. 5.
σύστημα 109 §. 19.

T.

Talmud utrunque, 153.
Tarſenſibus ſcribit Ignatius, 109. §. 19.
Tatiani plures. item hær. 174. §. 1. 2.
Taurinus Epiſc. fl. 105 §. 2.
Taxillis ludere, 102. §. 55.
Teleſphorus fit Pap. 142. §. 10. mart. 154 1. decr. 2.
Templa Rom. 162. §. 1. ibi nulla, 165 §. 7. & 189 §. 1. & 192. an Clementis tempore, 102. §. 16. initio vilia, 130. §. 5. eorum ſtructura, 102. §. 23. numerus & ſtruendi licentia, 158. §. 2. dedicatio §. 4. in honorem Sanctorum, 196. §. 4. ſine ſimulachris, 130. §. 5. & 140. è templis nihil auferendum, 102. §. 39. can. 72.
Temporis periodi, 101. §. 1.
Terræmotus Antioch. 111.
Terentius mart. 140. Epiſc. 161.
Tertull. pallium, 197. §. 1.
Teſſera i. q. formata, 142. §. 6.
Teſtes Epiſcoporum quinam, 102. §. 39. can. 75.
Teſtimoniales literæ, 142. §. 5.
Theanus primus Londin. Epiſcopus, 183. §. 3. 6.
Thebutes, 109. §. 1.
Themiſo qualis Confeſſor, 173. §. 7.
Themiſtion Montaniſta, 173. §. 5.
Theodotionis translatio, 183. §. 8. al. Montaniſta, 173. §. 5. Theodotus Coriarius hær. 146. §. 9. 196 §. 11.
Theodulus mart. 132. §. 1.
Theogonia Heſiodi, 145. §. 1.
Theolaſtus Genev. Epiſc. 152.
Theophilus fit Antioch. Epiſc. 170. §. 1. ejus ſcripta ib. ſeq. moritur, 182. §. 2. Lucæ quis, 170. §. 3. Alexandrinus non fuit vicarius Papæ, 198. §. 9. ei ſcribit Victor, §. 6.
Theopiſte mart. 120. § 2.
Thraſea mart. 173. §. 7.
Θυμικὸν & Θυμιτικὸν tempus; 101. §. 1.
Thyrſus à Polycarpo mittitur, 169. §. 7.
Θυσία 109. §. 14. S. Cœna, 102. §. 30.
Timotheus fil. Pudentis, 167. §. 5.
Tituli Rom. presbyteris dividuntur, 112. §. 11. ſeq.
Tobias Hieroſ. Ep. 113. 1.
Tonſura Cler. 175 § 4. & 196 § 8. author. 112 § 10.
Tractoriæ literæ. 142 § 6.

Traditiones non attendendæ 165 ʃ 2. non ſtatim recipiendæ. 118 ʃ 1. quæ veræ. 109 ʃ 21. & 196. ʃ 10. trad. Apoſtolica an firmum argum. 146 ʃ 8. Patrum. 196. ʃ 2.3. eas commendat Valentinus 145 ʃ 2.
Trajani mors 116. & 119. anima. ib.
ad Trallenſes Ignatius 109 ʃ 5.
Tranſitio & translatio 102 ʃ 46 prior prohibita. ʃ. 39. can. 14--16.
Translatio Bibl. Theodotionis. 183. ʃ 8.
Tranſſubſtantiatio. 109 ʃ 10. 15. 17. 27. & 165 ʃ 6. & 167, 7. & 175. ʃ 9. & 179 ʃ 1. 7. & 196 ʃ 5.
Τεάβων. 197. ʃ 2. φορ@. ib.
de S. Trinitate 142 ʃ 2.
Triſagium. 142 ʃ 8.
Trypho cum Juſtino diſputat. 130. ʃ 3.
Tullenſis primus Ep. 105 ʃ 2.
Tungrenſium proventus unde. 183. ʃ 6.
Turpiſſimi qui Impp. 194 ʃ 2.
Τύπ@ i. q. formatæ lit. 142, 5.

V.

Vacatio Sedis Rom. 102. 2. quatuor annorum: 158. 7. vacante ſede quæ literæ ſcriptæ. 142. 7.
Valentiniani hær. 142. 2. & 175, 8.
Vaſa S. non profananda. 102. 39. can. 73. attrita comburenda. ʃ 3. mulieres ne tangant 179. 10. & 142 3. aurea, argentea 102, 61.
Valentinus hær. 145. 1. ſeq. Romæ. 180. 1. & 167. 10.
Valerius & Valerianus Epiſcopi Gall. 142. 9.
Valeſiani. 102, 48.
Velandæ virgines. 179. 10. quando. 167. 6.
Veritas omnibus rebus præcedit. 109 23.
Verſiones Bibl. Hebr. 137. 2.
L. Verus Imp. moritur. 171. 1.
Veſtes Miſſaticæ unde. 102. 3.
Verius mart. 179 2, 5.
V. Teſt. negat Cerdo. 146. 1.
Viator Ep. 143.
Vicarii Chriſti omnes Miniſtri. 109. 5. collegium eſt Papâ mortuo. 146. 4.
Vicentini Epiſcopi. 141.
Victor fit P. 194. 1. non eſt judex controv. 198. 1. malè excommunicat Aſianos. 3. 16. primus falcem mittit in alienam meſſem ʃ. 17. erravit ʃ. 20. ejus decreta. à ʃ. 6. ſchiſmaticus: ʃ. 12. 13.
Viennenſis Epiſc. Martinus, 101. ʃ. 4. Eccleſia celebris, 179. ʃ. 2. Aſianis ſcribis. 177. Juſto Pius P. ſcribit. 167. ʃ. 5.
Vinum album in S. Cœna, 175. ʃ. 9. Vini S. effuſio, 167. ʃ. 7. vinum aquâ miſcere, 132. ʃ. 4. à vino abſtinere, 174. ʃ. 2.
Virgo Eccleſia quandiu, 101. ʃ. 2. & 110. ʃ. 4. & 120. ʃ. 3. & 167. 15. Virgines, 109. 11. 15. 19. earum velatio, 179. ʃ 10 quando velandæ, 167. ʃ. 6.
Viſitantur etiam aliæ Eccleſiæ, 167. ʃ 15.
Vita Cler. olim communis, 102. ʃ. 54.
Vitalis Ravenn. mart. 160.
Vitia veteres Chriſtiani prohibuêre, 104. ʃ. 1.
Vitrum in Euchar. 142. ʃ. 3.

Unctio varia, 102. §. 24. quotuplex, 158. §. 4. extrema, 175. §. 9. in baptiſmo, 169. §. 8. in ordinatione, 112. §. 4.
10000. martyrum in Armenia, 108.
Univerſales Epiſcopi, 102. §. 26. & 109. §. 9. & 142. §. 2. & 187. §. 2.
Vocationi obtemperandum. 102. §. 39. can 36.
Urbium dignitates pepererunt Sedes Eccleſiaſticas: 112. §. 8.
S. Urſicinus Epiſc. 180. 2.
Uſura Clericorum prohibita. 102. §. 39. can. 44. & §. 55.
Uxor quæ ducenda, 121. 2. non abjicienda, 102. 39. can. 5. uxorati Epiſcopi, 120. 5.

W.

Wienn. Eccleſiæ in Gallia fundatio, 110. 3.

X.

Χηροφαγία 102. 25. & 173. 1. 5.
Xiſtus fit Papa, 132. 8.

Y.

Ὑδροφορίας 132. 4.

Z.

Zachæus Epiſc. Hieroſ. 102. 33. & 113. 1.
Zacchæi, 120. 5.
Zacharias mart. 110. 5.
Zoſimus mart. 109. 28.
Zoticus mart. 120. 2.

---

*Errata obiter notata ſic emendentur.*

P. 8. lin. 12. Apoſtolici: adde pertinet.
p. 15. lin. 5. qui pro quia.
p. 32. lin. 5. viſib. pro inviſibilis.
p. 47. can. 64. pro 65.
p. 52. lin. 20. fuerit.
p. 53. lin. 9. cum pro eum.
p. 66. §. 45. pro 54.
p. 67. lin. 7. ditiſſimi.
p. 73. §. 63. lin. 4. clericorum pro clericatum.
p. 75. lin. 12. f. innocentia. Ib. lin. 9. conferendam pro conſervandam.
p. 88. lin. 4. f. Synaxin.
p. 106. lin. 2. perhibeatur pro prohibeatur.
p. 108. lin. 15. requirit.
p. 141. f commemoratos.
p. 155. lin. 6. f. ferè pro verè.
p. 157. lin. 13. Privatus.
pag. 120. lin. 10 de uno pro denuo.
p. 216 lin. 16. Lex pro Lev.
p. 242. init. an. 188. pro 187.
p. 263. lin. 17. f. ubi pro ibi.

# Finis Centuriæ ſecundæ.